INSTITUTIONES
AD
FUNDAMENTA
LINGUÆ HEBRÆÆ.
QUIBUS
VIA PANDITUR
AD EJUSDEM
ANALOGIAM
RESTITUENDAM, ET VINDICANDAM.
IN USUM
COLLEGII DOMESTICI
EDIDIT

A. SCHULTENS.





LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOHANNEM LUZAC,
MDCCXXXVII.



VIRO SUMMO

HERMANNO BOERHAVE,

EX AFFINITATE COGNATO,

ET

COLLEGÆ HONORATISSIMO.

ALB. SCHULTENS.



quo tempore *Linguæ Hebrææ*, cum reliquis *Orientalibus*, docendæ Provincia mihi demandata fuit, amœnum quendam Hortum mihi

† 2 Di-

Divinitus traditum credidi, in quo colendo vitam jucundiſſime tranſigere liceret. Hortus iſte mihi offerebat innumera Semina, Radices, Stirpes, cum propaginum læta, ac denſa, ſobole; quarum omnium natura, indoles, virtus, forma, tam interna, quam externa, peniтiſſime noſcitanda, atque introſpicienda, foret.

Hoc facile intellexi fieri non poſſe, ſi laboris fugitans, de hac mea materia *Botanica* id tantum diſcipulis traderem, quod mihi à principibus in arte noſtra Viris relictum erat.

Enimvero nihil honori Eorum, quibus infinitum quantum debetur,

tur, derogatum volebam, ſed ſemper exiſtimavi, ſic Ipſis & Verum, & Summum, perſolvi honorem, diligentiſſimæ illius curæ, ac culturæ, quam Horto huic excolendo, & ad tantum nitoris provehendo, impenderunt, ſi quem ad modum Ipſi omnia ſuiſmet oculis luſtrare, ſuiſmet manibus contrectare, ſuiſmet judiciis rimari, ac pertentare, voluerunt, ita & nos noſtris oculis, manibus, judicio, uti conaremur, atque omnia quam fideliſſime inſpicere, atque explorare, non pigraremur.

Ni ſic fiat, defloreſcant, & elangueſcant, inter ignavas manus, neceſſe eſt, quæ inter gnavas, atque

industriosas, læte enituerant, atque consimili diligentia splendidius adhuc efflorescere gestiunt.

Non alia conditione, vel Sapientissimus rerum humanarum Moderator patitur, vel Scientiarum, Artiumque, natura ipsa permittit, ut a tenui principio ad culmen perveniatur, quam si ejusdem Disciplinæ Cultores eodem quasi Spiritu animati, ad majorem semper perfectionem contendant, atque sibi invicem *Lampada* tradant, quæ sedulas inter manus lætius, lætiusque, effulgescat, donec ad summum, quem recipere potest, splendorem producatur.

Non alio utar exemplo, quam quod

quod in Te, Magne BOERHAVI, ad omnium seculorum admirationem relucet.

Tu *Medicinam*, Tu *Botanicen*, Tu *Chemiam*, Tu Universæ Naturæ Historiam, Tu Pulcherrimum illum Scientiarum Chorum, quæ in Te domicilium suum fixerunt, majori lumine perfudisti, quam omnia ante Te secula facere potuerunt. Nempe *Universitati rerum* par nactus ingenium, omniumque qui in Artibus Tuis excelluere Sapientiam, atque Experientiam, capaci Pectore amplexus, easdem, vigore Mentis cuncta penetrantis, eo fastigii evexisti, ut ex *Lampadibus* Tibi traditis totidem velut *Soles* effeceris,

ceris, qui posteritati in perpetuum prælucebunt.

Non effecisses, tamen, *Summe Virorum*, nisi ille celsus tuus animus, qui se Nobilissimis Artibus consummandis natum sentiebat, per omnia, quæ à Veteribus, & Recentioribus, prodita fuerunt, experiundo ire, atque ita *Naturam* ipsam per se consulere voluisset; ut quid ipsa de se testaretur, non alienis, & mortuis, sed Tuis, & vivis, sensibus, perciperes, atque haurires.

Sic quem nascendi Sors felicissima Magnum produxerat, ad omnes disciplinas, quibus tandem cumque animum appulisset, Eum

vita

vita laboriosissime, & animosissime, consumta; in Universitate rerum, Naturæque regionibus vastissimis, per Experimenta perpetua, peragrandis, effecit Maximum in tot doctrinis, quarum in una excelluisse, immortalitatem confert.

Talis Tu, Tantusque, ut orbi Erudito Exemplum præstas imitatione majus, ita omnes, qui in Te intuentur, laudabili quodam ardore imples, & incendis, ad vestigia Tua sic procul adoranda, ut tamen ad particulam aliquam Tuæ gloriæ sibi grassandum, contendendumque, existiment.

Attestantur mihi tot Capitalia Ingenia, ubique Nationum, Regio-

numque, quæ Tua diſciplina, velut Equus Trojanus Principes, a tot jam retro annis emiſit, atque in longos adhuc annos, ſpero, emittere non ceſſabit.

Quid? nulla nunc, ſat ſcio, Ars uſpiam Nationum, ac Regionum, exiſtit, quæ quidem acceſſione lucis, & gratiæ, mactari deſideret, quin Magnum BOERHAVIUM cultoribus ſuis ante oculos proponat, ut quem ſupra omnem æmulationem poſitum cernunt, æmulentur nihilominus, & vel longiſſimo ſequantur intervallo.

Hos nobiles ſtimulos ſi & meum pectus pupugiſſe dixero, non arrogantiæ id deputabis, ſed honeſto

lau-

laudis amori, quem Tuum de exiguis meis conatibus Judicium, jam inde a quo Professioni L. L. O. O. admotus fui, in me ſuccendit: atque novis identidem igniculis animavit. Hoc nomine, aliiſque compluribus, me infinitum quantum Tibi debere, publice profiteor; ut nec ignorari in Publico volo, idem illud Tuum de meis reculis Judicium, & honoris, & favoris, aditum mihi apud Reipublicæ, & Academiæ, noſtræ Proceres emunivisse.

Cuncta hæcce prolixiſſimæ in me voluntatis indicia ingenti nunc cumulo auges, & ornas, quod levidenſe hoc opuſculum in fulgore

Nominis Tui comparere non dedigneris. Id hacce prærogativa honestatum, ut erectius, alacriusque, ita splendidius, quam sperare potuissem, in publicam lucem exit. Vale, *Magne Vir*, atque Nestoreos, quos Tibi Universus orbis optat, annos, etiam ex intimis, ac tenerrimis, meis votis, imple. Dabam *Lugd. in Batav.* ipsis Kalendis Juliis Ao. MDCCXXXVII.

PRÆFATIO.



Duo jam ſecula, & quod excurrit, inde a renatis Literis, *Orbem Eruditum* ſcindunt, atque in ſe animoſiſſime collidunt, circa *Linguam Hebraicam*. Extant præſertim duo *Syſtemata*, directis ſeſe frontibus arietantia; *Rabbinicum*, quod & *Buxtorfianum*, hinc; illinc *Criticum*, quod & *Capellianum*. Schola *Rabbinica* hanc *Majorum* ſuorum *Linguam* titulo לשון הקדש *Linguæ ſanctæ* ornat non ſolum, ſed etiam vere *Divinam Sanctitatem* ei ineſſe, contendit; quæ ſeſe exerat miris perfectionibus, & virtutibus, *perſpicuitatis*, *gravitatis*, *verecundiæ*, *ſapientiæ*, *Majeſtatis*, & ad cœleſtium Oraculorum pondus, ac decus, ſuſtinendum, *capacitatis*, atque *exaggerationis*, ut ſic dicam: qua reliquas orbis terrarum *Linguas* immenſum quantum exſuperet, atque præ ſe, haud ſecus ac ſol lumina minora, deleat.

Schola *Critica* nulli *Linguæ*, qua *Linguæ*, eminentem quandam *Sanctitatem* competere judicans, *Cœleſtibus* quidem *Oraculis* nihil detractum cupit, ſed tamen pronunciare non dubitat, *Linguam Hebræam* admodum eſſe *imperfectam*, *pauperem*, *ſalebro-*

lebrosam, *incultam*, *asperitatibus*, & *Anomaliis*, *infinitis implicitam*; quæ cum cultissimis *Linguis* nulla ex parte comparari queat.

Mitto longius evectos alios, huic tamen *Scholæ* neutiquam accensendos, quorum interfuit, ut *Lingua Mosis*, & *Prophetarum*, pro *obscura*, *ancipite*, *confusa*, *Homonymiis perpetuis laborante*, nulli nunc satis intelligenda, quin ne olim quidem satis intellecta, traduceretur.

Quum ad hæc hominum Eruditorum judicia, tam dissona, in primo studiorum meorum cursu attenderem, magnopere distrahi me, & cogitationum, curarumque, ancipiti fluctu circumagi, sentiebam. Potuissem enim vero uno momento emergere, si modo, ad exemplum pleræque juventutis *Academicæ*, judicassem ante, quam vel causam cognossem, vel præ ætate judicare valerem: meque vel *Buxtorfianum* profiteri, vel *Capellianum*: sed, ut verum fatear, nunquam mihi ista ratio valde rationabilis visa: quin, ut sensus animi liberius expromam, semper hanc ut studiorum omnium labem, ita doctrinæ sanctioris tabem gravissimam existimavi.

Ne hac contagione abriperer, suspenso pede altius mihi in *cognitionem Causæ* descendendum esse facile cernebam; eo magis, quod jam tum aliquatenus, ex iis quæ lectitare solebam, perciperem, ab

utra-

utraque parte non ſemper *judicium* rationibus, & argumentis, præſediſſe, ſed *Adfectum*, & *præjudicatam opinionem*, ſeſe ubique admiſcuiſſe: dum in *Rabbinico Syſtemate* quandam quaſi *Divinitatem* huic *Linguæ* circumdari notarem; in *Critico* autem ne *Humanitatem* quidem ei relinqui obſervarem.

Maxime autem, hoſce inter fluctus, ſollicitum me habebat graviſſima illa *Quæſtio* de *Origine*, & *Auctoritate*, *punctorum*: unde *Univerſa Grammatica Hebræa*; atque adeo *Interpretatio* legitima *Moſis*, & *Prophetarum*, dependet.

Videbam iterum, hinc *Scholam Rabbinicam* omnia conſecraſſe, non *Literas* ſolum, & *puncta*; verum etiam *figuras*, *notaſque*, omnes, ſine ulla exceptione: una cum *Accentibus*; quin & *Variantes Lectiones*, atque *mutationes*, ex ignorantia, vel ſuperſtitione, profectas, ad *Deum Auctorem*, maxima cum confidentia, hic referri.

Ex adverſo *Scholam Criticam*, principibus in omni Literatura, ſacra ſimul & profana, viris refertam, non minore cum præfidentia cuncta hæcce, ut viſa ſomniorum, explodere; atque velut exploratiſſimum, & dubitationi, apud omnes ſanos judices, exemtum, tenere, *Literas* e *Samaritano Charactere* in *Chaldaicum* quadratum, *Ezra* auctore, transfuſas: *puncta*, tam *vocalia*, quam *reliqua* minora, eſſe *inventio-*

ventionem Masoretharum, per secula aliquot ad summum tandem productam subtilitatis, & argutiarum. *Accentuum* farragine nihil cum molestius esse, tum inutilius. *Variantes Lectiones* certissimum præbere indicium *textus Hebræi* passim adfecti, & corrupti, mala *Librariorum* manu: denique, quo nunc potissimum ire volebam, *Grammaticam Hebræam*, a *Rabbinis* constitutam, nihil aliud esse, quam *Vastum*, & *Cæcum*, aliquod *Chaos punctaturæ confusissimæ*, quod ad vera, & certa, principia revocare, & *Regulis* subjicere velle, nihil aliud esset, quam cum ratione insanire.

Inter hæc sententiarum non divergia, sed discidia, & acerrimos conflictus, non quidem omnino displicebat moderatio prudentissimorum *Theologorum*, & *Philologorum*, qui *Problematicas* esse *Quæstiones* judicabant, in quibus sua cuique libertas relinquenda esset, si modo Auctoritati *Sacri Codicis* nihil derogaretur: sed tamen, ubi *Linguæ Hebrææ*, cum ceteris *Orientalibus*, docendæ provincia mihi credita fuit, continuo persensi, non valde decorum esse, ut qui *Fundamenta* illius *Linguæ* studiosis *Theologiæ* tradere, eisdemque ad *legitimam Sacri Codicis interpretationem* præire deberet, nihil aliud quam *institutionem problematicam* adferre posset, atque in *artis* suæ *principiis*, &

fir-

firmamentis, perpetuo fluctuaret: *principiis* dico, per *Universam Institutionem* pertinentibus: nam de *accessionibus* alicujus disciplinæ, & *quæstionibus adventiciis*, quæ *Fundamentum* ipsum non tangunt, alia res est.

In *Systemate Rabbinico* multa mihi occurrebant, quæ non nisi per cæcam fidem, vel vehementius studium partium, cujus Admirator nunquam fui, obtineri posse videbantur. Ea sunt I. Non *vocales* tantum *antiquitus* extitisse, sed etiam *denominationes* ipsas *vocalium* esse *antiquissimas*, vel ab *Adamo*, vel a *Mose*; saltem ab *Ezra*, positas. II. Non solum has *animas* quasi *consonantium*, totiusque *Linguæ*, verum etiam *Schevata*, & *puncta*, tam *Critica*, quam *Diacritica*, a manu *Mosis* & *Prophetarum* esse profecta. III. *Accentus* omnes, maximos, minimos, habere Auctoritatem Cœlestem. IV. Literas *majusculas*, *minusculas*, *inversas*, *suspensas* &c. quæ in *Masorethico Codice* nunc extant, esse *Authenticas*, & non sine mysterio sic pictas, atque exaratas. V. *Variantes Lectiones* esse הלכה למשה מסיני *Traditionem Mosis e Sinai*, vel saltem ad *Ezram* easdem referendas. VI. Etiam *punctationes Irregulares*, & cum *Literis* prodigiose pugnantes, aliquid habere Divini, unde discedere piaculum sit.

Hæc nunquam concoquere potui; & nunc, post lon-

longam palæſtram, demiror, qui fieri potuerit ut Cl. *Buxtorf.* tot *Quæſtiones*, *natura*, *dignitate*, *pondere*, *re* ipſa, toto cœlo diſſidentes, Coaleſcere ſiverit cum *Capitaliſſima* illa, & *Fundamentali*, *Controverſia*, de *Origine*, & *Auctoritate*, *punctorum Vocalium*, quam adverſus Cl. *Capell.* vincendam ſuſceperat: atque haud dubie perviciſſet, niſi hoc *ſtrategemate* acerrimi Adverſarii ſeſe circumveniri paſſus fuiſſet.

De Vocalibus Hebraeorum, sententia Authoris.

Certe *Vocales*, & quidem *Omnes*, id eſt, *Longas* æque, ac *breves*, *Coævas* eſſe *Literis*, nunquam, meo quidem judicio, in *Contentionem* trahi potuiſſet, ſi modo *ſtatus Controverſiæ* purus, atque impermixtus, manſiſſet. An dari poteſt *Lingua* ulla ſine *Vocalibus*, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*; nunc brevius, nunc longius, ſonantibus? Nemo dixerit. An qui *Literas Conſonantes*, i. e. *Corpus Linguæ* primus *figuris* conveſtivit, & admirabili artificio oculis ſubjecit, *Animam* neglexiſſe cenſendus eſt? Abhorret ab omni ſpecie veri. Non dico eum, Quiſquis tandem ille, *eaſdem figuras Vocalium* mox adhibuiſſe, quibus nunc utimur: ſed cum *conſonantibus* adinventas quoque, a ſapientiſſimo hocce inventore ſcribendi, quaſdam *notulas*, & *punctula*, quibus *a*, *e*, *i*, *o*, *u* exprimerentur, ipſa res, & ratio inventionis, ita evincit, ut ego quidem id luce meridiana clarius ſem-

ſemper autumarim ; a quo aliquid meiſmet oculis diſpicere, & dijudicare, valui.

Non diffiteor interim, *Linguas* noſtras *Orientales*, *Hebræam* præſertim, cum *Dialectis Sororiis*, *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*, ſic eſſe comparatas, ut in bene multis, quam expeditiſſime, ſine *Vocalibus* adjectis, & ſubſcriptis, tum legi, tum intelligi, queant.

Idem tamen ego, poſt triginta quinque annos, partim diſcendo, partim docendo, hac in palæſtra tranſactos, nego, & pernego, haſce noſtras *Linguas* nuſpiam *adjectione*, & *ſubſcriptione*, *punctorum vocalium* indigere. Infinitæ ſunt in *Arabicis*, *Syriacis*, *Chaldaicis*, *Thalmudicis*, pericopæ, ſententiæ, ſenſus, qui, ſi puncta abſint, a nemine mortalium, ne peritiſſimo quidem harum *Linguarum*, intelligi, & rite explicari, poſſint. Miratus ſemper fui confidentiam virorum quorundam Doctiſſ. nimis liberaliter, & magnifice, hic loquentium : quamvis etiam ſæpe imperitiam, & jejunitatem, aliorum riſerim, qui ne unam quidem periodum ſine *punctis* legi poſſe dictitant ; & neſcio quas puerilitates inducunt in *Quæſtionem* unam omnium graviſſimam, & maturrimis judiciis conſtituendam. Si *Haririi Conſeſſus Quinquaginta*, toti *Veteris Linguæ* floribus, & gemmis, contexti, ſine *punctis* lectioni *Arabum* fuiſſent traditi, ne centeſima quidem

pars

pars eorum luceret, non dicam nobis, sed vel *Linguæ patriæ* callentissimis. *Alcorani* lectio, & sensus, sine *punctis* nusquam satis constaret. *Priscos Arabiæ poëtas*, inter quos multi qui non ultra *Muhammedis* solum, sed etiam ultra *Christi* Domini ætatem adscendunt, haud quaquam venerata esset universa Natio, tanquam *Eloquentiæ*, & *Grammaticæ* simul, supremos arbitros, & magistros, ni *vocales* eorum Carminibus appictæ fuissent, quæ ad utrumque prælucerent, atque nihil nec in sensu obscuri, nec in pronunciandi ratione ambigui, paterentur.

Non debuissent itaque in *orbe Erudito* tam gloriosæ voces audiri: quæ proficisci non potuerunt nisi ab iis, qui quum in simplici, & Historico, stylo, rem satis promte succedere sentirent, de sublimiore, & sententioso, idem, citra experientiam tamen, præsumsere; similes illi, qui secundo flumine leniter in cymbula vectus, non adverso tantum flumini, sed vel mari *Ægæo*, se parem præfidit.

Displicebat ergo, ut ad rem redeam, in *Systemate Capelliano*, & saniori *Criticæ* adversari censebam, quod tam confidenter asseveraretur. I. *Vocales* esse *novicias*, quia *denominationes* earum, forte, *characterem* habent *novitatis*. II. Sine iis *textum Hebræum* ubique satis pervium fuisse, & dilucidum.

III.

III. *Matres Lectionis* ſaltem ad obſcuriora abunde præluxiſſe. IV. Omnes *Linguas Orientales* olim *vocalium notis* expreſſis caruiſſe. V. Diviſionem in *quinque longas*, totidemque *breves*, *vocales*, eſſe abſonam: quam reliquæ *Dialecti*, *Syriaca* præſertim, & *Arabica*, ignorent. VI. Punctum *Diacriticum* ξ ש, cum *Dagesh*, & *Mappik*, eſſe commenticia, & nullius uſus. VII. Univerſam *punctaturam Maſorethicam* redolere *Originem*, & *inventionem*, *humanam*, artificioſam quidem illam, ſed & malefidam, atque a cœteris *Dialectis* abhorrentem. VIII. Eam ergo *punctaturam* tuto ſeponi, ſi commodius quid, pleniusve, ex ſolis *Conſonantibus*, qui ſoli *Authentiam* habeant, elici queat. IX. Eandem quoque ad LXX. alioſque *Veteres*, libera *Criſi*, emendandam. X. Ipſas *Literas* textus *Maſorethici* ex iiſdem *Veterum Fontibus* corrigendas. XI. Corruptionem quippe ſacro *Textui* per *Librarios* invectam paſſim, ex *Variantibus Lectionibus*, quæ *Keri* & *Ketib*, vocitantur, ſatis ſuperque argui. XII. *Accentus* omnes eſſe *tricas*, *apinaſque*, & ſi quid levius iſtis, quibus ne *humana* quidem *auctoritas* ſit deferenda. XIII. *Grammaticam Hebræam* nunquam recto, & firmo, talo ſtaturam, quamdiu *punctaturæ Maſorethicæ* adhæreatur.



Ho-

Horum pleraque satis facilia videbam ad confutandum, ex ipsis *Linguarum Orientalium* principiis, unde validissima sua tela depromere solet *Schola Critica.* Aliquid tantum scrupuli recursabat subinde ex *Matribus Lectionis*, quarum imbecillitatem nunc penitus perspexi, & in hisce *Institutionibus* denudavi. Non parum quoque jactabat inter *Variantium Lectionum* brevia, & *Syrtes;* quas post longi temporis examen ex *Ignorantia Veteris Linguae*, maximam partem, exortas esse, liquido adfirmare possum. Omnium maxime me conturbabat, quod in enucleatissimis etiam *Grammaticis*, cum spinosissima, & intricatissima, *Regularum* multitudine, perpetua regnaret *Anomalia*, quæ *Linguam Biblicam* magnopere *denormare*; eique speciem rudem, & deformem, adfricare mihi videbatur; quum tamen eam reliquis *Dialectis Orientalibus* neutiquam dignitate, & puritate, concedere, persuasissimum haberem, non ex cæco quodam Zelo, sed ex certissimo principio *Originis* haruncce *Linguarum*, quas unam, eandemque, stirpem tenere, ita longo usu perceperam, ut quæ manibus, oculis, sensibus omnibus, contrectantur, & percipiuntur.

Sane nescio quid suspicionis adversus *punctaturam Masorethicam* mihi injiciebat, quod ubi *Gram-*

maticam Dialectorum viderem facilem, limpidam, *Analogiæ* luce, & gratia, decoram, ibi *Grammaticam Hebræam* cernerem infinitis *Anomaliis* confusam: quum tamen *Analogia* sit anima *Linguæ*; sine qua nec puritas ei, nec dignitas ulla, constare queat. Hæc consistit in decente *Harmonia* omnium partium *Linguæ*, unum aliquod *corpus*, & velut *ædificium* pulcherrimum, efficientium; in quo nihil non ordinatissima dimensione elibratum sit, atque exactum.

Hinc ut in *structura*; in *corpore*; sic in *Lingua*; cum *venustate*, *dignitas* efflorescit. Contra inæqualitas, & nescio quæ fortuita temeritas, ratione, at proportione, carens, cum *enormitate deformitatem* in omnibus hisce trahit.

Ubi ergo *Analogia* alluxit, omnia simul lucent, & rident, quæ ante horrida, & obscura, videbantur. Quod *Analogiæ* signo impressum, ab invitis quoque assensionem impetrat; litesque, & discordias, terminat: *Anomaliæ* rixis, discidiisque, patentissimam fenestram relinquunt.

Semper itaque votorum meorum summa, in stadio *Linguarum Orientalium* decurrendo, fuit, ut *Anomaliarum* molestissima illa mole, sub qua discentium studia fatiscunt, & extinguuntur, liberata

Lingua Hebræa, ad nativum, etiam hac in parte, decus resurgeret, & *Analogiæ* evidentissimæ radiis dubitationes, & cavillationes, circa veterem punctaturam dirimeret.

Enimvero a longo jam perceperam, in eoque per quotidianam palæstram magis magisque confirmabar, non *Linguæ* esse *Imperfectionem*, & *fluxa principia*, quæ tantam *Anomaliarum* vim nobis peperissent, sed vitium penes *Rabbinos* residere, ex eorumque nimis angusta, & defecta, institutione, malum emanasse. Hi nempe *Grammaticas* suas non confecerunt ad *Veteris Linguæ* amplitudinem, & late fusam ditionem, sed ad *reliquias Biblicas*, quæ ne vicesimam quidem, ut parcissime dicam, ejusdem partem continent. Hoc tantumdem, ac si *Grammaticam Græcam* quis constitui, omnibusque numeris absolutam dari, posse tenderet ad Copiam *Græci Sermonis*, quam Novum Testamentum, vel ut propius hocce ponam, quam Vet. Test. versio LXX Viralis offert.

Qui in hisce non plane cæcus, facile videt, citius ex magnifici palatii ruderibus universæ substructionis pulchritudinem, & Symmetriam, quam ex *Bibliorum* reliquiis, *antiquissimæ* hujus *Linguæ* universam *Analogiam* extrui, atque circinari, posse.

Com-

Comparatione hac eo lubentius utor, quod per eam & *Rabbinica*, & *Critica*, schola erroris manifesti convincatur. *Rabbinica*, quod imprudenter *Anomala* vocitarit, quæ non satis intelligeret; quæque ad *Veteris Linguæ* normam revocata, rotundissime, & summa æqualitate, exire reperiuntur. *Critica* item, quod eo nomine *Linguam Hebræam* vexare cœperit, ut pauperem, incultam, horridam, vix sinceri quicquam, nedum pulchri, habentem: quum si modo *sibi restituatur*, nulli *Linguarum* nec *dignitate*, nec *opulentia*, nec *Analogiæ gratia*, concedat.

Hanc operam *Hebrææ Linguæ* præstare cœperunt tot Magni Viri, qui *Linguarum Orientalium* cum necessitatem, tum utilitatem infinitam, tam in *Grammatica*, quam in reliquis *Linguæ* partibus, majori luce perfundendis, supra omnem dubitationis aleam evexere.

Repugnatum quidem semper ab iis, quibus compendiaria, & mollior, via, placebat: sed ita, ut Luci repugnatur, vel Soli nebulæ offunduntur.

Qui id faciunt, non suæ tantum, sed & *Sacrarum Literarum*, dignationi, officiunt. Nempe *Analogia Linguæ Hebrææ*, ejusque *Venustas*, *gravitas*, *antiqua virtus*, tum demum pleno die reful-

gebunt, quum *Linguarum Orientalium* disjecta membra, per suavissimæ *Harmoniæ* vinculum in unum iterum corpus coalescent: pristinumque nitorem recuperabunt: tam in *Grammatica*, quæ ad *Naturam* ipsam expressa, *primigeniæ Linguæ Characterem* implere queat: quam in *Originibus*, e quibus *Naturæ* item simplicissima vis, & gratia, resplendescat.

Magno huic fini, supremoque simul fastigio *Studii Hebraici*, consequendo, qui *satis* jam *lucis* adfulsisse dictitant, e *Versionibus*, *Rabbinis*, *Lexicisque*, nec materiam hanc unquam meditati sunt, & manifestissisime repugnantia loquuntur. Quid? Adeone etiam *Grammaticam* ipsam ignorant, ut quanta ibi hactenus obscuritas regnet, nunquam senserint? Sed & hic forte, ut in *Originibus*, quibus nihil profundius, abstrusiusve, omnia tam sublimibus ingeniis sponte lucent. Forte etiam brevi in *Orbe Erudito* audietur, *Grammaticam Hebræam* non indigere *ope*, ac *luce*, *Dialectorum*, sed *suis fulgere radiis*, atque *solis instar sibimet diem præstare*. Quidni? Si enim pro *Originibus* tanta virtute pollet *princeps Linguarum*, pro *Grammatica* magis adhuc eadem polleat necesse est: & quæ nos de *Defectibus*, tam in *Analytica*, quam in *Syntactica*, regione *Grammatices*,

olim

olim attigimus, atque nunc explere connitimur, sapientissime a *Rabbinis* tradita pronunciabuntur a Cl. *Dissertatore*, qui nuper Eorum placita defendenda suscepit, *nullos hodiernos Ling. Hebr. Defectus* nec videns, pro sua perspicacia, nec pro sapientia, & gravitate, sua, ullo pacto agnoscens. Sic itur ad astra. Nobis interim liceat nostra nos tenuitate metiri, atque ingenue fateri, tam in *Grammaticis Linguæ* partibus, quam in ejusdem *Rhetoricis*, adhuc nostram saltem cognitionem cum magnis *incommodis*, & *Defectibus*, luctari. Eos pro *Analytica* ditione strinxi in *Opusculo* de *Defectibus* p. 226. 227. decem *Classibus* eorundem indicatis. *Primo*, quod numerus *conjugationum*, vel *specierum* potius, esset amplificandus, ad *Analogiam derivationis* rotundandam. *Secundo*, quod *Verborum Imperfectorum* commodior ratio esset expedienda; quam hactenus factum. *Tertio*, quod *conjugationis* cujusque *vis*, *proprietas*, & *Emphasis*, adhuc curatius enucleanda esset. *Quarto*, quod penitius intrandum esset in *formarum derivatarum* interiorem indolem. *Quinto*, limatius quoque exigendum esse discrimen *Adjectivorum*, & *Substantivorum*, &c. *Sexto*, curam diligentiorem

Par-

Particularum esse habendam. *Septimo*, *præfixorum*, usui diverso plus luminis adfundendum. *Octavo*, in *Adfixorum* quoque rationem altius penetrandum. *Nono*, distinctius indicandum, quid *Epenthetica* & *Paragogicæ* literæ, itemque *Encliticæ Syllabæ*, valuerint. *Decimo*, *Dagesh forti*, qua *Peregrino*, qua *Euphonico*, certam causam assignandam.

Hos jam, aliosque, *defectus*, non sane *Linguæ*, sed *Grammaticæ*, ut inspiciendos præbent hæ *Institutiones*, ita iisdem levandis, farciendisve, viam naturalem, ac simplicem, aperire conantur. Præsertim autem *Anomalias* eliminare, atque ad puram, sinceramque, *Analogiam*, revocare omnia connisi sumus. Aliquid effectum, sperare ausim. Multo tamen plura, & graviora, conficienda restant. Arduum est molimen, nonnisi multorum consociatis operis, humerisque, exantlandum: quemadmodum & quæ de *Originibus* ex profundissimo *Dialectorum* sinu eruendis aggredi sustinuimus, non nisi multorum item consentiente, ac conspirante, diligentia, per aliquot secula, consummari poterunt. Hæc Deus suo tempore præstabit: atque opus suum Ipse tandem coronabit; quum *Lumen Lunæ fiet ut Lumen Solis: Solis autem illud septemgemino jubare refulgebit.*

His-

Hisce generatim præmissis, ad scopum harum *institutionum Hebraicarum* pandendum; specialius quædam submonenda restant.

Tenui *Ordinem Cl. Altingii*, atque ad *Numeros* quoque *Regularum* ejus me adstrinxi, ne præstantissimam *Grammaticam*, quam meritis semper laudibus celebravi, quaque toto professionis meæ cursu usus sum, ex manibus excutere, aut abolere, velle, viderer. Erant adhuc aliæ rationes, quibus immorari non necesse. Omnium prægnantissima hæcce, quod mea judicaturis, vel & oppugnaturis, forte, occasionem præbere voluerim, omnia accuratius examinandi: atque justa trutina exigendi. Mutata *Methodus*, qualis *Erpeniana* in *Arabicis*, quam & vir summus in *Hebraicis* bono judicio tenuit, caliginem forte quandam multorum oculis offudisset, ac si aliam in Terram, Linguamve, abducti fuissent. Nunc quivis suam sibi Arcem, sua arma, relicta sentiet: atque experietur simul, non *Vetera Fundamenta* destrui, sed iisdem majus adhuc firmamentum subdi, ad *punctaturæ Masorethicæ* veritatem, & dignitatem, supra omnem aleam evehendum.

Eundem in finem quoque interserui, atque ubi materia invitabat, paucis strinxi, plerasque *Quæstiones*

tiones *Criticas*, quæ circa *Linguam Hebræam* magnis animis disputantur. Ii plerumque fervidissimi, qui ignorantissimi. Nolui itaque juvenes, ad magnam *Ecclesiæ* spem succrescentes, his in rebus hospites versari, de quibus aliquando judicium iis in publico promendum: ne dum *Veritatem* sese propugnare, & propagare, autumant, viri inter viros facti, eandem sufflaminasse, & oppugnasse, religioso sub prætextu, reperiantur.



IN-

INDEX
CANONUM GRAMMATICORUM.

SECTIO I.

De Literis.

SECTIO II.

De Punctis.

*** 2 XVI.

SECTIO III.

De Syllaba.

SE-

SECTIO IV.

De mutatione Punctorum generali.

SECTIO V.

De Nomine.

SECTIO. VI.

De Particula.

XCVIII.

SECTIO VII.

De Verbo Perfecto.

SECTIO VIII.

De Verbis Imperfectis.

CXXII.

SECTIO IX.

De mutatione verborum ob constructionem cum adfixis, aut aliquam figuram.

CXLIV.

SECTIO X.

De Prosthesi, Epenthesi, & Paragoge.

SECTIO XI.

De Accentuum *generali ratione*, *& usu.*

SECTIO XII.

De formationibus rarioribus, ex Dialecto Aramæa repeti solitis.



INSTITUTIONES AD FUNDAMENTA LINGUÆ HEBRÆÆ

SECTIO I.

De Literis.

I. lementa *Linguæ Hebrææ* distingui solent in *Literas* & *Puncta*. Per *Literas* intelligimus *consonas* tantum. *Puncta* vocamus partim *vocales*, partim reliquas *notulas*, quibus *lectio*, & *pronunciatio*, regitur, & ad

Dialecti; *Hebraicæ* normam exactiſſime indicatur.

א. Diverſa eſt ratio Linguarum *Europæarum*; in quibus γράμματα *Literæ* etiam *Vocales* comprehendunt; quod nullum vocabulum ſine harum ope, & præſentia, ne γεγράφθαι *ſcribi* quidem poſſit, nedum intelligi: quum contra *Linguæ Orientales*, *Hebræa*, *Chald.* *Syr.* & *Arab.* & ſcribi, & intelligi, commodiſſime queant citra *vocales*, quamvis ſine iis nequeant pronunciari.

ב. Paulo altius mirabilis hæc natura *Linguarum* illarum repetenda. Nempe *Litera* nihil aliud eſt quam *ſignum*, quo indicatur *motus Organicus oris*, vel in *Gutture*; vel in *Labiis*; vel in *Palato*; vel in *Lingua* fortius mota; vel in *Dentibus*. Is *motus* non tam principium *ſoni vocalis*, quam ejuſdem vehiculum, ſine quo diſtincte ex ore exire nequit. Præcedit ergo, ſi naturæ legem attendimus, *conſona*, ſubſequitur *vocalis*, quæ eſt *nota*, qua *certus* aliquis *ſonus* in *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, brevius, longius, exiens, deſignatur; qui *ſonus* additus præeunti *conſonæ*, ſyllabas, voceſque, efformet, quibus ſenſus interiores animi, aëre impulſo aliorum in aures, animoſque, perpetuo miraculo, transferre valemus.

ג. Ex hoc ordine *ſyllabas*, *voceſque*, conformandi, efflorüit *primæva* illa, & quaſi *Characteriſtica*, proprietas *Linguarum Orientalium*, qua ſe ſine *vocalibus* ſcribi, juxta, intelligique, patiuntur, ſi modo hic, illic, ubi periculum exiſtit erroris, notula apponatur, quæ formam verbi, vel nominis, determinet. *Linguæ*, quæ ab hac Lege deſciſcunt, non poſſunt *primigeniæ*, vel *antiquiſſimæ*, cenſeri. Contra quo vetuſtior *Lingua*, eo ſimplicius hunc naturæ curſum, ductumque, ſervare reperietur.

ד. Eodem ex fonte manavit alia adhuc *Primævæ Linguæ* proprietas, qua ex trium *Literarum* conſtante concurſu, quicquid eſt *Radicum* ſimplicium, copioſa non minus, quam grata, varietate conformatur, per totum *Alphabetum*: iis tantum conjunctionibus vel vitatis ſtatim, vel poſtea intermiſſis, quæ aſperæ nimis, & incommodæ, viſæ. Specimen dabit hæc *Thematum* digeſtio:

אבא אבב. אבג. אבד. אבה, cum *He mobili*, ſive *Mappicato*: אבו. אבז. אבח. אבט. אבי. אבך. אבל. atque ita porro per omnia Elementa; item אגא. אגב. אגג. אגד. אגה. אגו. אגז. אגח.

אותו. אטן. אגי, iterum ad finem usque. Eadem ratione procedere est per reliquam *Literarum* positionem, quæ omnes, si naturam spectes, omnem sedem, *primam*, *secundam*, *tertiam*, intrare potuere; atque ita constituere *Linguam* ut in principiis firmissimis fundatam, sic aptam natam ad sese cum genere humano amplificandum, atque, manente nativa forma, & facie, semet identidem locupletandum.

ח. Ad hoc *naturale* fundamentum *Linguæ Hebrææ*, cum suis sibi *Dialectis*, si attendissent multi *Critici*, nunquam eam *pauperem*, *angustam*, *mancam*, omni ex parte *imperfectam*, pronunciassent. Mihi quidem certissimum, *Linguam Hebræam*, quum viveret, ac floreret, valde copiosam fuisse, æque ac genuinas ejus vel *Filias*, vel *Sorores*, *Chald. Syr.* & *Arab.* quippe quæ minimum *decem mille Radices* debuerit possidere, quæ *decem*, si parcissime computemus, *conjugandi formis* variatæ, singulæ plus quam *triginta*, ad *sexaginta*, & ultra, *propagines*, in omni *parte Orationis* proseminanda, fundere potuere. *Linguam intermortuam*, & unius *Libri* cancellis inclusam, metiri velle ex reliquiis sane quam angustis, ne rationis quidem est, nedum eruditionis, quæ docet, cum tot *Libris*, & *Auctoribus*, *Græcis*, *Latinisque*, neutiquam tamen *integras* illas *Linguas* ad nostras manus venisse.

ו. Ex eodem hocce principio adstruere licet *Antiquitatem Ling. Hebrææ* cum agnatis *Chald. Syr. & Arab.* Ill. *Huet.* in *Dem. Euang.* cum aliis magnis Nominibus contendit, *Linguam primævam* vel *funditus interiisse*, vel *in alias omnes Linguas esse disseminatam*; vel *si integra perseveravit*, *ecquænam illa* fuerit, *Assyria*, an *Chananæa*, an *alia* quævis, *absque temeritate assignari non posse: Hebræam* certe *ex confusione Babylonica ortam*. Duo priora gratis, & sine ulla specie, ponuntur; posterius semet destruit, nam *Assyria* illa Viro Doctissimo est *Chaldæa*; ut *Chananæa* eidem est *Hebræa*, עברית, non ab עבר *Hebero* sic dicta, sed ab *Abrahamo*, qui a עבר *trans*, עברי *transfluvialis* appellatus sit, ob transmissum *Euphraten*; quo de mox. Jam vero *Chaldaica* ista, & *Hebraica*, sive *Chananæa*, *Dialecto* tantum differunt, atque *Linguæ primævæ* duos constituunt *ramos* majores, prout *Syriaca*, & *Arabica Lingua*, duos alios *ramos* efficiunt, hinc in *Septentrionem Canaanis*, illinc in *Austrum*, diffusos. In his quatuor *Ramis Linguæ antediluvianæ* vis & virtus, citra corruptionem, aut confusionem, permansit; quod nunquam in dubium fuisset revocatum, si tantam horum cognitionem habuissent homines Eruditi, quanta requiritur ad justum, solidumque, de hisce judicium feren-

rendum. Ad hoc vincendum, non abibo a palmario Ill. *Huet.* argumento, ex *Gen.* 31: 47. ubi quod *Labani Chaldæo* est יְגַר שָׂהֲדוּתָא, *Jegar Sahadutha*, i. e. *Acervus testimonii*, diversissima forma *Jacobo Hebræo* est גַּלְעֵד *Galhed.* Dici nequit, quantas turbelas dederit ista mutatio, ex *Dialecto* tantum oriunda. Utraque phrasis utrimque ex *Linguæ primævæ* fonte hausta. Nam שְׂהַד *Hebræis*, *Chaldæis*, *Syris*, *Arabibus*, sonat *testem oculatum esse*, unde שָׂהֲדוּת *testimonium*; cum *Aleph Emphatico* שָׂהֲדוּתָא; pro eo *Jacobus* maluit עֵד *testem*, a *Radice* item *Hebræis*, *Chaldæis*, *Syris*, *Arabibus*, communi, quæ *iteratam asseverationem* exprimit. Consimiliter יְגַר *acervus*, ab אָגַר, in *Lingua primæva*, *acervavit*: pro quo גַּל *tumulus*, a גָּלַל *volvit*, *convolvit*, non majorem facit differentiam, quam si pro *acervo oculatæ inspectionis*, efferre malis *tumulum testimonii*, vel *testis præsentissimi.*

De Lingua Hebrææ Antiquitate.

7. Magnis olim animis pugnatum inter *Orientales*, quænam *Lingua* antiquitatis palmam ferat. *Maronitæ* eam *Syriacæ* suæ, sive *Aramææ*, assignant. *Arabes* item suæ: nec segnius *Hebræi* suæ, eo etiam nomine *Sanctam* eam vocitantes. Subscriptum a plerisque Nostrorum ultimæ sententiæ, hoc maxime argumento, quod *nomina propria*, tum *hominum*, tum *locorum*, quæ inde ab Orbe condito memorantur a *Mose*, sint *Originis Hebraicæ.* Sic אדם *Adam*, חוה *Eva*; עדן *Eden* &c. ex *Hebræo* fonte palam dimanarunt. Reponitur ab Ill. *Grot.* & *Huet.* quos secutus Cl. *Cler.* illa nomina *Hebraice* a *Mose* expressa in gratiam *Hebræorum*, eodem significatu, quem in *primæva Lingua* obtinuerant; quamvis *forma*, & *sonus*, multum discreparent. Sic certe Nobiliss. *Thuanum* decenter *Latina* fecisse *nomina propria*, quæ *Gallice* prolata, nitorem styli deformassent. Sic Veteres quoque Auctores, *Græcos*, *Latinos*, vocabula peregrina ad suam sæpe Linguam transformasse, verbi gratia *Pelusium*, *Rhinocoluram*, *Lycum* fl. &c. &c. Nil simile. Vitiosissimum genus, nomina peregrina ad suæ *Linguæ* habitum travestire, nisi publicus ante consensus accesserit. *Hannonem* & *Hannibalem* nemo agnosceret, si *Punicum* illud in *Latinum* transiisset. Quanta regionum, urbium; locorum; quanta omnis *Historiæ* confusio extitisset, & ruina? si hoc *Historicis*

viris licuisset. Non is *Moses*, qui tale quid committere vel voluit, vel potuit. in *Originibus Orbis*, *generisque humani*, consignandis. Instat Cl. *Cler.* & *multa*, inquit, *sunt*, *quæ æque feliciter ex Ling. Chald. deduci queant*, *ut* חוה *Eva: sunt & quæ Analogice non possint ex Hebraicis radicibus derivari* &c. *unde colligi posset*, *cum Antediluvianorum hominum sermone nihil commune habuisse Hebræum.* Adfert nomina *Caini Gen.* 2: 1. & *Noachi Gen.* 5: 29. quorum *Radices* expositioni adjectæ non respondeant. Patitur Vir Doctus, quod omnes, qui *Linguam Hebr.* metiri volunt ad tenues ejus reliquias; quin exempla hæc non felicissime elegit, nam קין & קנה, cujus *Origo* קני, *acquisivit*, sunt ejusdem *stirpis*: ut נוח cum נחם *consolatus est*, in *secundarium* usum haud dubie conspirat. Iterum instans, addit, *Primævam Linguam non magis Hebraicæ adfinem esse*, *quam Chaldaicæ*, & *Arabicæ*. Id imprudenter a minus peritis negatur, quum pleraque nomina *ante* & *post Diluvium* priscis regionibus, hominibusque, imposita, æque ex *Chaldæo*, & *Arabico*, quam ex *Hebræo* fonte, derivari queant. Non minus tamen imprudens, & sibimet contraria, conclusio Cl. *Clerici*; ergo nos *vera nomina Adami*, *Evæ*, *Kaini*, *Enochi*, *Noachi*, &c. non habere, sed ea *cognomina* esse potius, *serius* iis *indita* ob *singularem* aliquem *in* eorum *vita eventum*. Atqui *evidentissime* inde colligere est, hæc esse *vera*, & *genuina* primorum hominum nomina: atque *Hebræam Dialectum*, quæ ab *Hebero* nomen traxit, *faciem nativam Linguæ primævæ* fidelissime retinuisse, una cum *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*, *Dialectis*, quæ quum ne post longa quidem secula *Harmoniam Sororiam* exuerint, antiquissimis utique temporibus illis adhuc propius, arctiusque, concinere, atque *unum corpus Linguæ* constituere, debuerunt; haud secus atque *quatuor* illæ *principes Dialecti Græcorum*, *Attica*, *Jonica*, *Æolica*, & *Dorica*, ut totidem *Rami*, *unum Linguæ Systema* constituunt, *unaque Communi stirpe* nituntur.

ח. Dispiciendum restat, de appellatione *Linguæ Hebrææ* non una. *Prima* est, qua עִבְרִית insignitur, ab *Hebero* עֵבֶר *Gen.* 10: 21. qui *Hebræorum* sator. Inde *Abrahamus* הָעִבְרִי *Hebræus* audit, *Gen.* 14: 13. Nil certius, sive *Originem* spectes, sive *formam* vocis. Et tamen hic quoque nescio quid caliginis rei clarissimæ offusum. Tenditur enim non solum ab Ill. *Grot.* *Huet.* *Cler.* sed etiam a Cl. *Guss.* ex עֵבֶר *trans*, sic appellatum

et genuina propago primævæ linguæ

ibi *Abrahamum*, quasi περάτην, *trajectorem*, quod *Euphraten trajecisset* ex *Chaldæa* in *Canaänem* migraturus, atque hac occasione ejus *Linguam* vocitatam עִבְרִית q. d. *Trajectoris*, vel *Advenæ*. Id tam incommodum, & coactum, ut permirum sit, magna Nomina huc calculum conferre potuisse. Quæstio alibi discutietur. Nunc pro indubio tenemus, & הָעִבְרִי *Gen.* 14: 13. sonare *Hebræum*, *Hebero oriundum*; & *Linguam* עִבְרִית *Hebræam* appellatam, quæ ab *Hebero* per *Phalegum*, & *Abrahamum*, in linea sancta, ad *Hebræos* fuit transmissa: ut עַרְבִית *Arabica* vocata fuit, quæ ab eodem *Hebero* per *Joctanem*, *Phalegi* fratrem, in *Arabiam Felicem*, primum, atque ex *Abrahamo* iterum, per *Ismaëlem*, reliquumque semen minus legitimum, in *Arabiam Petræum*, & *Desertam*, velut per totidem colonias emigravit. *Secunda* appellatio est *Linguæ*, vel *Labii Cananæi*, ex *Jes.* 19: 18. de qua nunc tantum obiter moneo, non satis prudenter negari *Veterem Cananæam*, sive *Phœniciam*, ejusdem cum *Hebræa* indolis, & *Originis*, fuisse. Nomina propria *Urbium*, *Regum* &c. &c. ne umbram quidem patiuntur dubitationis. Cur ergo dubitatum a multis? Quod *Chami posteri* indigni visi, qui in *Linguæ Sanctæ* consortium admitterentur. Hæc *tertia appellatio*, a *Judæis* inducta, ad *Gentis*, & *Linguæ* simul, decus cœlo locandum. Patimur, si superstitio absit; & Titulo illo לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ *Linguæ Sanctæ* nihil aliud inferatur, quam *Sanctissimos Hebræorum Vates* ea usos, ad *Sanctam Veritatis Doctrinam* consignandam. *Eximiam* quandam *Sanctitatem* ipsi *Linguæ*, quoad *materiam*, *formamque*, arrogare, solis licet *Judæis*, qui se reliquis gentibus *Sanctiores*, eadem inanitate, gloriantur.

II. *Li-*

II. *Literæ*, quæ *consonantiam* præstant *vocalibus*, sunt XXII. vel secundum alios XXIII.

Nomen.	Figura.	Potestas.		Numerus.
Aleph	א	(᾿)	Spiritus lenis *Græc.* sive tenuissima apertio gutturis ad sonandum.	1
Bheth	ב	β *bh.*	Cum adspiratione; secundum plurimos.	2
Ghimel	ג	γ *gh.*	Item cum aspiratione.	3
Dhaleth	ד	δ *dh.*	Similiter adspiratum. Alii adspirationem his tribus Elementis additam fuisse negant.	4
He	ה	(῾) *h.*	Spiritus asper *Græc.*	5
Waw	ו	*v.*	Non Digamma *Æolicum*, sed nostrum *w.*	6
Zain	ז	ζ *z. ds.*		7
Hheth	ח	*hh.*	Spiritus altero tanto asperior quam *Græcorum* ille asper.	8
Tet	ט	τ. *t.*	aliis ϑ. adspiratum.	9
Jod	י	*Jota j.*		10
Chaph	כ ך	χ. *ch.*		20
Lamedh	ל	λ. *l.*		30
Mem	מ ם	μ. *m.*		40
Nun	נ ן	ν. *n.*		50
Samech	ס	σ. *s.*	lene.	60
Hgain	ע	*hhh.*	Spiritus asperrimus, exiens fere in *hg.*	70
Phe	פ ף	φ. *ph.*		80
Tzade	צ ץ	*tz.* vel *tds.*		90
Koph	ק	κ. *k.*		100
Resch	ר	ρ. *r.*		200
Schin	שׁ	χ. *sch.* vel *sj.*		300
Sin	שׂ	σ. *s.* durum.		300
Thaw	ת	ϑ. *th.* aliis simplex *t.*		400

Quin-

Quinque *Chaph*, *Mem*, *Nun*, *Phe*, *Tzade*, duplicem figuram habent, ut in *Tabula* expressum. Posteriori modo pingi solent in *fine* vocabulorum, indeque *Finales* appellantur; *Mem*, ex מ infra aperto, in quadratam formam semet claudente ם: reliquis כ, נ, פ, צ, *basin* suam deorsum mittentibus ך, ן, ף, ץ, quæ mutationes ex studio καλλιγραφίας ortæ.

Quinque, item ornatus ergo, *dilatari* amant, ad lineam, quæ nunquam abrumpi se patitur, explendam, & cum reliquis æquandam. Hæ sunt ﬡ, ﬣ, ﬥ, ﬦ, ﬨ, *dilatabiles* dictæ, quod pro spatio versus explendi, plus, minus, extendi possint. Sunt MSS. & impressi Codices in quibus *Hheth* & *Resch* similiter dilatantur in ח & ר. Elegantior scriptio has formas respuit.

Magna similitudo quarundam *Literarum* oculum tironis ludens. Notetur ergo statim simile & dissimile quod intercedit inter ב & כ; *Beth* & *Chaph*. ג & נ, *Gimel* & *Nun*. ד & ר, *Daleth* & *Resch*. ה & ח, *He* & *Hheth*. ח & ת, *Hheth* & *Thauw*. ו & ז, *Waw* & *Zain*. מ sive ם & ס, *Mem* & *Samech*. ע & צ, *Hgain* & *Tsade*. Adde nonnunquam ז & ן, *Zain* & *Nun finale*: item, כ & ר, *Chaph* & *Resch*, si liberior sit ductus: nec non ל & ר, *Lamedh* & *Resch*, si posterius apiculo insigniatur, ut in quibusdam MSS. fieri solet. Hac vicinitate delusi quoque multum LXX. aliique Veteres interpretes.

א. *Numerum* & *Ordinem* huncce *Literarum* sancit, præter alios *Psalm.* 119. e quo *Schin* & *Sin* ad unum Elementum recte

ᴄte revocari, itidem liquet. Idem percipies ex quatuor prioribus *Cap. Thren.* ubi consimiliter *Schin* & *Sin* pro una *Litera* censentur. Rationem infra tangemus. Nunc moneo Veteres *Arabes*, sive *Joctanidas*, qui ex domo *Heberi* in *Arabiam Felicem* immigrarunt, eundem & *numerum*, & *ordinem*, tenuisse, ut patet ex prisco gentis *Alphabeto*, quod *Abgad*, *Hawaz*, *Hhati*, *Calman*, *Sahhhphatz*, *Karschat*, nuncupatur. Id ex meris *Hebraicis* Elementis contextum. Qua occasione *Sex* alia adjecta deinde, infra dabitur. Monendum præterea, *Græcum Alphabetum*, quod a *Cadmo Phœnicio* primitus invectum nemo ignorat, eadem serie ad *Dialectum Phœniciam* enunciata decurrere. Ea cum א *Emphatico* ad finem, ex אלף *Aleph*, reddit אלפא *Alpha*; atque ita porro ביתא *Beta*. גמלא *Gamla*, unde mollius *Gamma*. דלתא *Delta*. Pro *He* substitutum ἒ ψιλὸν. *Waw* quod in *Diphthongum* ὒ cum vocali à colliquefactum esset, ejus in jura concessit. *Zain* זינא *Zena*, olim & זיטא, dedit *Zeta*. Ἦτα ortum ex *Hhet*; fuitque, ut Viri Doctiss. observant, olim *Consona*, quæ in duos spiritus discerpta, lenem & asperum, postquam *Simonides* novam hanc vocalem, ex duobus ε, id est ה, conflatam, introduxisset. Ex טיתא processit *Theta*, cum adspiratione, quam propterea nonnulli *Hebraico* quoque *Elemento* reddendam autumant, *Thau* ad simplex *Taw* redire jusso. יודא dedit *Jota*, in meram vocalem liquescens. כפא *Kappa* migravit sub χ *Chi*: ut, versa vice, קוף *Koph*, trajectum in *Kappa*, quod & *Koppa*. Ex *Lamed* more *Phœnicio*, ortum למדא *Lamda*. Ex *Mem*, *My*. Ex *Nun*, *Ny*. Ex *Samech*, *Semcha*, *Semchat*, natum *Sigma*. ע *Hgain*, asperrimum, Orienti relictum. *Phe* פֵּה, quod & פִּי *Pi*, sonatur, exhibuit πῖ & φῖ. *Tzade* sub *Zeta* stare jussum. De *Koph* jam vidimus. *Rho* est *Resch*, quod & *Rosch*. *Schin*, *Sjin*, *Sin*, sub *Sigma* sese receperunt; nam χ non est simplex *Litera*. Denique *Thaw* præbuit ταῦ, demta adspiratione, quam τῷ ἦτα subdiderant. Hanc *Cadmei Alphabeti* ultimam fuisse, a Doctis Viris observatum. ξ & ψ sibimet debet *Græcia*; nam ξ ex *Schin* deflexum, non persuadeor. Sunt potius *duplices literæ*, ex κσ, & πσ, conflatæ. Ceterum an omnino certum sit, *Cadmum sedecim* tantum *Literas* in *Græciam* intulisse, reliquis *octo* a *Palamede* & *Simonide* adjectis, discutere haud vacat.

ב. Non injucundum fuit in *Hebræa*, & *Phœnicia*, *Lingua*, ori-

originem adſpexiſſe *Literaturæ Græcæ*, atque ſic ultimam *antiquitatem* harum *denominationum*, quæ *Elementis* noſtris inditæ, ſimul adfirmaſſe. Gravior hinc ſubnaſcitur *Quæſtio*, an *nomina* iſtæc arbitraria plane ſint, aut fortuito nata, an potius certo judicio, & delectu, *Inventoris Literarum*, qui tandem cumque ille, impoſita, ad cujuſque *vim & figuram ſimul conſignandam*. Poſterius cum *Rabbinis* tenent Magni inter Noſtros Viri. Hi obſervare jubent omnibus hiſce *denominationibus* ſuam ſubeſſe ſignificandi virtutem & proprietatem, quæ cujuſque *Literæ* vel *Ordini*, vel *Formæ*, apprime conveniat. אלף *Aleph* nempe, ſonat *Bovem*, vel *ducem*. Appellatio, ajunt, in primum *Elementum* rite quadrans, ſive *Formam* ſpectes *cornutam*, ſive *principem* locum. בית *Beth*, *Domus*, in *figura* ב ſe offerens, cujus *Baſis* pingat *fundamentum:* ſuperior linea, *tectum planum:* intermedia *parietem:* apertum latus, *januam*. Eadem ſubtilitate גימל *Ghimel* a גמל *Camelo* ſtatuitur nomen traxiſſe, ob *formam gibboſiorem*. דלת *Daleth* a דלת *Deleth*, quatenus *valvam*, vel *januam*, notat. וו *Vau*, quod *Uncum* referat. זין *Zain*, quod *Telum*, *Gladium*, *Clavam*, &c. כף *Chaph*, a כפף *curvavit*, quod *volam manus*. למד *Lamed*, quod *ſtimulum bovi agendo*, qui מלמד *Malmed* alias: &c עין *Ajin*, quod *oculum*. פה *Phe* quod *os*, & *vultum*. ריש *Reſch*, quod *caput* imitetur. שין quod *tridens* ſit *Litera*, a שן *dens*. תו *Thau*, quod *Terminum* quaſi figat, a תוה *Terminavit*. Hæc fere *demonſtrationem* quandam adferre cenſentur, de qua ne *Carneades* quidem dubitaſſet. Sic Cl. *Rhenferdius* poſt *Druſ.* fortiter ſatis, in *Diſſ.* de *Antiq. Lit. Jud.* reliqua tamen non eandem habere evidentiam agnoſcens. Nempe הא *He* juxta *Rabbinos* valet *Ecce*. חית *Hheth*, iiſdem eſt *fera quadrupes*, ſecundum alios, *ſaccus*, ex uſu *Thalm.* טית, vel potius טיט, *Cœnum*. יוד quaſi יד *Manus*, vel *pugnus*. מם *Mem*, quaſi מום, *macula*, vel a מים *aqua*. נון *Nun* aliis, ex *Chald. piſcis*, aliis, ex *Hebr. ſoboles*, *propago*. סמך *Samech*, *fulcrum continuum*. צדי *Tzade* nonnullis *Latera*, a צדד, nonnullis *venabula*, a צוד. Denique קוף *Koph*, *ſimia*, vel *Cephus*, plurimis: aliis aliud ſonat. Horum partem adoptat Cl. *Rhenſ.* par-

2. De Nominib. Literarum.

Ratio, cur qui certo consilio indita esse volunt.

partem in medio relinquit: negans ob quarundam appellationum obſcuritatem aliarum luci & claritati quicquam decedere. Ex his validiſſimum argumentum duci poſſe autumat, ad *Literarum* noſtrarum *Antiquitatem* adſtruendam, contra *Scalig. Grot. Druſ. Huet. Cler.* alioſque qui *Samaritanos Characteres* vetuſtiores ſtatuunt, quippe in quos hæ *appellationes* neutiquam quadrent. Nos Viro Doctiſſ. facile largimur: 1. *Eum qui ſcribendi artem invenit, fuiſſe hominum longe ſapientiſſimum.* 2. *Inventorem literarum non tantum Characteres ponere, ſed & ſua ſingulis nomina imponere debuiſſe.* 3. *Hæc nomina conformanda fuiſſe ad genuinam Literarum poteſtatem in pronunciatione.* Sed quod jam 4. ſubſumitur, *ea nomina ſtatim* ponenda *fuiſſe*, *Aleph*, *Beth*, *Gamal*, &c. ut convenientia indicaretur horum *Characterum* cum *Duce*, *Domo*, *Camelo*, &c. atque ita mirificum diſcendi, docendique, compendium poſteris ſubminiſtraretur, id vero μέγα λίαν αἴτημα, & Rejicitur
meo quidem judicio a *natura*, & *origine* rerum, alienum. Id ita probo. Simplicitas *Naturæ* 1. nihil aliud ſuggeſſit in *Conſonantibus* quam *motum organicum oris*, vel per *guttur*, vel per *Labia* &c. reſonantis. Is *motus* per *a* vel *e* obſcurius cum *apertione gutturis* exiens, conſtituit *τὸ* א: ut *Ba*, vel *Be*, efficit ב. *Gha*, vel *Ghe*, ג. *Dha*, vel *De*, ד. In reliquis eadem ratio. Non opus aliis nominibus ad poteſtatem *Literæ* ſignandam. Hoc vel vernacula quemque ſua docere poſſit. 2. Illi *motus*, pulſuſque 2
aëris, *organici*, haud dubie extiterunt in *ore* hominum, & *vivo ſermone*, ſatis diu ante, quam *notis*, *ſigniſque*, quas *Literas* vocamus, exciperentur: ergo *a*, *ba*, *ga*, *da* &c. antiquiſſimum habent jus; quum *Aleph*, *Beth*, *Gimel*, *Daleth*, aliquid novicium ſpirent. 3. Id negare ſaltem non licet iis, qui poſt *Dilu-* 3
vium demum inventas literas exiſtimant: inter quos & Cl. *Rhenferd.* Ne ii quidem 4. id inficias ire poſſint, qui *Adamum* 4
Auctorem hujus artis ſtatuunt; nam אדם *Adami* & חוה *Evæ* nomina, cum aliis vocibus, per totum *Alphabethi* ordinem, haud dubie præceſſere; nec niſi diu poſt ad *motus* illos *oris* certis *figuris* ſignandos acceſſum fuit, ſive jam *ante diluvium*, ſive *poſt* illud demum. Nego 5. tantam eſſe convenientiam inter figuras *Li-* 5
terarum א, ב, ג, ד, &c. & inter *Bovem*, *Domum*, *Camelum*, *Januam* &c. quanta fidenter ſupponitur, & inculcatur. Totum hoc genus precarium. Mitto *Hheth*, *Teth*, *Jod*, *Mem*, *Nun*, *Koph*, quæ ferme ridicula, nedum rejicula, ad iſtam quidem, quam ſupra tetigi, *Etymologiæ* rationem. Capiamus *Aleph*; ubi jam *Bove*, vel *Duce*, non contentus Cl. *Rhenf.* adſciſcere debuit

originem adſpexiſſe *Literaturæ Græcæ*, atque ſic ultimam *antiquitatem* harum *denominationum*, quæ *Elementis* noſtris inditæ, ſimul adfirmaſſe. Gravior hinc ſubnaſcitur *Quæſtio*, an *nomina* iſtæc arbitraria plane ſint, aut fortuito nata, an potius certo judicio, & delectu, *Inventoris Literarum*, qui tandem cumque ille, impoſita, ad cujuſque *vim & figuram ſimul conſignandam*. Poſterius cum *Rabbinis* tenent Magni inter Noſtros Viri. Hi obſervare jubent omnibus hiſce *denominationibus* ſuam ſubeſſe ſignificandi virtutem & proprietatem, quæ cujuſque *Literæ* vel *Ordini*, vel *Formæ*, apprime conveniat. אלף *Aleph* nempe, ſonat *Bovem*, vel *ducem*. Appellatio, ajunt, in primum *Elementum* rite quadrans, ſive *Formam* ſpectes *cornutam*, ſive *principem* locum. בית *Beth*, *Domus*, in *figura* ב ſe offerens, cujus *Baſis* pingat *fundamentum:* ſuperior linea, *tectum planum:* intermedia *parietem:* apertum latus, *januam*. Eadem ſubtilitate גימל *Ghimel* a גמל *Camelo* ſtatuitur nomen traxiſſe, ob *formam gibboſiorem*. דלת *Daleth* a דלת *Deleth*, quatenus *valvam*, vel *januam*, notat. וו *Vau*, quod *Uncum* referat. זין *Zain*, quod *Telum*, *Gladium*, *Clavam*, &c. כף *Chaph*, a כפף *curvavit*, quod *volam manus*. למד *Lamed*, quod *ſtimulum bovi agendo*, qui מלמד *Malmed* alias: &c. עין *Ajin*, quod *oculum*. פה *Phe* quod *os*, & *vultum*. ריש *Reſch*, quod *caput* imitetur. שין quod *tridens* ſit *Litera*, a שן *dens*. תו *Thau*, quod *Terminum* quaſi figat, a תוה *Terminavit*. Hæc fere *demonſtrationem* quandam adferre cenſentur, de qua ne *Carneades* quidem dubitaſſet. Sic Cl. *Rhenferdius* poſt *Druſ.* fortiter ſatis, in *Diſſ.* de *Antiq. Lit. Jud.* reliqua tamen non eandem habere evidentiam agnoſcens. Nempe הא *He* juxta *Rabbinos* valet *Ecce*. חית *Hheth*, iiſdem eſt *fera quadrupes*, ſecundum alios, *ſaccus*, ex uſu *Thalm.* טית, vel potius טיט, *Cœnum*. יוד quaſi יד *Manus*, vel *pugnus*. מם *Mem*, quaſi מום, *macula*, vel a מים *aqua*. נון *Nun* aliis, ex *Chald. piſcis*, aliis, ex *Hebr. ſoboles*, *propago*. סמך *Samech*, *fulcrum continuum*. צדי *Tzade* nonnullis *Latera*, a צדד, nonnullis *venabula*, a צוד. Denique קוף *Koph*, *ſimia*, vel *Cephus*, plurimis: aliis aliud ſonat. Horum partem adoptat Cl. *Rhenf.* par-

partem in medio relinquit: negans ob quarundam appellationum obſcuritatem aliarum luci & claritati quicquam decedere. 'Ex his validiſſimum argumentum duci poſſe autumat, ad *Literarum* noſtrarum *Antiquitatem* adſtruendam, contra *Scalig. Grot. Druſ. Huet. Cler.* alioſque qui *Samaritanos Characteres* vetuſtiores ſtatuunt, quippe in quos hæ *appellationes* neutiquam quadrent. Nos Viro Doctiſſ. facile largimur: 1. *Eum qui ſcribendi artem invenit, fuiſſe hominum longe ſapientiſſimum.* 2. *Inventorem literarum non tantum Characteres ponere, ſed & ſua ſingulis nomina imponere debuiſſe.* 3. *Hæc nomina conformanda fuiſſe ad genuinam Literarum poteſtatem in pronunciatione.* Sed quod jam 4. ſubſumitur, *ea nomina ſtatim* ponenda *fuiſſe*, *Aleph*, *Beth*, *Gamal*, &c. ut convenientia indicaretur horum *Characterum* cum *Duce*, *Domo*, *Camelo*, &c. atque ita mirificum diſcendi, docendique, compendium poſteris ſubminiſtraretur, id vero *μέγα λίαν αἴτημα*, & Rejicitur
meo quidem judicio a *natura*, & *origine* rerum, alienum. Id ita probo. Simplicitas *Naturæ* 1. nihil aliud ſuggeſſit in *Conſo-* Ratio 1.
nantibus quam *motum organicum oris*, vel per *guttur*, vel per *Labia* &c. reſonantis. Is *motus* per ἀ vel ἰ obſcurius cum *apertione gutturis* exiens, conſtituit τὸ א: ut *Ba*, vel *Be*, efficit ב. *Gha*, vel *Ghe*, ג. *Dha*, vel *De*, ד. In reliquis eadem ratio. Non opus aliis nominibus ad poteſtatem *Literæ* ſignandam. Hoc vel vernacula quemque ſua docere poſſit. 2. Illi *motus*, pulſuſque 2
aëris, *organici*, haud dubie extiterunt in *ore* hominum, & *vivo ſermone*, ſatis diu ante, quam *notis*, *ſigniſque*, quas *Literas* vocamus, exciperentur: ergo ἀ, *ba*, *ga*, *da* &c. antiquiſſimum habent jus; quum *Aleph*, *Beth*, *Gimel*, *Daleth*, aliquid novicium ſpirent. 3. Id negare ſaltem non licet iis, qui poſt *Dilu-* 3
vium demum inventas literas exiſtimant: inter quos & Cl. *Rhenferd.* Ne ii quidem 4. id inficias ire poſſint, qui *Adamum* 4
Auctorem hujus artis ſtatuunt; nam אדם *Adami* & חוה *Evæ* nomina, cum aliis vocibus, per totum *Alphabethi* ordinem, haud dubie præceſſere; nec niſi diu poſt ad *motus* illos *oris* certis *figuris* ſignandos acceſſum fuit, ſive jam *ante diluvium*, ſive *poſt* illud demum. Nego 5. tantam eſſe convenientiam inter figuras *Li-* 5
terarum א, ב, ג, ד, &c. & inter *Bovem*, *Domum*, *Camelum*, *Januam* &c. quanta fidenter ſupponitur, & inculcatur. Totum hoc genus precarium. Mitto *Hheth*, *Teth*, *Jod*, *Mem*, *Nun*, *Koph*, quæ ferme ridicula, nedum rejicula, ad iſtam quidem, quam ſupra tetigi, *Etymologiæ* rationem. Capiamus *Aleph*; ubi jam *Bove*, vel *Duce*, non contentus Cl. *Rhenſ.* adſciſcere de-

 buit

buit *assuefactionem*, ut Tirones monerentur, non nisi *exercitio*, & *usu longo*, *sequentem Literaturam* comprehendi posse. Ecquid sentis denominationem postea demum inditam? Si ב contempler, *Domum* in ista *Domo* quæro; præsertim ubi *tentoria* mihi, & *tuguria frondibus contexta*, propono, in quibus vetustissimi mortales habuerunt. In ג *Gimel*, *Camelum* cum *gibbo* paucissimi, credo, mecum invenire poterunt. In ד *Daleth* nec *valvas* video, nec *ostium pensile*; nisi id a *Magistro* edoctus fuero. In ו *Waw* utcumque *uncum*, vel *clavum*, notare possum. In ז *Zain* quoque quandam *gladioli* similitudinem cerno. In כ *Chaph*, ל *Lamedh*, & ע *Ain*, si quis mihi monstret *volam*, *stimulum*, *oculum*, video quid captetur, sed magnam adeo convenientiam non video. In פה *Phe*, & ר *Resch*, pro *Ore*, & *Capite*, quadraret illud *Lucani*, *Rudibus vocem signare figuris*. שין *Schin* aliquatenus *tridentem* format; sed *Analogia* vix permittit ut a שֵׁין *Dens*, cujus *Rad.* שנן, id vocabuli derivetur. תו *Tauw* repræsentare formam *Termini* veteris, eaque ansa hanc *Literam* terminasse *Alphabethum*, haud liquet sane. Si vel liqueret, nil aliud 6. inde colligendum relinqueretur, quam Eum, qui *Nomina* hæcce *Aleph*, *Beth* &c. primus introduxit, memoriæ subsidiolum suppeditare voluisse; *Literarum rudiores* quasdam *similitudines* indicando, ad quas *Literæ Be*, *Ge*, *De*, *We*, *Ze* &c. revocari possent. Hoc pro *Puerulis* primitus excogitatum, ante *Cadmi* jam tempora, magnam partem *Orientis* occupavit, *Phœniciis* sonantibus *Alpha*, *Beta* &c. *Syri*, magis ad septentrionem siti, crassiore sono *Olaph*, *Beth*, *Gomal*, *Dolath* &c. &c. *Lomad* &c. *Tsode*. extulerunt. Delicatior pronunciatio, e situ australi oriunda, in *Arabia* tenuit, *Elif*, *Be*, *Gjim*, *Dal*, duplex, *He*, *Waw*, *Ze*, *Hha* duplex, item *Ta* duplex, *Je*, *Cheph*, *Mim*, *Nun*, *Sin*, *Ain* duplex, *Phe*, *Tzad* duplex, *Koph*, *Schin*, *The* duplex, quod partim blæse *Thse*, partim pure *Te* resonaret. Habes 28. *Literas Arabum*, pro 22. ad omnem varietatem *Dialecti*, & *Originem Linguæ* simul, melius conservandam. In his manifesta vestigia *Veteris* illius, & *Naturalis*, quam diximus, tum pronunciationis, tum denominationis consonantium, quibus, inde a primordio Literarum, *artificialia* nostrâ *nomina* fuisse adjecta, minus verisimile: nedum ut pulcherrimæ artis inventor *significationes*, & *similitudines* nimis dissimiles, quas strinximus, posteris tanquam ali-

aliquid *Reale* voluerit inculcare, unde *Originem*, sive *proprietatem*, *Radicum* vestigare, & eruere, deberent.

ג. Respicio ad *Hypothesin* Insignium præcedenti, & hoc Seculo, Philologorum, qui quum observassent *regnantem* hactenus in *Hebrææ Linguæ cognitione defectum*, quod *Radicum* scilicet *Origines* fere ignorentur, eas ex *ductibus literarum* exsculpi, & constitui, posse, ac debere, judicarunt. Præcipui in ardua hac via calcanda Cl. *Neuman.* in *Genesi* & *Exodo Ling. S.* cum *Clave Domus Heberi:* nec non *Val. Ern. Loescherus*, Vir Summus, qui de *Causis Ling. Hebr.* conscripsit tres *Libros*, omni luce, & copia, Eruditionis interioris refertos. Prostat etiam *Lexicon* sive *Porta L. S.* edita a *Rev. Paul. Mart. Alberti*, in quo *Formales significationes* Verborum ex *Literarum figuris* eliciti, proponuntur. Ut genus noscatur, misso *Neumanno*, libabo paucula ex *Excell. Loesch. L.* 2. p. 258. & seq. ubi de *valore externo*, & *interno*, cujusque *Consonantis*, cogitata sua expromit. *Aleph* scil. *Ducem* signans, *interiori suo valore* ei adfert *præsentiam eminentem*, & *præcipuam*, *eamque activam*; quam in *Radicibus* istam *Literam* in *prima*, *secunda*, *tertia* sede, habentibus, ab ista parte se exerere statuit. *Beth* notans *Domum*, sive *spatium*, *cinctum*, *tectumque*, *in quo aliquid continetur*, eidem exhibet simul *interiorem notionem continendi in se*, *vel immanendi*, & *inexistendi*. Iterum *Gimel*, a *gibbo camelino*, ei præcipuum jus obtinere videtur in eas Radices, quæ *gibbosam inflexionem*, aut *arcuatum*, *fornicatum*, *tumensve* aliquid designant. Desino in *Dalet*, quod *januam exitumve apertum* externe indicans, ex Viri ingeniosi *Hypothesi*, interiore sua indole inferre debet vim *egrediendi*, *emanandi*, *erumpendi*. Exempli gratia, גד *Gad*, Semen Bisyllabum, ei est *copiosa eruptio*. Inde גדד *copiose erumpere* vel *irrumpere*, *turmatim grassari*. Item אגד *Esse in statu copiosæ eruptionis*, *in eoque manere:* unde אֲגֻדָּה *conglobatio agminis*, *fasciumve*. Iterum נגד *copiose*, & *successive*, *provenit*, unde in *Hiph.* הגיד valere cœperit *copiose ordinateque rem exposuit*, *atque enarravit*. Nunquam magna ingenia ad tam *devias Linguæ instaurandæ vias* abire potuissent, nisi *Formales verborum significationes*, ad morem Cl. *Bohlii*, & *Gussetii*, citra ullam opem, auctoritatemve, *Dialectorum* adfinium, fabricare cœpissent seculo XVII. & XVIII. *Antesignanis Forstero*, & *Avenario*, medio seculo XVI. Has *Formas Radicales* quum *fundamento* destitutas sentirent, sis fulcra hæcce ex *Figuris Literarum* exsculpta subjicere studuerunt. Laudabilis enimvero conatus:

 sed

sed *lubricum*, & *praeceps*, genus. Sensit pro Sapientia sua Eximius *Loescb.* p. 272. *Ut persuasus sum huic negotio solidum quid subesse, atque in nonnullis Literis rem clarissime perspicio, ita de multis velut per nebulam, atque in difficiliori crepusculo, nonnihil observo; totamque adeo rem, crudam adhuc, atque Eruditorum curis expoliendam, confiteor. Tantum ergo abest, ut hoc vel Unicum, vel Capitale, restituendi Ebraismi præsidium esse censeam, ut potius in secundis illud ponam, atque in subsidium tantum vocem.* Cordate! Nobis *subsidium in secundis stans* tum demum placebit, ubi evictum fuerit, *nomina*, *Aleph*, *Beth*, *Gimel* &c. divinitus imposita *Literis:* simulque *Clavim* nobis in iis traditam, ad *notiones* & *Origines* verborum *Kabbalistica* quadam *ratione* inde eruendas. De his alibi latius, ubi & *Alphabetum Naturale Franc. Merc. Helmontii* ex *Kabbalæ* fontibus haustum examini subjicietur.

De Origine & Inventore Literarum. Locus Plinii

ד. De *Literarum inventione* & *Origine* paucula attexenda. Nobilis locus *Plin.* L. 7. *Cap.* 56. *Literas semper arbitror* Assyrias *fuisse*; *sed alii apud Ægyptios a Mercurio*; *alii apud* Syros *repertas volunt. Utique in Græciam intulisse e* Phœnice *Cadmum sedecim numero* &c. *Anticlides in* Ægypto *invenisse quendam Menona tradit*, XV. *annis ante Phoroneum*, *antiquissimum Græciæ regem*; *idque monumentis approbare conatur. E diverso Epigenes*, *apud* Babylonios DCCXX. *annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet*, *gravis auctor in primis*; *qui minimum*, *Berosus & Critodemus* CCCCLXXX *annorum. Ex quo apparet Æternus Literarum usus.* Posteriores numeros in mendo cubare, & *Millenarii* notam excidisse, tota series, cum clausula subnexa, vincit; nam ex *Diod. Sic.* & *Cicer.* de *Divin.* 1: 19. constat *Babylonios* jactasse, se CCCCLXX. *millia annorum monumentis comprehensa continere*, *quibus motus stellarum*, *cursusque*, *sint persecuti.* Observavit hoc Cl. *Periz.* in *Orig. Babyl. Cap.* 1. cui etiam rescribere jubenti, *Literas semper arbitror* Assyriis *fuisse*, facile assentior, nam istud *semper Assyrias* semet implicat, & destruit ferme. *Æternum literarum usum* statuisse *Plinium*, qui *Mundum*, *Numen æternum & immensum esse*, in initio Operis posuerat, nil mirum. *Babylonicam* vanitatem redarguere, haud necesse. Eam tamen tangere non piguit, quod inde pateat, *Literas* nunquam pro *re novicia* habitas: quodque simul inde eluceat, in *Babylonia* vel *Assyria* Veteres earum *Originem* quærendam censuisse. Hoc non longe a vero abesse agnoscetur, sive *Adamum* primi orbis; sive *Noachum*, secundi *Conditorem*, *Literas condidisse*, atque genus humanum beneficio hocce immortali, & nunquam satis

Originis & explicat.

præ-

prædicando, mactasse judicetur. Prius tenent *Bang.* in *Cœlo Orient.* & *Wasmut. in Vind. S. H.* cum aliis bene multis. Posterius arrisit Cl. *Rhenf.* in *Diss.* de *Antiq. Lit. Jud. Par.* XXVII. ubi ante *Mosen*, & *Jobum* eo adhuc antiquiorem, jam literas in usu fuisse ostendit ex *Job.* 3: 6. & 19: 23. 24. *Exod.* 24: 4. Sic opinio cadat necesse est, qua alii *inventionis* hujus *gloriam Legislatori Hebræorum*, prima fronte sic satis speciose, vindicarunt. Cl. *Carpzov.* in *Crit. Sacr. V. T.* ita calculum ponit p. 225. *sicut ante Mosen scriptionem viguisse, extra dubium locamus, ita potuit forte aliquis ex Adami posteris, tam scribendi artificium, quam literarum, primus invenisse, ut neutri e Duumviris istis hæc palma debeatur.* Maluissem aliquid pressius. Sed res ardua ad constituendum. Id certum, multo excellentissimum, & plane divinum, esse inventum, quod non nisi a sapientissimo, & Naturæ peritissimo, potuit proficisci. Res dignissima, quæ penitius magno in otio discutiatur. Curam istam fines hujus opellæ non admittunt. *Alphabeta Adami*, *Sethi*, *Enochi*, *Noachi*, cum *Angelico*, & *Mystico*, vanorum hominum ludibria sunt. *Columnas* item *Sethi*, cum *inscriptionibus*, contra diluvium scilicet, parum moramur.

ח. Capitalis sequitur Quæstio, quæ Orbem Eruditum hactenus divisit, quisnam sit *antiquus Hebræorum Character*, isne, quo nunc utimur, an *Samaritanus*. Status, & Origo simul, controversiæ, cognoscetur ex *Hieron. Præf. in Libr. Reg.* quæ sic incipit. *Viginti & duas Literas esse apud* Hebræos *Lingua quoque* Syrorum & Chaldæorum *testatur, quæ* Hebrææ *magna ex parte confinis est. Nam & ipsi* XXII. *elementa habent, eodem sono, sed diversis characteribus.* Samaritani *etiam pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant: figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumque est* Esdram *scribam, Legisque Doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi, sub Zorobabel, alias litteras reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usque tempus iidem* Samaritanorum & Hebræorum *fuerint characteres* &c. &c. Tam magna, & diserta, auctoritate adducti insignes Literatores, *Scal. Casaub. Drus. Grot. Seld. Erpen. Walton. Capel. Boch. Job. Gerh.* & *Isac. Vossii*, *Cler. Basnag.* aliique complures e *Pontificiis*, & *Lutheranis* etiam *Doctoribus*; quin & ex *Judæis* non infimæ caveæ Magistri, ut R. *Jos. Albo*, nec non *Mos. Gerund.* sive *Nachmanid.* & *Abraham. Salmantic.* itemque *Spinos.* in *Comp. Gramm.* magno consensu tanquam dubio vacuum pronunciant, *Vera Hebræorum elementa*, quibus *Lex*, & *Prophetæ*, exarati, non esse *quadrata* illa, quæ nunc præ mani-

nibus nostris, sed *Samaritana*, quæ cum scriptura אשורית *Assyriaca* commutaverit *Esras*, quum, post captivitatem *Babylonicam*, collapsa sacra renovaret, atque exempla *Bibliorum* describi, & restitui, curaret. Circa surrogationem hanc *Characteris novi*, in locum *Veteris*, variari video a doctis ingeniis. Plerique eam arcessunt a longa mora, qua *Hebræi* in exilio scripturæ patriæ obliti, *Chaldæam*, sive *Assyriam* hancce, ut familiariorem prætulerint. Alii recurrunt ad odium in *Samaritanos*, quo ducti Reduces, sic omne cum iis commercium voluerint amputatum. *Hieron.* innuere videtur *Esram* hanc ipsam ob causam novas Literas pro peritia sua excogitasse. *Spinos.* in *Comp. Cap.* 2. *hodiernum* hunc *Characterem* ait *esse Syriacum, quem Esras præ antiquis Hebræis literis elegerit, quemque Pharisæi superstitiose sint imitati.* De ratione mutationis silet. Argumenta, quibus docta hæc Acies pugnat, præcipua sunt. *α* Nomen כתב אשורי *Scripturæ Assyriacæ*, quod ipsi *Thalmudici* tribuunt *Characteri* מרובע *quadrato*; secundum Celebrem traditionem *Cod. Megill.* *Rabbi Juda dicit, Scriptura Assyriaca data fuit Lex; cum vero peccassent conversa est ipsis in fracturam. At cum pœnitentiam egissent diebus Esræ, reddita est ipsis Assyriaca.* Id *β.* eo validius stringere videtur, quod *Thalmudici* istam appellationem inditam velint *Scripturæ Esræ*, שעלה עמהם מאשור *quia adscendit cum iis ex Assyria:* quod enim alii ab אשר *Beatus fuit* eam derivarint, q. d. *Scripturam Beatam*, sive *Sanctam*, & *Analogiæ* adversum esse, & plane *Judaicum*, atque superstitiosum. Instatur *γ.* ex pressioribus adhuc testimoniis R. *Jose*, Doctoris *Misnici*, & R. *Zutra*, *Gemarici*, quorum prior *Esram* dignum habitum fuisse ait, qui *Scripturam* mutaret ex *Veteri* in *Assyriacam:* alter disertius adhuc inculcat, *In principio datam esse Legem Scriptura Hebræa*, בכתב עברי, & *Lingua Sancta: deinde in diebus Esræ eam datam, Scriptura Assyriaca* בכתב אשורי, *& Lingua Aramæa. Electam itaque esse pro Israelitis*, Scripturam Assyriacam *&* *Linguam Sanctam; atque Idiotis* i. e. Cutæis, *sive* Samaritanis, *relictam* Scripturam Hebræam, *&* *Linguam Aramæam.* Plus præsidii *δ.* ponitur in *Nummis Samaritanis*, vel potius, *Judaicis antiquis*, *Samaritano Charactere notatis*, quorum nonnulli tempora *Davidis* & *Salomonis* attingant. Hoc urgetur ut Achilleum, & omni exceptione majus. Additur *ε.* ex *Hieron.* iterum ad *Esech.* 9: 4. ubi vertens, *signa Taw* תו *super frontes*, notat, *Antiquis Hebræorum Literis, quibus usque hodie utuntur Samaritani, extrema litera*

Thau

Thau crucis habet similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur. Jam vero *Hebr*. ת, inquiunt, nihil cum *Cruce* commune habet: quum ultimum Elementum *Samaritanum* ad ejus similitudinem accedat. *Is. Voss*. de *Transl*. LXX. *Cap*. 29. hoc telum quasi validissimum intorquet, plumbeum id vocaturus haud dubie, si diversam opinionem fovisset. Idem Vir Doct.
Ibid. ε. testimonio *Africani*, & *Georg. Syncelli*, litem dirimi ait, 6
quippe qui tradant *Samariticum exemplar* Legis esse *primitivum*,
& *Verum Mosaicum*. Alii ζ. ex R. *Azar*. adferunt, LXX. *Interp*. 7
vertisse ad *Samaritanum Legis Codicem*: Scil. tanquam antiquiorem, & sinceriorem, quam quo *Judæi* post reditum usi. Doct. *Basn*.
adjecit η Sacerdotem *Israeliticum*, qui primus *Samaritanos* notitia 8
Legis Mosaicæ imbuit, varias ob causas non alium *Codicem* debuisse adferre, quam qui *antiquis* istius Regionis *Characteribus* erat exaratus: quique deinceps in gente *Samaritica* permanserit. Ab altera parte genuina antiquitas *Characteris hodierni* his fere
rationibus solet adstrui. α. Veterem Scripturam ab *Esra* sine pia- 1
culo novari non potuisse. β. Saltem non sine periculo, & de- 2
trimento veritatis antiquissimæ. γ Gentem *Judaicam* tenacio- 3
rem semper fuisse rerum a Patribus traditarum, quam ut priscam *Legis* scripturam immutari sivissent, & quidem in *Characterem*
Chaldaicum, i. e. profanum non solum, sed & hostilem. δ. Ne 4
fieri quidem potuisse, ob nationis *Judaicæ* dispersionem, in *Ægyptum*, *Assyriam*, *Mediam*, alias regiones, & oras, ut ab antiqua, & omnibus hactenus vernacula forma, & norma, scribendi, de-
sciseceretur. ε. Veteres interpretes omnes ex Codicibus *quadrata* 5
nostra *Litera* exaratis versiones suas adornasse, quippe qui ex similitudine Elementorum, superius enotata, sæpissime inciderint in errores, quos ad *Samaritanum characterem* nunquam errare potuis-
sent. ϛ. Ipsum quin imo *Codicem Hebræo-Samaritanum*, qui *Libros* 6
Mosis exhibet *Samaritano Charactere*, non descriptum esse ad aliquod Exemplar Vetus, *literis Samaritanis* exaratum, sed ad *Esræ* illud, idque ad oculum demonstrari posse ex hallucinationibus e vicinitate item *Literarum Hebræarum* oriundis, quibus *Codex* ille
scateat. ζ. *Rabbinorum* maximam partem hinc stare, qua Vete- 7
res *Misnicos*, *Gemaricos*, *Kabbalistas*, qua Recentiores *Ab. Esram Jarchium*, *Kimchium*, *Maimonid. Bartenor*. &c. &c. quorum Catalogus a Cl. *Buxt*. productus in *Diss. de Antiq. Lit. Hebr*.
η. In *Scripturæ Hebrææ formam* demum quadrare dictum Do- 8
mini *Matt*. 5: 18. quum *Jod* in *Alphabeto Samaritano* maxima sit Litera. Hoc Cl. *Loesch*. & *Carpzov*. cum aliis firmissimum censent.

C Mul-

Multi e Nostris infirmius autumant, & hoc telo lubentius abstinent. 6. Consimilis diversitas circa alia adhuc præsidia, petita, 1. ex *appellationibus* istis *Veteribus Aleph*, *Beth* &c. de quibus supra sub ב, & ג, egimus. 2. ex *Literis finalibus*, *apertis*, *clausis*, *suspensis*, in quibus aliquid mysterii a *Judæis* captari solet. 3. ex *Siclis Judaicis charactere quadrato* signatis. 4. ex eadem *Scriptura quadrata* Nominis Tetragrammati in *Lamina Pontificali*, de qua *Hieron.* ad *Fabiol.* t. IV. f. 26. & R. *Eliezer* in *Cod. Sabb.* Ab his partibus fere conspiciuntur omnes, qui *Antiquitatem Vocalium & punctorum* propugnant: ut in priori acie consistunt, qui *Puncta vocalia*, reliquamque illam minutam supellectilem, oppugnant. Utrimque arma non invalida. Hinc, ut fit, conflictus acrior, & animosior, quam veritas, vel requirit, vel patitur. Viri *Critici* alios illos præ se ex alto despicere, & *Semi-doctos*, *Semi-Theologos*, quin *fungos*, *pepones*, & quid non? vocitare. Tyrannicum genus, quod a *Libera Eruditionis Rep.* procul habendum. Hi contra, præfidentes illos non *bonis* tantum *rationibus* revincere, sed & *malis*, dicam iis scribendo vel occultam, vel apertam, profanitatis, & temeratæ religionis. Genus non minus Tyrannicum. Hinc moderatiores e Nostris *Problematicam Quæstionem* pronunciarunt, in qua suo quemque sensu abundare æquum sit. Monent iidem, simillimum vero, Veteres *Hebræos* duplicem habuisse *Characterem*, alterum *Profanum*, qui & *Phœnicius*, dein *Samaritanus*; alterum *Sacrum*, in *Sacris* potissimum usurpatum. Hac distinctione omnes nodos solvi posse autumant, quibus quæstio utrimque implicata fuit. Cl. *Alting.* in *Gramm.* sub *Par.* II. huc concedit. Accedit & Cl. *Guss.* in *Comm.* L. H. p. 567. quin p. 9. liberalius adhuc disputat, negans Litem esse *momentosam*, aut *Integritati Sacri Codicis quicquam decedere*, etiamsi *Characterem mutatum* esse statuatur. Eo deinceps procedit, ut vereatur ne Adagium huc quadret, περὶ καπνοῦ στενολογεῖν; nam *forte Mosaicas Literarum Figuras nec has fuisse, nec illas; sed diversas quasdam; ex quibus alii has quadratas sensim finxerint amore simplicitatis; alii Samaritanas, quærentes ex multiplicitate flexuum, vel ornamentum, vel distinctionem majorem.* Idem ferme obversari debuit Doct. *Simon. Hist. Crit.* L. 1. C. 13. observanti, *non minimam partem Characterum Samaritanorum, & Chaldæorum, ab initio & origine videri eandem fuisse; at contigisse illis, quod & ceteris Linguis, quas longa ætas, & locorum diversitas, immutat.* Taxat dein *Eruditum Protestantem*, *qui acriter invehatur* in eos, *quibus Characteres Judaici*

cum

cum Samaritanis valde convenire visi. Tanto magis mirere, quod eadem pagina præmiserit, *Meram esse pertinaciam, & imperitiam, eamque turpissimam, cum Buxterfiis negare Samaritanos Characteres esse primævas Hebræorum litteras.* Parci potuisset tam imperiosis vocibus. Si, ut adhuc Quæstio hæcce tractata fuit, pondera rationum expendimus, ad minimum lances æquabuntur: quin non levi momento propendebunt in partem eam, quæ hodierno characteri favet. Ex omnibus illis argumentis, quæ pro *Samaritanis Literis* adducuntur, nullum video quod vel sit, vel censeatur, fortius, quam *Quartum*, ex *Numis Israëliticis* qui effossi, ut traditur, circa *Hierosolymas*, cum *Urbis Sanctæ* inscriptione, aliisque notis *Judaismi*, *Charactere*, ut creditur, *Samaritano* insigniti. Reliqua numerum faciunt, non robur. *Primum*, *secundum*, *tertium*, meræ *Rabbinorum* quorundam argutiolæ. *Quintum* plane precarium, cui nemo prudentior paulo subscribat, etiamsi *Taw* apud *Samaritanos* olim figuram *Crucis* tenuisse concederetur. Certissime ibi תו est *nomen appellativum*, notans *signum* sive *signaturam*; ut *Job.* 31: 35. *Crucis* mysterium non indiget tam debili fulcro. *Sextum*, & *Septimum*, cum manifesto errore conjuncta, ab ipsoque *Simonio* confutata. *Octavum* valde anceps. Unde ergo tanta confidentia? An soli *Nummi* causam tam gravem sustinere & conficere possunt? Eos ad tantam vetustatem non pertingere, quanta jaci solet, Cl. *Rel.* evicit. Ill. *Spanb.* in hisce facile Princeps, non valde magnifice de iis sensit: tum in *Epist. ad Amic.* de *Hist. Crit. Simon.* tum in *Oper.* de *Præst. & usu Numism. Diss. Sec.* Sed detur, quicquid tenditur. An inde certo certius colligere licet, *Hebræos* illo solo *charactere* usos; atque hunc planissime eundem esse, quo *Lex* olim exarata, quoque reliqui *Libri Sacri* conscripti? Non video ullam vim consequentiæ: nec e *Nummis*, atque *Inscriptionibus*, aliarum gentium, simile quid concludi, par & verum censeretur. Nil aliud inde effici posset, quam quod multis placuisse submonui supra, alias fuisse *Literas vulgares Hebræorum*, similes illis, quæ apud *Samaritanos* deinde obtinuere: alias *Sacras*, *quadratis* nostris similiores. Sed en, quo isti *Achilleo* argumento, e *Nummis* ducto; nervus incidatur. Celeb. *Læscb.* de *Caus.* L. H. p. 207. & 214. inter illos *Characteres*, & *Samaritanos*, satis magnam differentiam intercedere arguit; ut frustra primatus *Samaritanæ Scripturæ* tam contentiose inde inferatur. Censet autem Vir Doctiss. istas *Literas Numorum*, esse potius *Hebræas* veteres, e *celeriori studio*

scribendi ortas, sive *Tachygraphicas*, quas *Samaritani* a *Judæis* acceperint, *ætate Assamonæorum*, *magisque intortas reddiderint*. Huic conjecturæ tum alia obstant, tum hoc, quod *Samaritanus* character idem ferme fuisse videatur qui *Phœnicius*. Jam vero *Phœnicius* haud dubie antiquior. Eum *Samaritani* inde a prima rerum suarum origine videntur adscivisse, vicinitatem & commercium *Phœniciæ* sequentes. Simplicior tamen fuisse debuit antiquus ille *Character Phœnicius*, quam *Samaritanus* nunc pingi solet, noviciis, ut apparet, accessiunculis, & lineolis, auctus. Hunc *Phœnicium simpliciorem* eundem autumo cum eo, qui in *Nummis* conspicitur. Id credere jubet *Græcarum* literarum cum iisdem convenientia. Istæ *Phœniciæ* ab *Hebræo quadrato* non nisi ductu, flexuque, manus differunt. Sic ferme Quæstio in fumum incipit abire. Ea in totum vanescet, si statuamus etiam *Hebræas* nostras, antiquissimis temporibus paulo rudius, vel dicam simplicius, & liberius simul, scribi solitas. Hoc nemo *Palæographiæ* peritus negaverit. *Vener. Lœscb.* hoc admittere non dubitavit *pag.* 224. Idem *Nobil. Montfauc.* aliisque magnis Viris in mentem fuit. Ejus *Alphabeta Phœnicia* & *Samaritana*, quæ *Palæogr. Gr.* p. 122. extant, inspicienda. Ad *unum* ergo *Fontem* jam redimus, atque ad *ductus* Literarum *primævos*, unde *Hebræi*, *Chaldæi*, *Syri*, *Assyrii*, *Phœnices*, *Arabes*, &c. &c. characteres quique suos derivarunt, retenta semper *origine*, quam ne nunc quidem, post tot secula, exuerunt. Nempe & *Syrorum Character hodiernus*, tum *quadratus*, tum *Estrangelo*, sive *rotundior*, & *Arabum* ille, qui seculo decimo ex veteri nimis tardo, in celerem & expeditissimum inflexus, cum *Hebræo* nostro interiorem colunt adfinitatem, ut & cum *Phœnicio* simpliciore; ac proinde has esse antiquissimas nullo pacto ambigendum. Si jam quæratur quis vetustior *Hebræusne*, an *Phœnicius*? pro *Hebræo* pronunciare non verebor, varias ob rationes, quæ ampliora spatia sibi deposcunt.

De litterar. pronuntiatione.

ו De *germana* porro *Literarum pronunciatione* aliquid subnotandum. Magna opinionum diversitas: nec decisio in Lingua mortua facilis. Ne in *Latina* quidem, & *Græca*, id fieri potuit; nedum ut in *Hebræa* possit, omni dubitatione diremta. Maxima tamen pars ad rationem satis liquidam perduci potest. Diximus *Reg.* I. *Literas* omnes natura sua esse *Consonantes*. Id a quibusdam Viris Doctiss. negatum, contendentibus, ex *Alphabeto* non posse abesse *vocales*; quæ quasi *vita*, & *anima*, sint *sermonis*. Hinc nata Lis non exigui momenti, de *Matribus Lectionis*, & *adminiculis*,

lis, quæ, sine *vocalibus*, promtam & certam, ut putatur, præstarent Lectionem. Eas *Matres* nonnulli ponunt *tres* אוי *Evi* dictas. Alii *quatuor*, אהוי *Ehevi*. Addunt & alii *quintam Ain*, אהויע: nec non alii *sextam Hhet*, אהוחיע. Quidam eo progressi, ut has sex *Literas* non *indices vocalium*, quæ cuique propriæ; sed ipsissimas esse velint *vocales*, in quibus א valeat *a* clarum; ה *e* simplex; ח *e* duplex, sive *Eta*; *Jod* י, *i*; *Vaw* ו, *o*, & *u*, vel potius *ω* & *ὐ*: ut simplex *ὸ* per ע *Ain* expressum, quod ita perperam pro *Ojim* appellatum autumat Doct. *Beza* de *Pron. Ling. Gr.* Non alio, quam hoc ferme, fundamento *Olivetan.* in *Præf.* ad *Vers. Gall. Bibl.* A°. 1535. dicere potuit, *suavem & genuinam pronunciationem Hebræam sine punctis fieri.* Simile quid & *Calvino* adhæsit. Nec aliud videtur intendisse *G. J. Voss.* de *Art. Gr.* L. 1. 27. ubi tradit, *Hebræis octodecim fuisse Literas, vocales quinque, ac consonantes tredecim. Nam eos qui* Vocales *apud Hebræos* Literas *esse negant, sententiam suam non persuadere nisi judicio defectis.* Subdit, *Sapienter quidem Masorethæ, seu alii, subtiliorem figuram dedere* Vocalibus, *cum crassiorem* Consonantibus *Veteres tribuissent; quia illæ quasi* Animam, *hæ veluti* Corpus *orationis referant. Verum neutiquam video quomodo hinc* Vocales *non esse* literas *consequatur. Imo, si argutari liberet, dicerem hoc ipsum eas, vel magis quam* consonantes, literas *esse arguere, cum* animæ *magis quam* corporis *habenda sit ratio.* Pace Viri Magni, in λογομαχίαν sic itur. Grammatici Hebræi *Literæ* nomine adficiunt *solas Consonantes.* Potuissent has appellare *Literas crassiores*: ut *Vocales* contra, *Literas subtiliores*; sed maluere eas appellare *puncta*, ob subtilitatem. In eo nil vitii. Verba valent usu. Ergo non satis juste calculi a Sum. *Voss.* positi: nimisque durum illud effatum, *non nisi judicio defectis persuaderi posse, Vocales non esse Literas.* An *Vocalis* ergo est *Litera consonans*? Atqui *Litera*, & *Consonans*, in *Gram. Hebr.* sunt *Synonyma*, ex more, & usu constanti, quem retinere nil impedit, si modo fines rerum regantur, & confusioni rite occurratur. Æque intelligor si *punctum*, vel *punctio vocalis*, dixerim, quam si *litera vocalis.* Fateor sic aliquid decedere iis, qui *vocales quinque* ab *Alphabeto literario* abesse posse negabant: sed eorum causa plane ruinosa: nec eam in totum adoptavit *Voss.* subvectens, *ex 22. consonantibus sequestrari debere 4 pneumaticas; Aleph, He, Het, Hain. Nam Spiritum non esse Literam* &c. Hoc iterum in λογομαχίαν abiret. Nos *Literam* vocamus omnem *motum Oris Organicum*, sine *adjecta* hactenus *vocali*, ut sub *Reg.* I. declaratum. Hinc *Aleph*;

De Matrib. Lectionis

Vossii Sententia

He, *Heth*, *Hain*, excludi non posse, quivis sentit. Apparet simul, eas non esse *vocales*, quum sint *motus organici leniores*, *asperioresve*, in *Gutture*, qui *Vocali* sonandæ fulcrum præbeant & vehiculum. De *Gutturalibus* אהחע res evidens. Omnes aptæ ad omnem *vocalem*, *longam*, *brevem*, post se recipiendam: ut *Aleph* non minus quam *He*, *He* non minus quam *Heth*, *Heth* non minus quam *Hain*, stare queant ante *a*, *e*, *i*, *o*, *u*; & formare *syllabas* אָ, אֵ, אִי, אוֹ, אוּ, cum oppositis brevibus אַ, אֶ, אִ, אָ, אֻ. Hoc in dubium vocare, est ipsa primordia Linguæ confundere: & omnia susque deque vertere, volvere, miscere. A *Rabbinis*, inquiunt, hæc orta: *Masorethæ* nobis talem *Grammaticam* finxere: veteres *Hebræi* aliter istas *Literas* resonabant: ut patet ex *Quiete*, in quam *Aleph*, *He*, *Vaw*, *Jod*, ire amant, *Quiescentes* inde dictæ. Certe Doctiss. *Simon: Hist. Crit. V. T.* L. 1: c. 31. adfirmare non dubitavit, *R. Judam Hiug*, inter primos *Judæorum Grammaticos*, in eo convenisse cum *Grammaticis Arabibus*, quod tres literas, *Aleph*, *Vaw*, *Jod*, *pro fundamento Lectionis statuerit*. Adjicit satis confidenter, *Eæ olim ante Massoram pro* vocalibus *erant*, *hodieque* Arabes *tribus tantum*, *quæ* primævis *istis* vocalibus *respondeant*, *utuntur*. *Plures repererunt Judæi*, *ut varias pronuntiationes indicarent*, *quas* Arabes *non satis distinxere*. Hæc confusione non carent; quam infra arguemus. Confusius adhuc, quod subdat *Simonius*: *Videntur tamen Grammatici veteres has* vocales *nimis angustasse*, *quando Hieronymus non solum Aleph*, *Vaw*, *Jod*, *sed & He*, *Heth*, *Ain*, *inter* vocales *recenset cum sui ævi Judæis.* Verum. Sed hoc insigni errore factum ab *Hieronymo*, evicit Cl. *Cler.* in *Quæst. Hieronym.* p. 73. & seq. Res certissima. Literæ *He*, *Heth*, & *Ain*, nunquam apud *Arabes*, *Syros*, *Chaldæos*, pro *vocalibus* venire possunt. Ne quidem *Aleph*, *Vaw*, & *Jod*, si *Radicales* sint, stricte loquendo, in *vocales* abire possunt, nedum ut mere, & pure, pro *vocalibus* inserviant apud *Arabes*, aut apud *Hebræos* inservierint. Sentio quid dicam. *Reg.* III. id probatum dabit. Ad eam de *Matribus Lectionum* enucleatius: ut obscurissima materia, quam paucos intellexisse video, clara in luce locetur. Nunc dicam, ni *Aleph*, *He*, *Vaw*, *Jod*, æque ac *Hhet*, & *Hhhain*, accenseantur *Consonantibus*, & *Hebræam*, & *Orientales* simul *Linguas*, quæ ejusdem cum *Hebræa* Originis, & indolis, a fundamentis ita subverti, ut pro pulchro ædificio nil nisi

nisi deformes habeas ruinas, & caecum Chaos. Hoc manibus, oculisque, palpandum praebet ingenii luxuriantis foetus, ab *Anonymo Gallo* in lucem editus *Parisiis* A°. 1716. Inscribitur, *Grammatica Hebraea a punctis, aliisque inventis Masorethicis, libera*. Ejus Auctor, *Canonicus*, ut fertur, *Ambianensis*, contendit *Grammaticam* hactenus tradi solitam ad discrimen *Literarum*, & *punctorum*, plenam esse nugis, & tricis, quae veram lectionem *Sacri Codicis*, & *Linguae Hebraeae* naturam, ita conturbent, ut nunquam ad certam, & expeditam, ejus notitiam penetrari queat. Facessere ergo jubet *fictitias* illas *vocales*; facessere *Schevata*, & reliquas *notas Masorethicas*, quibus parum indigeat *Hebraeus Codex*, suae sibi Lectionis per solas *Literas* certissimus dux, & index. Eum in finem 1. assumit, ut dubio vacuum, *Literas* אהוחיע nil aliud esse quam *puras*, *putas*, *vocales*: in quibus א faciat *a*. longum; ה *e*. breve; ו *ou*, sive potius medium quid inter *o* & *u*, utriusque vices gerens; ח *n* sive *e* longum; י *i*; ע postremo *a* breve. Tam belle orsus, 2. ponit, quoties ex reliquis *Literis*, quae verae *consonantes*, duae *immediate* concurrunt, eas in *unam Syllabam* jungendas *ope auxiliaris vocalis*, extra *textum* jam adsciscendae ad eum *sonum*, quem prima *consonans* sponte trahit. Nempe ב *Be* resonat in *e*. ג *Gimel* in *i*. ד *Dalet* in *a*. ז *Zain* item in *a*; ut & כ *Caph*; ל *Lamed*; ס *Samech*; צ *Tsade*; ת *Taw*. ט׳ת *Tet* iterum in *e*. cadit, cum מ *Mem*; פ *Phe*; & ר *Resch*. In נ *Nun* habes *u*: in *Koph*, *o*: prout *i*. denuo cum ש *Sin* exauditur. En jam *Lectionem* sine *punctis* ita facilem, promtam, firmam, ut nuspiam haereri queat: & duobus praeceptis *Grammatices Hebraeae* culmen teneatur. Aggredere, gemino hoc tibicine fultus, *Genesin*, & בראשית ברא אלהים את השמים *Bresjyth Barâ Elohym Et Hassjamajim* &c. &c. audacter sona, *Berasit Bera Aleim At Esimim*, &c. Ex *Vulgata versione* dein cuique voci suam subjice significationem: atque reliquis curis temet exsolve, *Grammaticas*, & *Lexica* omnia, a novis *Hebraizantibus* consarcinata, *Vulcano* tradens; nam *Ecclesia Catholica* sancivit, verum esse, quicquid a *Latino Interprete* versum. Quo nomine tantam adficiam temeritatem, non invenio. Hoc non est illudere tantum Orbi Erudito, sed etiam insultare. Publicum, suamque in eo Famam, parum curent necesse est, qui talia scribere audent. Ne mentionem quidem fecissem tantae vanitatis, nisi materia coëgisset. Repeto ergo, quod supra posui, & summa cum fiducia confirmo, nec *Linguam Hebraeam*, nec *Dialectos* ejus, *Chaldaeam*, *Syram*, *Arabicam*, stare posse, si *Lite-*

rae

De Methodo Anonymi Galli

De legendum sine punctis.

Rejicit

ra אהוחיע *Vocalibus* annumerentur. Id *Hieronymo* condonare possum, cui pro ratione sui temporis satis magna, pro nostri, exigua fuit *Grammaticæ Hebrææ* cognitio. Ignoscere quoque possum tum *Pontificiis*, tum Nostris, quos sub initio *Reformationis* seculo XVI. auctoritas traxit *Hieronymi*, quum *Grammatica Hebræa* per *Reuchlinum*, *Munsterum*, aliosque, delineata, *rudis* adhuc esset, & *informis*: neque lux *Dialectorum* ei esset illata. Sed non video qui ignosci queat *Rich. Simonio*, post *Grammaticam Chaldaicam*, *Syriacam*, & *Arabicam*, seculo XVII. felicissime constitutam, idem illud recoquenti, & confidenter inculcanti. Si calluit *Linguas Orientales*, quid scribit ac si eas non calluisset, & vix a limine salutasset? Si non calluit, quid *Criticorum* agit *Criticum*, ac si eas percalluisset? Atque hæc quidem non studium, sed liquida expressit Veritas, ob quam in re gravis momenti huc descendendum fuit, ne harum *Literarum* minus peritis, vel in totum expertibus, oculi præstringantur, quasi incerta essent omnia, ubi adeo circa *prima Linguæ Elementa* diffidetur.

ז. Distinctius porro agendum, de *Literarum* i. e. *consonantium potestate*, & *Organica* illa *vi*, quæ cuique inest, quamque *Syllabam* inchoans planius, pleniusque, eandem claudens, minus plane, & plene, exerit. Compendiose, amputatis ambagibus, *Hypothesin* nostram delineabimus ad stricturas in *Tabula Alphabetica* datas. א *Aleph* ergo nobis est *Spiritus lenis*, qui *Syllabam* cum omni *vocali*, longa, brevi, inchoans, tum in *principio*, tum in *medio* vocis, percipi potest, & a *vocali* sequente rite distingui. In *fine* vero, quin & in *medio*, *Syllabam* claudens, vix ac ne vix quidem percipitur amplius, in *Quietem* summa sponte inclinans. ב *Bheth* fuisse *adspiratum*, a multis dubitatur, etiam faventissimis *Masorethicæ* lectioni. Inter eos *Doctiss. Loesch.* & *Hiller.* Pro his facit *Dialectus Arabica*, *adspirationem* ignorans sub hoc Elemento. *Græcæ* versiones item tenent simplex *Beta*, ut in Βάαλ &c. Posset etiam ex *Græciæ* totius usu argumentum duci, in qua βῆτα nunquam *adspiratum* fuit. De *Hieron.* semel dicam infra. Ubi tamen ad *Dialectum Hebraicam* attendo, quæ in *adspirationem* inclinatior, quam *Arabum* illa, non putem rem inde satis confici posse: ut nec per *Græciæ* pronunciationem, quam *Orientali* semper accuratissime respondere debuisse, aut potuisse, nemo dixerit. Pronunciatio *Rabbinica* per V. ut בראשית sonetur *Vereſjyth*, non videtur esse antiqua; quamvis ejus indicia in *Thalmude*; ubi pro *Vivarium* cribitur ביבר &c. Ansam isti fle-

flexui dare potuit *adspiratio*, qua *bb*. in V. vergere cœpit, primo ad finem *Syllabæ*, delicatius pro אוֹהֵב *Obebb*, *Amicus*, *Obev* efferendo. Inde latius porro usus ille manavit. De eo plura, ubi ad *Dagesj* ventum erit. Cl. *Hill.* ne nullus fieret usus *Dagesj Lenis*, quod *Literis* בגדכפת sæpe addi solet, ב sine *Dagesj* pronunciat *β*. cum eo, *p*. Res commodius ad incudem vocabitur, ubi de *Raphe*, & *Raphatis* literis, erit disquirendum; occasione punctorum *Dagesj*. In ג *Ghimel* item retineo *adspirationem*, quamvis Γάμμα simplicius suadere videatur, accedente iterum auctoritate τῶν LXX. nec non *Orig*. in *Hexapl.* simplex *γ*. substituentium. Huc etiam *Loesch.* & *Hill.* concedunt. Posterior addit, per *Dagesj lene* ex *G*. reddi *C*. ut גָּמָל non *Gamal* proferatur, sed *Camal*, *Camelus*. Cum *Dagesh forti* censet sonum *G* manere, ut in הַגְּדֵרָה *Haggedera*. Infra suo loco examinabitur. Literam hanc a Veteribus *Hebræis* cum *adspiratione* pronunciatam, non abhorret a vero. Apud *Arabes* non *Gim*, sed *Gjim* primitus pronunciatum, *h*. in *i*. trajecto; unde postmodum omne *Gjim* incubuit in eam partem, in quam *Gallicum g*. ante *e*, & *i*. ut syllabæ *gja*, *gje*, *gji*, *gjo*, *gju*, eodem modo exeant, quo *ja*, *je*, *ji*, *jo*, *ju*, apud *Gallos*. Pro *adspiratione* etiam facit, quod ג *Ghimel* apud *Arabes* crebro in غ *Ghain* commutetur; in quo inest *G* cum *flatu e gutture* enunciatum; ut tradit *Meninskyus*, testis locupletissimus. De *Dhaleth* eadem fere recurrunt. *Adspirationem* non agnoscunt *Græci*, *Origen*. in *Hexapl. Hieron*. Eadem caret *Arabum* د *Dal*; & *Græcum* Δέλτα. Ergo *Capellus* non tantum; sed & *Loesch.* atque *Hill.* magni *punctorum* Patroni, *flatum* istum rejiciunt. Postremus iterum existimat, *Dagesj leni* notatam hanc *Literam*, medium quid inter *D*. & *T*. dedisse, quale quid in *Latino* quidem exprimi nequeat. Non video satis fundamenti. *Adspiratam* fuisse *Literam* suspicari est, ex creberrima illa mutatione *Hebræi* ז in ד, per *Dialectum Chaldaicam*, & *Syriacam*; ubi דהב *Dhehab Aurum*, pro זהב *Dsahab*. Innumera talia extant. Jam vero *flatus* & *sibili* prona vicissitudo. Pronunciatio *Arabum* sub ذ *Dsal*, idem confirmat. Accedit, quod *Rabbini* quidem ד *Raphatum* tradant pronunciatum fuisse instar ז. Hoc, si *flatus* tollatur, plane fieri non potuit. His rationibus motus, acquiescere nequeo argumento, quod Cl.

D Cap.

Cap. Cler. alii, adferunt ex LXX. & *Hieronymo* potiſſimum, quem ajunt *adſpirationem* omiſſurum non fuiſſe a *Literis* בגד, ſi ea olim obtinuiſſet, quippe qui in Literis כפת eam ſervet, & inculcet. Reſponſio ſat facilis In כפת ad manum erant χ, φ, θ, conſimiliter *adſpiratæ*; at in בגד β, γ, δ, nec *flatu*, nec *ſibilo*, Lingua ipſorum invita, augere potuiſſent *Græci*. Potuiſſet *Hieronym.* inquit *Capel.* ב *Raphatum* ſonando V. ut nunc *Judæi*, & *Chriſtiani* faciunt: itemque ג & ד *Raphata*, *gh* & *dh* exprimendo. Ego non quærendum hic putem quid facere potuiſſet, ſed quid ſecundum *Analogiam Linguæ Latinæ* facere voluerit, & debuerit. Si ergo pro *Baal* ſcripſiſſet בעל *Vaal*, non laudaretur ſane. Si pro גוג *Gog*, *Ghogh*, ineptus ferme evaſiſſet. Si pro *David*, דוד, *Dhavidh*, jam ferri vix potuiſſet *Latine:* ac proinde aliquid firmius requiro ante, quam *adſpirationem*, cui *Orientales* multum dediti, Literis בגד detrahere audeam. Circa ה *He* porro nulla differentia, quum omnes ſub eo agnoſcant *H. Latinum*, etiamſi LXX. & *Orig.* non per *ſpiritum aſperum*, ſed per *lenem*, efferre ſoleant. Nempe ipſum ח ab iiſdem fere *lenius* pronunciatur; prout *Hieron.* etiam *gutturales* quatuor nulli certæ legi adſtrinxit; ſed omnes ſine ullo *ſpiritu* promiſcue enunciavit, per *A*, *E*, *O*, potiſſimum, pro *vocalibus* adjectis. Ex his ergo fontibus genuina vis *Literarum Gutturalium* conſtitui nequit. Eas ſubtilitates hic perſequi haud neceſſe. Peculiarem curam exigit ו *Waw.* Hinc ortum ἐπίσημον βαῦ, ſenario numero inſerviens, ϛ, olim pronunciatum in *Græcia* diductis labris, ὀυαῦ, in *Diphthongum* eliqueſcente ſono. *Æoles* tenuere *conſonantiam* quandam, quæ *Digamma* vocari ſolet, quam alii per *F*, alii per V. efferunt. Adiſis Viros ſummos *Boch. Geogr. Sacr.* p. 452. & *Montfauc. Palæogr. Gr.* p. 128. Iſtud ὀυαῦ *w* potius quam *v* reſonuiſſe *Cadmum*, pro more *Orientis*, non levi indicio eſt. Vides ſimul, qua occaſione LXX. & *Orig.* in *Hex.* ſemper ὀ ſubſtituant, etiam ibi, ubi ו non *quieſcit*, ſed *movetur*, & *conſonat*, haud dubie: ut Gen. 1: 2. והארץ Ουααρες: *Vſ.* 3. ויאמר Ουιωμερ: *Vſ.* 4. וירא Ουιαρ. *Vſ.* 5. ויקרא Ουικρα &c. &c. Id tanto pronius factum in *Græco*, quod ipſi *Hebræi* idem factitarint ante *Labiales*, ut in ובגד *Oubbegedh*, pro *Wbbegedh*; & ומלך *Oumelech*, pro *Wmelech*. Hinc mens noſtra ſatis dilucet. Eam ulterius adſtructam da-

dare jam nec vacat, nec licet. Τῷ ז *Zain* Doct. *Wasm.* & *Hill.* assignant *S lenissimum.* Idem iedit *Bezæ*, & *Mekercho*, *Zeta* cum *Tsade*, non cum *Zain*, conferre jubentibus. Nobis ζ, quatenus in *ds* resolvitur, proxime ad *Zain* videtur redire; quod ab *Hebræis* blæsiuscule per *ds* enunciatum, evincit solennis mutatio in *Hitpah.* quæ pro הזתכר *Hiztaccer*, substituit הזדכר *Hizdaccer*: sive *Hidzdaccer*, priori *ds* alterum illud *d* invitante. Cl. *Læsch.* idem recte urget ex nomine עזרא *Ezra*, *Edsra*, unde postmodum *Esdra*, apud *Hellenistas*: ut συρίζω resolvitur in συρίσδω, pro quo deinde arreptum συρίδδω. Apud *Arabes* ز *Ze* non efficit *S* lene, sed duriusculum, non sine pressu quodam fortiore, qui ad *ds* vel *ts* inclinat. In ذ *Dsal* motus hicce Organicus notabilior. Crebra horum Elementorum inter se commutatio. Difficilis admodum Litera ח *Hheth*; exiens e Gutture *conduplicato* velut *spiritu aspero*; unde *Hh* scribere solemus, cum plerisque. Vulgo *Cheth* vocatur, & cum כ *Chaph* quodammodo confunditur. Id palam vitiosum. Error ortus a *Rabbinis*, qui *Arabum* خ *Cha*, perpetuo exprimunt per ך, addito superne puncto. Tantilla res incredibilem peperit confusionem: de qua alibi. In *Tract. Theol. Polit.* p. 93. ad *Linguæ Hebrææ* ambiguitatem, & obscuritatem, arguendam insinuatur, in *gutturalibus* אהחע *sine ullo discrimine*, *nobis saltem noto*, *unam pro alia usurpari.* Sic *Græca* etiam *Lingua* erit *ambigua*, & *obscura*; quia necdum de pronunciatione decisum. Quid? annon differt duplicatum *Hh*, a simplici? Ipse *Spinosa ibid.* & in *Gramm.* pro ח dat *Gh.* Non omnino male. Sed est *Kh*; quo pacto si *Ch* coneris, stante, ut sic dicam, litera *c*, non autem inclinata in χ *Chi*, os *Hebræum* utcumque imitabere. *Arabes* duplici *motu Organico* hoc Elementum auxere: uno qui per *Hha*, altero qui per *Cha* exit. Cave posterius *Chi* efferas. Sonandum est *Kha*. Sentis, cur *tussientis sonitum* huic *literæ* inesse dixerit *Petr. a Val.* quod mirum visum Cl. *Læsch.* p. 244. Idem Vir Doctiss. ט *Tet* facit *adspiratum*, ut Θῆτα. Id & aliis placitum, trahente illuc *Alphabeto Græco.* At LXX. & *Orig.* in *Hexapl.* constanter τ: ut contra ת constanter θ. Similiter *Hieron.* Probatio satis liquida per *Conjug. Hitpah.* quæ pro הצתרק exigit הצטרק: ut scil. post durissimum צ non stet ת durius, sed ט mollius Elementum. Auctoritas *Arabum* etiam

 non-

nonnihil confert, a quibus *Ta* & *Da*, sine *adspiratione* redduntur. In י *Jod*, quatenus ut *Jota* consonat, nihil anceps. Qua occasione in *vocalem* nonnunquam colliquescat, sequenti *Reg.* traderur. כ *Chaph* esse *adspiratum*, ut χ, quod per *Dagesj forte* æque, ac *lene*, fiat *c* erectum, ut in *Calendis*, *Camera*, aliisque, omnes tenent, qui *Masorethas* sequuntur. Cl. *Capel.* objicit L. 1. *Cap.* 15. *Arc. Punct.* Veteres semper adspirasse. Exemplo fit ex *Orig. Hexapl.* הכוכבים Αχωχαβιμ: quum secundum *Masoram* sit Ακκωχαβιμ. Pro *Masorethis* facit usus *Arabum* sub ك *Chef*, quod in initio ferme syllabarum ut *C* stans, sive *K* exit; in fine ut *Ch*. Revincitur etiam *Capel.* per κηφᾶς, *Kephas*, כיפא, *Petra*, *Petrus*: *Carmel*, כרמל: aliaque alibi promenda. Circa *Lamed*, *Mem*, *Nun*, nulla dissensio, quæ quidem momentum faciat. Ad ס *Samech* iterum in diversa itur. Cum *Sin* unum idemque fuisse a multis tenetur. Aliis *Samech* durius, *Sin* mollius, & delicatius *S*. Consciscunt *Læsch.* p. 245. & *Hill.* vocans *S densum* vel *asperum*. Alii vices invertunt, ut *Samech* sit suavius, & *Sin* asperius. Id mihi propius vero; nam *Sin* aliquid *asperi* & *robusti* habuisse, gemella ejus soror *Sch*, vel *Sj* satis indicat. Gravissimum, & obscurissimum, ע, in quo quot capita, tot sensus. Ut *Spiritum lenem* plerumque LXX. expressere, nec non *Orig.* in *Hexapl.* in prima, secunda, tertia sede vocis, cum omni vocali, ex æquo. Inde tamen nihil aliud prudens colliget calculus, quam *Græcis* defuisse, quo *asperrimi spiritus* vim repræsentarent. Est interim, ubi per *spiritum asperum* extulerint. Notabile inprimis, quod non raro per *Gamma* reddiderint, ut in עמרה Γόμοῤῥας & עזה Γάζα; פעור Φογὼρ &c. &c. Obiter notetur suomet gladio jugulari, qui *vocalem* fuisse Literam ex LXX. probatum eunt. Quænam quæso? An *a*, an *o*, an *omnis*? Nam *Hebræi* quidem omnibus *sonis* τὸ *Ain* præmittere possunt, & LXX. ad omnes item sonos, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, emissos, hanc *Literam*, accommodarunt cum varietate modo indicata. A *Rabbinis* fluxit, ut *Gn* in principio syllabæ; *ng* in fine, sonaretur. Hoc *discendi* causa permittimus; *docendi*, i. e. genuinam pronuntiationem figendi, alia ratio est. Triplicatum *H* non male a quibusdam concipitur. Cl. *Danz.* medium quid statuit inter *HH* & *G*; quod viva tantum voce demonstrari queat. *Spinosa* in *Comp.* per *Hg* declarat. *Hill.* ait idem valere quod חג *He asperum*, sive *Hheth*, & *Gimel*. Id & nobis maxime arridet. Certe *Arabes* sub

De כ

De ס

De ע

sub *Ain*, & *Gain*, digerentes quicquid vocum *Hebræarum* possidet ע, satis ostendunt, mixtum fuisse *motum Organicum*, qui in quibusdam ex *usu vivo Linguæ* magis ad *H* asperrimum; in quibusdam magis ad *G* divergeret. Confer *Clav. Dial.* Ad פ *Phe* magna fluctuatio. Respondet τῷ φῖ, si *Raphatum* sit: τῷ πῖ, si *Dagessatum*. Obmovetur iterum a Cl. *Capel.* auctoritas LXX. & *Hieron.* semper *adspirationem* retinentium; quamvis *Pascha*, *Persæ*, & *Palæstina*, excipiantur." Addit *Arabes* semper *Phe* suum ut *F*, nunquam ut *P*, proferre. Id nec usque quaque verum, nec si verum foret, ad conclusionem satis firmum est. *Dialecti* in talibus variant. Plura dari, in quibus LXX. פ per πῖ extulere, certum. Non satis capio, quid Cl. *Hillerum* impulerit, ad *Bw*, vel *Bv*, huic Elemento subdendum, si sit *Raphatum*; ut *Pw*, vel *Pv*, si *Dagessatum*. *Exem. Gr.* in *Raphato* סוף *Subw*, vel *Subv*, *alga*. In *Dagessato fortiter*, אפים *Appwaim*, *Nares*. In *Dagessato lenius*, פישון *Pwischon*. Hæc mihi plane ignota, quin ignorabilia. Tenemus *Ph*, in *Raphato*: & *P*. in *Dagessato*, ad *Euphoniam*. Cur inde discedatur, non video; nam *Hebræos* in totum caruisse motu *P* non verisimile. Quid *Hieronymo* imposuerit, alibi disserendum. Ad צ paucis fungar. *Ts* alii, alii *tz*, posuere. Id esset *tds*. Hunc *motum Organicum* utcunque servat *Arabia*, in *sad* & *dad*, quæ duo *Elementa* uni *Hebræo* respondent. Prius redditur *tds*, posterius *dds*. nisi quod in ultimo *sibilus* fere supprimatur. Hæc subtilius jam exequi non licet. *Græci* per Σ fere exprimunt, defectu *Literæ* commodioris; ἐπίσημον Σάμπι, vel Σὰν πῖ, quod *numeris* dicatum, hinc fluxisse docebunt *Boch. Phal.* 452 & *Montfauc. Palæogr. Gr.* 132. Ex *Koph* ק quoque remansit ἐπίσημον κόππα, vel κοφῖ, *Ibid.* apud eosdem inveniundum. *Hebræi* elementi vis quænam, non omnino planum. *Pagn.* C vel *K* exilius facit. Plerique robustius, majori gutturis nisu editum. Nonnulli cum Latino *Q* conferunt. His adstipulatur Cl. *Hill. Cw.* vel *Qu* assumens. Rectius putem *kk*, sive κάππα e *gutture* eductum, & *palato* allisum. Non multum interim diffidemus. Certe *Arabes* suum *Kaf*, quod potius *Kof* sonandum, robustissime efferunt. Ad ר *Resch* observo, *adspirationem* ei tribui a *Judæis*, qui numerant *septem* אותיות כפולות *Literas duplicatas*, בג״ד כפ״רת: quamvis legem בגד כפת non per omnia sequatur. Nempe quum syllabam incipit *Rh*, quum claudit *R* valuisse videtur. Id discriminis *Græ-*

 cia

cia accurate observat: ut Πύῤῥος *Pyrrhus*. Asper ille concursus in medio evitatus ab *Hebræis*; *Dagesj forti* ex hac Litera fere omisso, ad legem *Gutturalium*. Inde *Gutturale* quid, i. e. *adspiratum*, ei subfuisse, justa suspicio est. שׁ *Schin* plurimis est *Sch*, ore *Belgico* enunciatum. Aliis est *Sj*, sive *Ch*, more *Gallico* resonans. Crediderim utrumque viguisse, pro diversitate regionum; magis tamen posterius, quod meo judicio genuinum. Apud *Arabes* certe ش a plerisque *Sj*, a nonnullis *Sch*; ab aliis *S durum*, profertur. Hoc *Hebræis* erat שׂ *Sin*: quod non satis tutum eliminare: nam magnum discrimen inter *S* durius, & mollius. Exempla sint *Embraser*, & *Embrasser*: *Poison*, & *Poisson*: סכל *Sechel*, *stultitia*, cum *molli*, שׂכל *Sechel*, *maturitas prudentiæ*, cum *duro sibilo*. Aliquando tamen hi fines neglecti; & jura utrimque communia facta. Cl. *Læsch.* sub *Sin* adscifcit *Sj*, quod minus conveniens. Desino in ת *Thaw*; quod *Læsch.* iterum *Tau* sive simplex *T* potius valuisse putat. *Græci* & *Orig.* in *Hex.* constanter θ substituunt. *Hieron.* item *Th.* Cl. *Hill.* censet *Raphatum* ת fuisse *Dj*, & תורה *Lex* pronunciatum *Djora*. Vicissim *Dagessatum* exisse in *Tj*, תּוֹרָה *Tjora*. Non discedo a *Th*; nisi quod varie elatum lubens concesserim, aliis *adspiratius*, aliis *blæsius*, aliis *compressius*, id reddentibus. Liquet ex *Te* & *Thse Arabum*, quæ huic *Elemento* respondent. Per hoc *blæsum* cum *sibilo* conjunctum, ansa data pronunciationi *Rabbinicæ*, in *S* inclinanti. Ea satis antiqua fuisse videtur: quod תוב *Chald.* &c. pro שׁוב hinc ortum. Atque hæc quidem hactenus, ad aliquam *Hebræi* oris, & moris, ideam mente informandam; quantum ejus in Lingua intermortua assequi datur.

III. Omnes *Literæ* sua natura *Mobiles*; utpote *meri motus Organici* oris, qui semper antecedere debent *vocalem*: non raro etiam eam subsequuntur. Sic *Syllabæ* formantur, aliæ puræ, aliæ mixtæ: de quibus infra.

Illum *motum* aliquando exuere amant *quatuor*

אהוי

אהוי *Ebevi* dictæ. *A quiete*, in quam transeunt, *Quiescentium* appellatio iis indita. Per *quiescere* nil aliud intelligitur, quam *Vocali præcedenti* omnem suum *motum organicum* remittere, cum eaque velut colliquescere, in longiorem sonum. Sic בָּרָא *Bará*, *Creavit*, pronunciatur, ac si *consona* ad finem abesset, quum tantum *cesset*, sive *quiescat*. Similiter בָּרָאתָ *Baráta*, *Creasti*, in *medio* vocis, æque ac in *fine*. *He* tantum in *fine*: ut גָּלָה *Galâ*, *revelavit*. In *medio* peræque ac *fine* iterum ו & י: ut יוּלַד *Joulad*, pro יִוָּלֵד *Jovlad*, *nascetur*. יִישַׁן *Jy-sjan* pro *Jij-sjan*, *dormiet* &c. &c. Hoc *fundamentum* non rite jactum a multis; certe nec perceptum, nec explicitum, ut par erat, universæ *Grammaticæ* mirificas tenebras offudit.

א. Ut filum implicatissimum felicius evolvatur, observo primo, minus rite *Quatuor* hasce אהוי ejusdem ferme conditionis haberi. Capitale inter eas discrimen, & diversissima earum indoles, in *quiete* obeunda, sive *Radicales* veniant, sive *Serviles*. Qui hic semel impegerit, nunquam postea stabit. Ut pes in lubrico firmetur I. circa *Radicalem* earundem *qualitatem* probe notandum 1. א semper in *quietem* ire, quoties *syllabam* claudit, sive in *medio*, sive in *fine* vocis: ad *primam*, *secundam*, *tertiam*, sedem *Radicis* ex æquo. Cum omni autem *vocali* tum colliquescit, cum *longis* quidem commodissime, & citra exceptionem: ex *brevibus* vero *Patach* plerumque in *Kamets* producitur. *Segol* fere retinetur. *Chirek breve*, *Kamets Chatuph*, & *Kibbuts*, vulgo quidem excluduntur a *Grammaticis*; sed sciendum formam בֵּאֵר, *Bi-er*, בָּאַר, *Bo-ar*, בֻּאַר *Bu-ar*, secundum subtilitatem *Linguæ* habere *geminatum Aleph*, ad legem *Conj. Pih-*

Pihhel, & *Pohhal*, vel *Puhhal*, ac proinde *primam Aleph* ibi quodammodo in *Chirek brevi*, *Kamets Chatuph*, & *Kibbuts* quiescere. 2. Quod ad ה attinet, etiam atque tenendum, ubi *Radicale* fuerit, nunquam *motum*, & *consonantiam*, ab eo deponi, sed constantissime retineri, in omni sede, sive in *prima*, sive in *secunda*, sive in *tertia Radicali*. De *prima*, & *secunda*, nemo, de *tertia* nemo non dissentit. Nempe *verba Quiescentia tertia He* id creduntur habere *Radicale*, quum tamen certissime *Servile* sit, substitutum pro *Vaw*, vel *Jod*: nam גָּלָה *revevelavit*, est pro גָּלַי, non pro גָּלַה, quod plane alterius indolis, & potestatis; ut גָּבַהּ *altifrons fuit*. Istud *He Mappikatum*, sive *Radicale*, nunquam in *quietem* mittunt L. L. O. O. prout *Vaw* vel *Jod*, ultimæ in *verum* & *radicale He* etiam trajici non solent: h. e. גָּלָה nunquam dat גָּלָהוּ inter conjugandum, sed constantissime גָּלָיו, si *tert. radic.* veniat exprimenda. Item שָׁלָה *tranquillus fuit liquide*, non format שָׁלַהְתִּי, sed שָׁלַוְתִּי, *Job.* 3: 24. redeunte tertia *Vaw mobili*. Incredibile dictu est, quantas turbas dederit res tantilla, a *Rabbinis* non satis perspecta. Repeto ergo, & fidenter adfirmo, *He Radicale* nunquam in *quietem* ire. Ratio evidens; quod ejus *adspiratio* satis sit valida, ad syllabam finiendam; quum *Aleph* tenuiorem habeat eandem, quam ut exaudiri, aut percipi, queat in *fine Syllabæ*. En clavim totius mysterii; quam Natura ipsa tradit. Eadem duce 3. statim sentietur lex *Quietis* circa *Waw*, ו, quod anteeunte sono *o* & *u*, cum eo liquescit in *Cholem*, vel *Schurek*, reliquis omnibus sonis in *Diphthongi* speciem sese accommodans, atque ita *motum* ex parte retinens: qualis se exerit in *syllabis aw*, *ew*, *iw*; qua *longis*, qua *brevibus*. Ex iis tamen *motibus* etiam transsilit sæpissime in *quietem* per וֹ *o*, *ω*, & וּ *ou*, *u*; ut non tantum ex יֵלֵד *nascetur*, existat יוּלַד; sed etiam ex יֵלֵד *gignet*, יוֹלֵד &c. Item ex תֹּהוּ *Tohew*, *Vastus*, תּוֹהוּ *Tohou*, & בֹּהוּ *Bohew*, *vacuus*, *Bohou* *Gen.* 1: 2. Consimilis ratio 4. of *Jod*, י; quod cum reliquis vo-

ה in Verbor. fine semper est Servile

De ו Quiescente

vocalibus in *Diphthongum* fere exiens, & *aj*, *oj*, *uj*, reddens: cum sonis *e* & *i*. descendit in *quietem*; pro גִּלִּיתָ *Ghillejtha*, *revelasti*, adscita pronunciatione lentiore, & suaviore simul, *Ghillêtha*: nec non pro יִלַּד *Jij-lad* quod durius, inducto molliori *Jylad*. &c. Circa *Servilem qualitatem* harunce *Literarum* II. distincte tenendum 1. א. *Aleph quiescens* in *Kametz* apud *Aramæos* efficere *fæmin. terminationem*, quæ *Hebræis* per *He Quiesc.* antecedente item *Kametz* exit. Hoc *Aleph Hêemanticum* ex *Dialecto* illa nonnunquam adscitum ab *Hebræis*, ut מַטָּרָא *scopus* pro מַטָּרָה א
Thren. 3: 12. שֵׁנָא *Somnus*, pro שֵׁנָה *Ps.* 127: 2. גָּבְהָא *altifrons fuit*, pro גָּבְהָה *Ezech.* 31: 5. In medio item א *quiescens* nonnunquam insertum ad *formationem*; ut צַוָּאר *collum*; a *rad.* צור: & נְכֹאת *species aromatis*, a נכת. Rationem sequens nota indicabit. 2. *He Quiesc.* fini additum cum *Kamets*, facere ה
terminat. fæmin. sing. jam monui. Ei tunc accentus incumbit, vocemque efficit acutam. Aliud est *He paragogicum*, item per *Kamets*; quod accentum in *penultima* relinquit. Idem ה *Paragog.* ante se patitur *Tzeri*, & *Segol.* Semel *Cholem* antecedit. Est & ה *Quiesc.* in *Cholem* inter *pron. adf.* formans *tert. masc. sing.* ut in עִירֹה *pullus ejus*. In eo ה pro ו positum ajunt *Grammatici*. Falluntur: diversa ratio est, alibi aperienda. In *medio* nunquam servit, vel quiescit. De ו *Vaw* 3. nota res est, id in *medio* æque ac *fine* venire cum *quiete* sibi opportuna, i. e. in *vocalibus o* & *u*, per *o* & *u* efferendis ad *primam*, *secundam*, *tertiam* ו
quoque *radicalem*, si fit *adformans*, vel *adfixum*. In his omnibus infert certam *formam*, & *significationem*, de quibus necdum agendi tempus. Eadem 4. conditio *servilis Jod*, י, quod י
primæ, *secundæ*, *tertiæ radicali* additum, peculiarem semper *formam*, & *vim*, adfert; per *vocales* ei *opportunas e*, & *i*, in quibus ita *quiescit*, ut easdem *longas* præstet citra ambiguitatem.

ב. Ex his stricturis magna lux redundare poterit in obscurissimam Quæstionem de *Matribus lectionis*, cujus mentionem fa-

 ce-

cere cœpi *Reg.* II. *annotat. sexta.* Origo ejus sic habet. In *Capitali* illa Lite, quæ circa *Antiquitatem Punctorum vocalium* agitatur, a *Defensoribus* eorundem nil fortius urgetur, quam *Vocales* esse *animas lectionis*, quæ si afuissent a *Sacro Codice*, neutiquam *certus*, *clarus*, *perspicuus*; sed contra *incertus*, *obscurus*, atque multæ *ambiguitati obnoxius*, censeri deberet. Palmario huic argumento inter alia, quæ huc non pertinent, magna confidentia, & specie simul, repositum, *Matres* extitisse *lectionis*, tres *Literas* אוי, vel secundum alios, quatuor אהוי *Ehevi:* quæ, usu vivo *Linguæ* accedente, ubique satis *tutam*, *certamque*, *lectionem*, & *intellectionem*, *Sacri Codicis*, præstare valuerint. Rem a Magn. *Scalig. Grot.* aliisque insinuatam, Cl. *Capell. Arc. Punct.* L. I. *cap.* XVIII. omnium accuratissime pertractavit, eamque dubitationi exemisse visus est omnibus iis, qui *Punctorum novitatem*, & *recentiorem originem*, propugnant. Ipsius verba, in compendium missa, hic ponenda duxi, ut *Status controversiæ* eo plenius, clariusque, cognoscatur. *Quærat quis, quo pacto igitur olim, ante addita Puncta, legi potuerint Hebraica non punctata. Respondetur, factum id fuisse ope, & subsidio, literarum* אוי, *quæ vice & loco* Vocalium *erant; unde etiam* Matres lectionis *sunt dictæ.* Aleph *notabat A, & E.* Jod *plerumque I; interdum E:* Vaw *denique modo O, modo U, designabat. Ac ne cuipiam id mirum videatur, ne quidem hodie aliter leguntur omnia Judæorum scripta.* &c. *Non aliter etiam scribunt hodie* Arabes, *&* Syri; *qui vix unquam vocalium notulis utuntur* &c. *Quin & Turcæ ac Persæ, (etsi Linguis utantur satis diversis ab Hebr. Chald. Syr. Arab.) Charactere tamen Arabico idiomata sua exprimentes, raro vocalium notulas adhibent. Sed &* Arabes, *in scribendo exactissimi, tres tamen duntaxat vocalium notulas habent; quarum prima* Phata *notat modo A, modo E. Secunda* Kesra *I. Tertia* Dhamma *designat modo O, modo U, plane ut de literis* אוי *diximus.* Hoc telum, a Cl. *Buxtorf.* de *Antiq. Punct.* non fractum, retusumve, sed quodammodo evitatum, & elusum p. 370. ubi *Matres lectionis* & ipse agnoscens, *aliam* ait *rationem scripturæ, & Orthographiæ, in Scriptis Rabbinorum, aliam in Libris Biblicis. In Rabbinorum quidem Scriptis accurate observari, ut tres literæ* אוי *ubique inserantur ad vocalium vicem supplendam* &c. *In Bibliis vero non ita, sed eas frequentissime omitti, etiam iis in locis, ubi minime omnium omitti debuissent* &c. Hoc non negaverat *Capell.*, cui universa acies integra, & intacta, relinquitur. Iterum p. 356. ita contra *Capell.* ex his *Matribus lectionis* disputat pro *Antiquitate* Pun-

Punctorum, ut *Criticis* causam perdidisse videatur. *Constat*, inquit, *quando Hebraica sine Punctis scribuntur, absentiam* Punctorum vocalium *suppleri tribus literis* אוי; *basque efficere, ut Lectori nonnihil Linguæ perito facilis; aut saltem non ita difficilis, vel impossibilis, fiat lectio: non quidem ubique, sed ubi necessarium. Id si non fieret, inextricabilis foret lectio. Atqui in Biblica scriptura id non observatum* &c. *Ergo vocales adfuisse videntur jam tum, quum voces istæ ita scriberentur.* Exemp. gr. *Vaw* adesse debuisset *Gen.* 1: 28. in כִּבְשֻׁהָ *Chibbsjuha, subigite eam*, nam est *imp. plur.* כִּבְשׁוּ. Item in יַכֻּם *Jos.* 11: 8. *percusserunt eos*, pro יכום. Talia passim cum *Cholem* & *Chirek defective* scripto, ut loquuntur, prostant. Ridet *Capell.* L. II. *Vind. Cap.* VI. atque telum retorquet; *novitatem punctorum* inde adstruens denuo. Ad hoc exemplum Doctiss. *Walton.* in *Proleg.* ad *Polygl.* p. 27. *Simon. Cler.* aliique, argumentum illud, a *Matribus lectionis* ductum, pro invicto ursere: atque potissimum ad *Arabes* provocarunt, qui priscis temporibus nulla *puncta* habuissent, sed per tres literas اوي, אוי, quæ omnium *vocalium* vicem sustinuerint, omnem legendi modum expedire valuerint. Hæc non sine studio partium a *Capell.* & *Walton.* scripta, pro dubio vacuis recepta sunt, & confidentissime deinceps inculcata. Atqui hæc neutiquam veritati consona. Veteres *Arabes* ante *Ibn Mocla*, qui hodiernam scripturam *Seculo* X. introduxit, *Literas* אוי eodem modo, quo nunc, adhibuisse, & in totum *notis vocalium* caruisse, gratis dicitur; citrà ullam probationem. Contrarium percipies ex iis quæ de *Origine* hujus *novæ Scriptionis* in *Clav. Dial*, p. 323. 324. promsi. Indidem intelliges, *Arabes* non habere tantum *tres Vocales*, ut nonnulli scriptitant, sed *decem*, quinque *breves*, *Phata*, quo *a* & *e* signant; *Kesra*; quo *i*; *Dsamma* quo *o* & *u*: totidemque *longas*, quæ in *novicia scriptura* ope *literarum* אוי, اوي, expressæ. Nempe *Phata* sequente *Aleph* valet *Kamets*, & *Cholem*; ut *Kesra* sequente *Jod* facit *Chirek longum*, & *Tzeri*; itemque *Dsamma* sequente *Waw* efficit *Schurek*. Apparet si אוי *Matres lectionis* sint vocandæ, eas solis *vocalibus longis* indicandis fuisse dicatas. Idem de *Samaritanis* dictum esto: nec non de *Persis* & *Turcis*; quamvis illi quidem, *Linguis* toto Cœlo diversi, huc immisceri non debuissent. Quid ergo tam fidenter af-

asseveratur *Arabes* per *Literas* אוי omnem *punctationem*, tum *veterem*, tum *hodiernam*, expedire? Nil alienius a veritate. Breves omnes *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, nihil commune habent cum אוי. Eas ut hodie, ita olim, suis signis distinctas fuisse, & vel figura, vel situ, discretas, non est quod ambigatur. Tres *notulæ*, pro *brevibus*, atque *tres* item, si velis, *Matres lectionis*, pro *longis*, ad quas Magnus *Imperii Saracenici Vezyrius* omnem *vocalium supellectilem* restrinxit, non vincunt sane, nullam antea fuisse, sed contra eandem fuisse copiosiorem, quam *expeditio rerum*, & *litterarum*, in tam vasta *Monarchia*, permittebat. Ut ergo *Character quadratus*, idemque *tardissimus*, in *celerrimum* huncce mutatus; ita *antiquæ Vocales* quodammodo in compendium missæ. Hoc quanta Providentia factum sit, quamque mirabili dexteritate, insinuatum in *Clav. Dial.* p. 326. 333. 347. & 349. ubi usum τῶν אוי aperui. Cur item *a* & *e breves* sub uno *signo* comprehensæ: nec non *o* & *u*; ibidem indicatum p. 353. & 358. Eo curiosos remittere liceat. Sentis decantatas illas *Matres lectionis*, per quas *punctis vocalibus* non indiguissent veteres *Arabes* ante *Coranum* conscriptum, non posse sustinere onus illud, quod iisdem superstruitur. Nego, & pernego, illa subsidia vel ad *decimam*, quid? vel ad *centesimam* partem Linguæ, sine Punctis legendæ, pervenire. Infinitæ sunt formæ *verborum*, *nominum*, & *particularum*, in quibus nihil loci hisce אוי relictum. Harum *ambiguitatem* citra *notulas vocalium* posse distingui, sine periculo continuo erroris, nemo adfirmabit, qui *Libros MSS.* iisdem destitutos non evolvere tantum, sed & enucleare, conatus fuit. Nimis magnifice hæc in orbe Erudito jacta. Species quædam imposuit Viris Doctis. Studium eos ulterius implicuit; atque vincere sibi visi sunt eo argumento, quo certissime vincuntur: atque jam tum grave vulnus accepissent; si Cl. *Buxt.* tam potens fuisset in *Arabicis*, quam in *Rabbinicis*, atque Adversarium suismet armis refutare valuisset.

Matrum illar. inutilitas asseritur

3. Provocari quoque solet, in quæstione de *Matribus lectionis*, ad auctoritatem *Samaritanorum*, qui *ope τῶν* אוי, ࠀࠅࠉ, *veram lectionem conservarint, ad hunc usque diem, nec alia puncta vocalia habeant, vel habuerint.* Ita Doct. *Walton.* in *Proleg.* Id iterum non meditatissime scriptum, sæpe tamen transscriptum. Observetur ad hæc 1. *Dialectum Samaritanam* esse omnium impurissimam. Vestigia quidem non obscura retinet Originis, atque ex *Hebræis*, *Aramæis*, & *Arabicis*, conflata esse agnoscitur: attamen tam

Instant. à Samaritica Scriptura.

Resp.

tam confusa est, & conturbata, tum scriptio, tum pronunciatio, ut vix quicquam in nativa sede maneat, & aliquando nec caput, nec cauda, compareat. ב cum ו permiscere, א cum ה non solum, sed & cum ח, ac ע, ipsis solenne. E. G. אסתב *Hyems*, pro סתו *Hebraeo:* & שבי pro שוי *Chald. posuit.* Eodem jure dicas *bibere*, pro *vivere:* & *bidens* pro *videns.* Iterum, עמר *vinum*, pro חמר: & עמיר *fermentum* pro חמיר In *Samaritanos* ergo quadrat quod *Hebraeis Veteribus* attributum in *Tract. Theol. Polit.* Ubi hoc semel admissum, res sisti nequit, & omnia latam trahunt ruinam. 2. Homines illi meram barbariem sonantes, non אוי tantum, sed & ה, ח, ac ע vel maxime, tanquam *Matres* quasdam *lectionis* frequentare cœpere, secundum scribiliginem modo tactam, qua אהחע inter se perpetuo commiscent. Sic חעם ipsis est *pepercit*, pro *Hebr.* חום: & קעם *stetit*, pro קום: & קעים *vivus*, proprie *stans*, pro קָאֵם *Chald.* in *part. praes.* a קום &c. Hae non *Matres lectionis* merentur appellari, sed *corruptela*, & oris Barbari fœditates: quas *Mosi*, & *Prophetis*, obtrudere nefas. 3. *Samaritani* adeo rudes, & inconditi, ut omnes ferme syllabas, in quibus ו & י non occurrunt, per *a* efferant: *Gen.* 1: 1. legentes בראשית ברא אלהים *Bara-schith Bara Alahim* &c. Sic Cl. nostro *Golio* relatum, a teste fide digno. Vide *Hott. Exercit. Antimor.* p. 34. & *Cell. Gram. Samar.* p. 62. Ad hos ergo provocare, est materiam vel non intelligere, vel non satis meditando subactam habere: quum ex hac *Samaritica* i. e. conturbatissima ratione legendi sine punctis, *contrarium* potius effici queat; *puncta vocalia* a *Mose* & *Prophetis* in totum abesse non potuisse, si sua Linguae dignitas, sua sensui claritas, undique constaret.

7. Needum omnia discussa. Teneatur porro, Literas אוי apud *Arabes* pro *Matribus lectionis*, i. e. *vocalium longarum indiciis* directis non venire, nisi quum *serviles* censentur. E. G. פועל, & פֹעֵל, in *part. praes. Faciens*, apud *Arabes* scribitur فاعل, ubi *Eliph* antecedente *Phata* praestat geminam istam pronunciationem *Hebraicam* per *o* & *a longum*. Pariliter forma

conjug. פִּעֵל, quæ & ex *Dialecto* fuit פָּעֵל, apud *Arabes* est فَاعَلَ, in ordine 3. Iterum in *part. pass.* פָּעוּל, & פָּעִיל, *factus*, ab iisdem effertur فَعُول & فَعِيل

Has *vocalium longarum* indices, vocare *Matres Lectionis*, est *vitio creatas phrases* adhibere ad *vitiosas opiniones* ferendas. Subsidia, quæ *Matres lectionis* salutari merentur, debent esse *universalia*, non ea, quæ quandam portiunculam tantum Linguæ attingant. Jam vero nulla *vocalis brevis* hinc agnosci potest; nulla forma, cum sua sibi significatione, quæ per *breves* tantum *vocales* conformata. Infinitum genus. Sed & ubi אוי, اوي, adsunt, *Radicales* si sint, frustra fueris, si eas pro *Matribus lectionis* arripias. *Quiescere* tunc possunt, & *moveri*. Hoc sine apposita *notula* internosci nequit. Non minus infinitum genus: commodiori tempori seponendum.

ה. Ad *Matres* illas *Lectionis* ulterius in ordinem cogendas, notetur præterea non tantum *He*, quod prudentiores semper fecerunt, sed & *Aleph* hinc, ratione *antiquæ scriptionis Hebraicæ*, debere excludi. Paradoxum! & tamen indubium, si calculi rite ponantur. Exempla, quæ Cl. *Cap.* adduxit, partim aliena sunt, ut יִמָּאֵם, *liquefit* pro יִמַּס, in *fut. Niph.* a מסס ut vulgo traditur, *Job.* 7: 5. *Ps.* 58: 8. &c. nam vera ibi Radix מָאַס, ut in *Comment.* ostensum: partim minus intellecta; ut *Hos.* 10: 14. קָאם *stat*, quod pro קָם in *forma præter.* exaratum, gratis assumitur; est enim pro קָאם *stans*, in *part. præs.* ad normam *Aramæam*. Reliqua consimiliter ex certa quadam norma Linguæ manarunt, quam in *Matrem Lectionis* convertere non nimis eruditum. Scribitur peræque צַוָּר & צַוָּאר *Collum*: posterius *Aleph* non est *subsidium legendi*; nam tum ubique sic exarandum fuisset: sed est *forma derivata* amplior, & gravior facta, per א insertum, in quam pronunciatio incumbere debuit, intensius adhuc, quam in altera illa fieri solebat. Hac de re curatius, ubi

ad

ad *formas* nominum perventum fuerit.

ו. Jam nullæ ferme *Matres* illæ *Lectionis*, ad duas *Vaw* & *Jod*, easque *Serviles*, reductæ. Nempe si *radicales* fuerint, ut præstructum, nihil certi figunt, finiuntque. יולד legi potest יולד *nascetur*, æque ac יולד *gignet*, vel יולד *gignetur*. Hoc nulla nota discretum fuisse olim, haud vero simile. Qui universum hoc genus perambulare mente voluerit, innumera talia reperiet, in quibus ambiguum, si puncta absint, *quiescantne Vaw & Jod Radicales*, an *moveantur*. Cave credas parum interfuisse. Momentosissimum hinc discrimen existit, & montes, ut sic dicam, inde pendent. Jam *Jod* & *Vaw serviles*, & ne eas quidem omnes, nam & hæ sæpe *motum* exerunt, si eas, tamen, ubi *quietem* tenent, *Matres Lectionis* quis salutare velit, per me licet; ego directe eas tunc *Vocales* appellare malim, in quibus *Waw* pro diverso situ punctuli efficiat vel *Cholem* וֹ, vel *Schurek* וּ: ut *Jod* cum *Parvo Chirek* ante se יִ *longum*; quæ longæ *vocales* sane nunquam commodius exprimi, & depingi, potuissent, secundum interiorem earundem, ut & totius Linguæ, indolem, atque rationem. Id infra resumetur. Leges, ad quas *Literæ* אהוי *quiescunt*, uberius quoque suo loco declarabuntur.

IV. Quum *Literæ* sint *motus Organici oris*, in natura ipsa fundatur *Divisio* earundem secundum *Organa*, quorum in iis proferendis potissima vis: ut *Reg.* 1. *not.* ב monui. Numerantur ergo recte 4. *Gutturales* אהחע. 4. item *Labiales* בומף. 4. *Palatinæ* גיכק. 5. *Linguales* דטלנת. 5. *Dentales* זסצרש.

Cum grano salis capienda regula vulgaris, *Literas unius Organi facile inter se permutari.* In *Gutturalibus* certe ח & ע firmæ. In ~~*Palatinis*~~ ל & נ aliquando, ut *liquidæ*, sua jura commutant. ט & ת illuc pronissima. ד fere sui juris. *Sibilos* זסצש, per *den-*

Lingualibus

dentes efflatos, maximam habere cognationem, quivis ſentit. Alternas fere ſibi vices præſtant ז & צ: nec non ס & שׂ; nam שׁ non adeo mutabile apud *Hebræos*. Quid in *Dialectis* fieri ſoleat, *Clavis* noſtra aperuit. Indidem percipies ר eſſe firmiſſimam *Literarum*, quæ in nullius jura tranſire amet.

א. Subtilitas D. *Kimchii* duas exhibet *Narinas* מנ. Cl. *Læſch.* de C. L. H. p. 253. unam tantum *Gutturalem* agnoſcit, ח. Adſciſcit ibidem 5. *Spiritales*, quas vocat, אהויע. Cur abeam a recepta diſtinctione, nil cauſæ video. Quum *gutturales* dicimus, utique non excludimus *Spiritum*. Item in reliquis, non ita unum *Organum* urgemus, ut nullum aliud ad eundem *conatum oris* concurrat. Cum *latitudine* quadam hæc tractanda, nec *Anatomiæ* ſubtiliſſima acies huc admovenda.

ב. Non video, quo fundamento nitantur, quæ Cl. *Hiller. Gramm.* p. 21. tradit de *Literarum coagmentatione*, quæ alias *Radicales ſociabiles*, alias *inſociabiles*, conſtituat, ne ex incongrua junctura vaſtus, vel peregrinus, ſonus verborum exoriretur. Hinc figit varias *leges*, quibus *literarum radicalium* ordinem perpetuo adſtrictum fuiſſe opinatur. Pauculæ pro ſpecimine. 1. *Nulla radix incboatur a duabus Labialibus.* 2. *Nulla radix, tribus mobilibus conſtans, incboatur ab ea litera, qua finitur, niſi quæ incboat, fuerit Nun, vel Sibilans.* 3. *Prima gutturalis non admittit ultimam* הּ *Mappicatam. Non ergo in Hebraiſmo fuit verbum* אֱלֹהַּ *coluit: ſed Arabes verbum illud ex Hebræo* אֱלוֹהַּ *formarunt.* 4. *Vaw litera neque incboat, neque finit Radicem.* 5. *Nunquam Vaw in medio Radicis movetur niſi ante, vel poſt, gutturalem. Ergo* דויד *David, non eſt a* דוד, *ſed a* ידד. מָוֶת *mors eſt pro* מֶתֶו *a* מתח *&c.* 6. *Jodh mobile non eſt radicis medium, niſi contigua ſit gutturalis.* 7. *Jodh nunquam eſt tertia radicalis.* 8. *Nulla radix deſinit in duas diverſas labiales. Servit ergo* ם *in* שָׂפָם *myſtax: item in* יָבָם *Levir.* Hæc poſuiſſe, eſt refutaſſe. Vir Doctiſſ. in literarum ſitu numerando ipſis *Rabbinis* palmam præripuit. Compe-

pedes *Linguæ* simul, & ingeniorum, has leges appellare ausim; & nimis profecto confidenter ad eas *Lexicographos* castigat Cl. *Hill.* p. 25. quod *pro arbitrio suo finxerint Radices*, *quæ nulla ratione effici potuerint*, *atque ad Hebræorum aures nunquam permanarint*. Atqui ipse pro arbitrio *regulas* fingit; quæ nec sunt, nec esse potuerunt. Debeo hæc veritati: quamvis de cætero Viri Eruditionem, & præclara merita, venerer.

V. Tangenda quoque *Divisio Literarum* in *Radicales*, & *Serviles*. Ea ad *Analogiam Linguæ* percipiendam utilis. In omnibus nempe Linguis quædam *Literæ* præter usum *Radicalem*, quo ad *Thema* constituendum adhibentur, *servilem* sumunt *conditionem*, qua vel *declinandi*, vel *conjugandi*, vel *derivandi*, vel *componendi norma*, & *Analogica forma*, consignatur. *Radicales* semper sunt *undecim* גרוחט סעפצקר nisi quod ד & ט pro *servili* ת adscisci ament, ad *Euphoniam*, in *Conj. Hitp.* ob rationes p. 27. insinuatas; sub literis ז & ס. *Undecim* aliæ, præter *Radicalem*, sæpe *Servilem* induunt *usum*. Hæ sunt אבה ויכל מנשת, a *Judæis* in varias formulas redactæ, inter quas satis concinna אלינו כתב משה *ad nos scripsit Moses.* Vulgatius, משה וכלב איתן *Moses, & Caleb, strenuus:* cum allusione ad *Ethan* in *Psalmos* memoratum. Laureolam in mustaceo! pro more *Rabbinorum*.

א. *Serviles*, aliæ *simplicem* relinquunt *Vocem*, aliæ eam *compositam* faciunt. *Compositionem* inducunt *præfixa*, משה וכלב, utpote totidem *præpositiones*, sive *particulæ*, quæ *inseparabiles* vocari solent. De iis *Reg.* 101. & seq. agetur. *Adfixa* item, sive *pronomina inseparabilia*, quæ dicuntur, *compositionem* faciunt. Hæ *Reg.* 94.

94. exhibentur. *Simplicem* linquunt *vocem præformantes & adformantes verborum*, quæ *Reg.* 112. 113. 114. 115. recensentur. In nominibus quoque literæ *Heëmanticæ*, de quibus *Reg.* 67. *compositionem* facere non censentur; ut nec *motio fæminina* per ָה & ַת ad *finem*; ָה *Paragogicum*; *terminatio dualis* ַיִם;
& *pluralis* ִים, vel ִין *masc.* וֹת *fæmin.* de quibus *Reg.* 71. 72.
75. &c. Hæc paucis prælibo, ad *terminos artis* noscendos, & distinctius percipiendum, quid in Literis *Radicale*, quid *Servile*, vocitetur.

ב Doceri solet, *Literas serviles*, quæ *compositionem* inducunt, cum *propria significatione* superaddi vocibus: illas autem, quæ *simplex* relinquunt *vocabulum*, sine *peculiari significatione* accedere. Id si pressius excutiatur, non usquequaque verum. *Præformantes*, & *Adformantes*, *verborum*, haud dubie aliquid *significationis* ferunt, *personas*, *numeros*, *genera*, quin & *tempora*, ac *modos*, finiendo. Eadem ratio *formæ fæmin.* in *nominibus*, nec non *dualitatis*, ac *pluralitatis*. Sed hæc in λογομαχίαν quodammodo exirent: nam intelligitur haud dubie *nova significatio* isti *vocabulo* sic *conjugato*, vel *declinato*, adveniens per *compositionem*. Submonendum tamen duxi, ne quid erroris forte hinc subreperet. Præsertim necessaria hæc cautela circa *Literas Heëmanticas*, quæ vulgo dicuntur *significatione peculiari* carere. Atqui sex illæ האמנתי, quibus infinita soboles *derivatorum* e *Radicibus* propagatur, suam quæque *vim*, & *significandi virtutem*, adferunt. Aliud enim valet א, quam ה, & reliquæ. Aliud iterum י. Similiter מ suam, נ suam, ת suam, tum *formam*, tum *significationem*, efficit. Arcanum *Linguæ* necdum satis erutum. Id infra pandetur. Quum ergo dicitur *Formativas literas* sine *significatione peculiari* accedere, id intelligas velim de *ea*, quæ ipsi subjecto non inhæret, sed per *præfixum*, vel *adfixum*, ei accrescit.

VI. Ex *Masorethica Crisi*, quæ curat, ut Exempla Sacri Codicis ad usum *Synagogarum* castigatissime describantur, invaluit distinctio inter *Literas majusculas* & *minusculas*. Itemque inter *suspensas*, & *inversas*. E. G. *Deut.* 6: 4. *majusculum* ע &
ד:

ף: nec non א 1 *Chron.* 1: 1. extant. Contra *Lev.* 1: 1. *minuſculum* א: & *Prov.* 28: 17. minuſc. ו. *Suſpenſum* נ habes *Jud.* 18: 30. ע *Job.* 38: 13. 15. & *Pſ.* 80: 14. *Inverſum* נ notabis *Num.* 10: 35. & 11: 1. &c. quamvis nunc textui non inſeratur.

Eſt & ם in *medio* vocis *finale Eſaj.* 9: 7. & viciſſim ad *finem* מ *Neh.* 2: 13. & נ *Job.* 38: 1.

Denique in *Pentateucho* paſſim inſertæ extra contextum Literæ פ & ס, *majuſculæ*, *ternæ* פפפ ad פרשיות פתוחות *ſectiones apertas*, & ססס, ad פרשיות סתומות *ſectiones clauſas*, indicandas. Contra unum פ *minuſculum* ſignat *minorem ſectionem apertam*, ut unum ס *minuſculum*, *minorem clauſam*. In impreſſis hæc non ſtrictiſſime curantur.

א Omnem hanc ſcriptionem *Judæi*, ſuo more, conſecrarunt, auctoritatem Divinam ei aſſignantes. *Kabbaliſtæ* præſertim in *Literis* illis mirifice luſerunt. Ex Noſtris quoque non pauci huic lubrico ſe commiſere. In ם *clauſo Eſaj.* 9. alii *Regni Meſſiæ ſtabilitatem*; alii *dilatationem* captarunt. Sunt qui *Virginitatem Mariæ*, quin *partum clauſo utero factum*, ut tendunt, hinc eruerint. In *Majuſculis* item & *Minuſculis* prioribus, in *ſuſpenſiſque*, & *inverſis*, aliquid Myſterii, & reconditioris Sapientiæ, incluſum, facile ſibi perſuadent, qui hæc a manu ipſorum *Prophetarum* ſic profecta ſtatuunt. Eſt exceſſus, qui bonæ cauſæ officit. Ab altera parte item peccatur, quum hæc pro nugis, quiſquiliſque, Judaicis, evertuntur; quæ primum ab errante Librarii manu orta, aſtute deinceps pro Myſteriis venditata ſint. Id nullam habet ſpeciem. Specioſius Cl. *Hiller.* hæc convertit in *Symbola geminæ Lectionis*, ut *Eſaj.* 9: 6. in alio *Codice* invenerint *Maſorethæ* לְםַרְבֵּה *Amplitudini principatus ejus nullus finis:* in alio רַבָּה *multiplicatus eſt principatus ejus.* Iterum *Pſ.* 80: 14. מיער ei *duplicis lectionis indicium*, quarum prima dederit

חזיר מיער, altera מיער חזיר in h. f. *suffodiet eam porcus plus quam sylvam*. Argute! an vere, alibi discutiendum. Nobis videntur esse *acumina*, & *ingeniosi* quidam *lusus* Veterum Doctorum, quos ad signa hæcce statim Lectori occurrere voluere. In his plus, minus, vel salis, vel ponderis. Nec ergo *Sapientiæ priscæ æterna monumenta* ea dixerim cum Cl. *Buxt.* in *Comm. Masoreth.* nec *ineptiæ Judaicæ testimonia manifesta*, cum aliis: sed omnino medium tenendum autumarim; quum in *Libris Sacris* aliquid singulari ratione exarari, ad attentionem *Lectoris* excitandam, nihil habeat absurdi, si modo a mysteriis inde eliciendis temperetur.

ב. Quid sint *Sectiones* פתוחות *apertæ*; nec non סתומות *clausæ*, discere est ex *Buxt.* de *Abbrev.* sub פ״ס, ubi quantum curæ superstitiosæ pro *Codicibus Synagogæ* iis tribui soleat, simul percipietur. Nempe & hic jactant, suo more, *Mosis* ipsius constitutionem, atque auctoritatem. Id refutari non meretur. Consulendi Cl. *Vitr.* de *Synag.* p. 965. *Carpz. Crit. Sac. V. T.* p. 145. 146. itemque R. *Simon.* L. 1. *Cap.* 28. bona daturus.

SECTIO II.

DE

PUNCTIS.

VII. Considerandæ porro *notulæ*, quæ *lectionem*, & *pronunciationem* regunt, & quidem ad *Dialecti Hebrææ* normam. *Rabbini* minutiorem hanc supellectilem complexi sunt voce נְקוּדִים *Punctorum*: quorum alia *sonum* præfigunt; alia *tonum*: alia paucula mere *Criticum* usum præstant

VIII. Puncta quæ *sonum* regunt, a primis *Hebræorum Grammaticis*, pro genio gentis, nomine *Regum*

gum & *servorum* distincta, ut vel *principalem*, vel minus *principalem*, eorundem vim, ac potestatem, denotarent. *Dominantium* & *servilium punctorum* appellatio hinc orta. Prior classis continet *Vocales*, numero *decem*. Posterior *Schevata quinque*, & *tres notulas Diacriticas* Literarum.

IX. *Vocales* ratione *soni*, & *simplicis qualitatis*, censentur *quinque*: ratione *quantitatis decem*. Has Natura ipsa omnibus suggerit, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, brevius, longius, syllabas struere, & vocabula animare, docens.

א. Subtilissima hæc pars *Grammaticæ* paulo altius repetenda, atque a spinis, quibus semet compunxere homines Eruditi, liberanda. *Reg.* I. diximus, *Hebræos* distinxisse *Literas* a *Vocalibus*, ut *vehicula sonorum* a *sonis* ipsis, articulatis per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*. Hoc certissimum Naturæ principium sensit *Priscian.* L. I. quum ait, *Vocalem*, & *Consonantem*, non minus differre quam *animam* & *corpus*; quod *ut anima movet corpus per se immobile*, *ita & vocales quasi moveant consonantes*; *sine harum beneficio immobiles mansuras*. Bono ergo judicio *Judæi* תנועות *motiones* appellitarunt *Vocales*, כי לא יוכל אדם להניע אות מבלי ה׳ תנועות *eò quod nemo literam movere queat sine quinque istis motionibus*. Clarius fuisset, si pro *movere* dixissent *articulatam facere*, vel *animare*, vel tale quid. Revera *moveri* potest omnis Litera sine ope vocalis alicujus, i. e. potest secundum *Organa* sua reddi, & in aëre explodi: sed non potest *articulari*, vocabulumque efficere certa præditum significatione. Sit ergo *moveri* in hac jam materia *articulato sono proferri*. Eodem fundamento nititur grande illud discrimen, quod inter *Vocalem* & *Consonam* inculcat *Summ. Voss. de Art. Gram. L.* 1. *Cap.* 15. quæ non *numero* tantum, sed etiam *specie*, & *forma essentiali*, differant. Merito ergo *vocales*, ut *animæ subtiliores*, a *Literis*, ut *Crassioribus elementis*, a Veteribus discretæ, p. 21. supra evictum.

ב. Valde subtiliter idem Vir Magnus *Cap.* XII. L. 1. de A. G.

 de

de *natura*, & numero *Vocalium*, disputat. Observat primo tum *Græcis*, tum *Latinis quinque* solum esse, *A*, *E*, *I*, *O*, *U*: pro *Y Græco*. Ex iis *tres ore diducto proferri*; *A*, *E*, *I*. duas contracto, *O*, & *U*, sive *Y*. Subdit, secundo, has tamen *quinque Vocales* aliquando *pinguius*, aliquando *exilius*, exire, *unde non absurde colligi posset, majorem esse apud Latinos numerum vocalium, quam vulgo traditur*. Pergit dein. *Quærat aliquis an ea quæ de multiplici sono vocalium diximus, non efficiant, plures multo Vocales esse, quam quinque? Sane parum abest, quin si quis hanc sententiam sequi velit, habiturus me sit opinionis suæ non favitorem modo, sed etiam adsertorem &c. Non nego tamen defendi posse quinquepartitam illam vocalium divisionem. Nempe causa diversitatis non in eo, quod soni una sit alia, atque alia; sed in hoc, quod Vocales istæ nunc tenuius exiliusque, nunc crassius & productius, nunc intermedio sono efferantur*. Ad hanc rationem erirent fere *quindecim*; *breves* quinque, totidem *longæ*; nec non *intermediæ* totidem, ancipitem modulum admittentes. Cum hisce non per omnia consonant, quæ *Cap*. XXVII. subferuntur. *Non plures quam quinque Hebræis sunt Vocales: utcunque Grammaticorum antiquissimi eas undecim statuerint. Septem Reges, Kametz, Patach, Tseri, Segol, Chiric, Cholem, Schurec: ac quatuor Puncta rapta. Utcunque item Juniores hunc numerum ternario auxerint, Chirec geminum faciendo, Kibbutz a Schurec secernendo, & Cametz-Chatuph, a Chateph-Cametz. Ita ut ex eorum sententia sint* Longæ quinque, *quæ duum temporum*; Breves totidem, *quæ totidem temporum*; & quatuor Brevissimæ, *sive raptæ, quæ dimidii temporis. Nam sive spectemus quænam majoris sint usus & dignitatis, sive quantitatis discrimen, nihil horum est quod ad literarum soni pertineat: eoque, ut pro illo usu accidentario non inutiliter plures quam quinque fecerint figuras, non propterea consequitur plures reipsa Vocales esse, quum soni non sint uni diversi.* Hoc forte in dubium vocari posset: certe ipse *Vossius* supra revocavit, *se & Favitorem & Assertorem fore* professus illius opinionis in *Latino*. Non erat ergo cur tanto opere in *Hebræo* hinc resiliret. Hoc tamen nos quidem non contendemus, contenti sane *quinque sonis*; quos cum aliqua fiducia persuadendi non tantum in *quinque breves*, totidemque *longas* partior, sed adjungo *quinque intermedias*, e *brevibus* oriundas, si iis vel per *consonam* suppressam, vel per accentum, aliquid moræ accreverit, quo nec omnino *longæ* præstentur, nec *breves* plane relinquantur. Res obscurior infra clarescet.

ג. Ut liqueat nos in discussione hac circa vim, & naturam, *Vocalium*, ducem sequi Naturam, & lucem veritatis, advocandus mihi J. *Lipsius* est, qui e fastigio Eruditionis ad has minutias se demisit in *Dial. de Rect. Pron. Ling. Lat. Vocalium omnium*, inquit *Cap.* V. *Latinis plus uno sonus est. Priscianus denos, aut plures, cuique tribuit* &c. *Ego eos tantum exigam, qui in natura ipsa literæ*, (sic cum Latinis vocalem appellari patimur) *&* *in solitario ejus proprioque effatu insunt. Talis, ut minimum, cuique vocali duplex. Duplexne? imo non duplex modo, sed quibusdam triplex, quadruplexque. Sed minimum duplex. Cum enim vocales omnes ancipites sint Latinis (de quantitate loquor) & modo longæ eæ, modo breves, curæ inprimis habuerunt Prisci, ut sono ipso distinguerent, quantæ illæ in quaque dictione. Ex ipso inquam enunciatu colligebas, A & I. breve, an longum, in* palus, *in* sinus, *dicerem; O & U, in* populus, *in* uter; *item* legimus, *præterito tempore efferrem, an præsenti? Decore, imo utiliter! nam hodie quæ confusio, & turbela? Omnium pariter idem sonus, brevium, longarumque: adeoque Vocalem unam non discernimus, ut nec eam a Bivocali. Itaque ambiguitatibus scatet, & sordet, hic noster sermo, præ antiquo.* Ostendit deinde curam hanc Veteribus sedisse, non in *enunciando* tantum, sed & in *scribendo*, adhibitis *duabus vocalibus*, ubi *longa esset*: ut *Quintil.* diserte notat, *usque ad Attium, & ultra, porrectas syllabas geminis vocalibus scriptas.* Postmodum *apex* assumtus, sive *lineola transversa*: quæ & ipsa dein a multis omissa. Hæc *Cap.* VI. VII. VIII. IX. X. docte illustrata. Inde percipietur, *a. triplicem* fere *sonum* exeruisse: *e. quadruplicem: i. triplicem: o. duplicem: u. quadruplicem.* Similia fere J. C. *Scaliger* de *Caus. Ling. Lat.* L. 1. *Cap.* VIII. & seq. tradidit. Apparet, Maximorum Virorum judicio, *Vocales* quidem *sola quinque*, sed *pronunciandi modo* ad minimum *decem* statuendas, quin in quibusdam, citra *diphthongum*, existere posse aliquid mixtum, & obscurius, quod nonnullos in eam adduxit sententiam, plures quam quinque *simplices vocalitates* in Linguis admittendas. Quæstio fines nostræ curæ excedens, quæ supervacuis amputatis, necessaria tantum complectetur.

ד. De *Notis*, sive *Figuris Vocalium* aliquid etiam præmonendum. Cl. *Alting.* observat *quinque Vocalibus indicandis plerosque Occidentales quinque posuisse figuras A. E. I. O. U. Græcos adhibuisse septem*, α, ε, η, ι, ο, ω, υ. *Arabibus esse pauciores. videl. tres tantum Phata, Kesra, Damma*; quarum prior *a*, media *e*

vel

vel *i*, posterior *o* vel *u* signet. Hæc minus plana, & plena, ut senties, si ad *pag.* 35. redieris. Inde, ut minimum, *sex* oriuntur notæ, operas sic partitæ, quemadmodum *ibid.* delineatum. *Græcos*, & *Latinos*, veteres, *decem Vocalium signa* habuisse recte dixeris, quando *breves* simplici, *longæ* duplici nota signabuntur. Idem in vernacula nostra, aliisque hodiernis, factitatatum. Non est ergo, quod cum Cl. *Alting.* colligamus, *Linguam Hebræam hac in parte perfectissimam: quæ cuivis sono geminam tribuat figuram, ut simul de cujusvis soni quantitate Lectoribus constare queat.* Non *Linguæ* hæc perfectio, sed *Scriptionis.* Eam Veteres *Græci*, & *Latini*, simplicitatem naturæ secuti tenuere. Indigesta, & confusa, est Lingua, quæ *Vocales breves, longasque*, inter *pronunciandum* distinguere nequit. Ne *Lingua* quidem ea dicenda. *Scribendi* diversa ratio est: quippe quæ magis arbitraria, a rudioribus initiis ad majorem perfectionem, ut videtur, sensim perducta: certe talis quæ *mutationem*, & *novationem*, manente Lingua, recipere potuerit; & reipsa recepisse videatur.

ח. Rem satis evidentem dubitationi eximet *Vocalium* recensio a primis *Grammaticis* prodita. Ea exhibet non *decem*, sed *septem* קולות *voces*, *sonos vocales*, qui & *septem* מלכים *Reges.* Hi erant *Kamets*, *Tzeri*, *Chirec*, *Cholem*, *Schurec*, *Patach*, *Segol.* Tactum a *Vossio* paulo supra. Sub *Kametz* comprehendebant etiam *Kametzchatuph*, sive *o* breve. Ratio a *figura* assimili solet repeti. Aliud subest de quo infra. Sub *Chirec* utrumque I. complectebantur *longum*, & *breve*. Sub *Schurec* denique ordinabant *Kibbuts*, tanquam *parvum u*. In ista divisione nil vitii: ut nec in altera concisiore, quæ omnes *Vocales* reducit ad tria principia *Kamets*, *Patach*, & שבר *Sjeber*, i. e. *fractionem*, quæ & *Arabibus Kesra* dicta, eodem plane significatu *fractionis*. Intelligunt eo nomine *Chirec*. Sub *Kametz* digerunt sonos *longos a, o, u:* sub *Patach*, *breves a* & *e*. Sub *Sjeber* sive *Kesra*, *i* & *e longum*, pronunciatum videlicet ut *ei*. Hæc ex Libro *Cosri*, & *Balmesio*, Cl. *Buxt.* de *antiq. punct.* p. 191. Ea partitio consonat *Arabum* isti per *Phata*, *Kesra*, *Dsamma*, quæ *voces technicæ* designant *apertionem*, *fractionem*, & *contractionem:* quemadmodum *Kamets* item infert *contractionem:* ut *Patach apertionem*, & *Sjebber*, *fractionem*. Istæ appellationes videntur adinventæ, ut *configuratio oris* in *Vocali* proferenda indicaretur, atque ita ejusdem le-

legitimus sonus accuratius finiretur. Nil mirum itaque si aliquid varietatis hic inter *Grammaticos Judaeorum* & *Arabum:* quum pronunciatio secundum Dialectum nonnihil variet. Hæc non hujus loci.

ו. Ad *vocalium naturam*, & quæstiones de iis motas, distinctius tenendum, tangam necesse est totius *Grammaticæ* subtilissimam, & forte adhuc confusissimam, partem; quæ versatur circa appellationes *Kametz*, *Tseri*, *Chirek magnum*, *Cholem*, *Schurek*, quæ *longis vocalibus* inditæ: ut *Patach*, *Segol*, *Chirek parvum*, *Kametz Chatuph*, *Kibbuts*, datæ *brevibus*. Cl. *Capell. Arc. Punct.* 1: 12. *novitatem punctorum* & hinc evinci autumans, olim *duo* tantum *nomina fuisse* ait *in antiquissimis notis Masoretharum*, *Kametz* & *Patach*; quippe qui sub *Kametz* comprehenderint *Tseri*, quod *parvum Kametz* iisdem: sub *Patach* autem complexi fuerint *Segol*, quod apud eosdem *Patach parvum*. Addit, *reliqua puncta ab iis vocari I. O. U. atque sic exprimi* אִי, אוֹ, אוּ: אִ, אֳ, אֻ: *nec alia punctorum vocalium nomina occurrere, nisi in posterioris ævi Grammaticis ante annos* 300, *aut* 400. Infert hinc 1. *ergo non esse antiquas adeo vocalium figuras, quas totis* 3000 *annis sine nomine mansisse haud verisimile.* Instat 2. quum *Literæ* statim nomina receperint, *Aleph*, *Beth*, &c. *neminem nisi Judæum Apellam crediturum, puncta, ejusdem cum consonis antiquitatis* (*ut volunt punctorum advocati*) *nomina nulla technica habuisse, nisi* 500 *demum annis post Christum.* Subjungit 3. *pleraque punctorum nomina non esse Hebraica, sed Barbara & Peregrina, quæ fæcem ultimorum seculorum redoleant.* Non sine adfectu magno, & excessu, hæc scripta. Nihil horum ferit. Negari saltem nequit vetustissimos *Hebræos* ipsam *rem* habuisse, etiamsi *figuris* hisce caruerint. Simplicitas Naturæ, quæ in *Consonantibus* suggessit *Be*, *Ge*, *De* &c. in *Vocalibus* haud dubie dedit *a* & *aa*; *e* & *ee*; *i* & *ii*; *o* & *oo*, *u* & *uu*. Hoc negare est *vocem* homini adimere, & *naturam* ipsam abnegare. Nescio qui fieri potuerit, ut in conflictu super *punctis*, ferme *vocales* ipsæ cum *notis*, & *figuris*, *vocalium* confundantur. Aliquando quidem distinguunt Viri Docti: sed nimis sæpe distinctionem negligunt. Non negat *Capell.* quod exceptum a *Buxt. Nomina rebus ipsis non raro posteriora:* sed reponit, *neminem credere posse, non nisi post* 1000, aut 1200, *a re inventa annos, indita esse prima punctis nomina.* Atqui *res non inventa ab Esra*, ad cujus ætatem ille calculus congruit, sed cum usu Sermonis, *inde ab initio rerum, Vocales consonantibus animam, sensum-*

que addidere. Qui primus *Scripturam* invenit, quisquis ille fuerit, ante, vel post, diluvium, cum *signis literarum* haud dubie *signa vocalium* excogitavit, quod alias non *mancum* tantum, sed & *mortuum*, fuisset *opus* illud; quo nullum admirabilius, & generi humano opportunius. An difficilius erat *sonis a, e, i, o, u, signa* ponere, quam *consonis b, g, d*, &c.? An non in promtu saltem erat, *punctulum* aliquod figere vel infra, vel supra consonas, vario situ, ad id quod *a, e, i, o, u*, vocamus, indicandum? Nemo eo usque cæcus, qui hoc saltem non videat, atque agnoscat. Jam vero tali *punctulo*, hactenus nullum aliud *nomen* addo, quam quod *Natura* ipsa ei dedit, & *infernum* v. g. ad *dextram* voco *a*, ut בָ: ad *sinistram e*, ut בֶ: in *medio i*, ut בִ: *superne* appictum erit *o*; ut בֹ: denique locatum paulo inferius, fuerit *u*, ut בֻ. Non dico hæc ita fuisse: sed ostendo, quid esse potuisset; & quantillum negotii, ubi *Literæ inventæ*, & *constitutæ*, *vocales adinvenire*, & firmis legibus suis quasque consonis adaptare; ut non *mortua* esset *scriptura*, sed *viva*, & per *motrices* suas *animata*. Instat Doct. *Walton*. *Prol.* p. 25. ubi postquam cum Cl. *Cap.* dixisset, *plane incredibile*, *res quæ in usu quotidiano erant*, *per tantum temporis intervallum*, *ad Majorethas usque*, *nominibus caruisse*: de suo apponit: *Si vero dicas*, *antiqua nomina mutata esse*, *& nova a Masorethis imposita*, *hoc gratis dicitur*; *imo contra apertam rationem*. Esto: vincat hac in parte; an ergo & *sonus* ipse *naturæ* non aderat, ut saltem illa *punctula* potuerint *a, e, i, o, u*, appellari? Non indigemus aliis *nominibus*. Quicquid aliarum appellationum inductum, *artis* fuit, ad *naturæ leges* attendentis: & tum demum, meo quidem judicio, exortum, quum de *Grammatica* præceptione cœpit cogitari.

† Videbamus præc. nota Cl. *Capell. nomina punctorum*, ut *peregrina*, ad *fæcem ultimorum seculorum* amandasse. Regesserat Cl. *Buxt*. p. 192. *Vocalium nullum esse nomen*, *quod Chaldaicum sit*; *sed omnia ad Hebraicam Originem posse reduci*; *ut factum ab Ab. Esra in Libr. Tzachut*, *omnium Etymologias pandente*. Ad hæc Adversarius in *Vindic*. p. 173. *Non sum*, *neque quum Arcanum meum scripsi*, *eram*, *usque adeo Ling. Hebr. rudis*, *ut nescierim Cametz*, *Patach*, *Segol*, *Hirec*, *Schurec*, *& Kibbutz*, *originem suam debere Hebraicæ Ling. & ab ea deduci posse*: *at non sum nescius*, *Tzeri*, *Holem*, *Scheva*, *Dages*, *Mappic*, *Maccaph*, *vel non esse Hebraica forma*, *aut origine*, *vel non deduci ab Hebraico the-*

ma-

mate, *nisi inepte*. Ridet deinde *Etyma Rabbinorum*, non satis cocta sane; rogitans, *an Tzeri* צֵרִי a צִיר *cardo*, *quia sonus ejus refert stridorem cardinis*? *Scilicet*! חוֹלֶם *Holem num a* חָלַם *somniavit*? *Hoc vero esset vere somniare*. *Si ratio aliqua istius appellationis reddenda*, *ea petenda potius est a Syro* חלם *sanus*, *integer*, *fuit*; *quod sonus illius vocalis sit integer*, *& sanus*, *non vero impurus*, *& mixtus*, *ad distinctionem* ꝑ *Kametz*, *cujus sonum volunt esse impurum*, *& mixtum ex A & O*. De *Mappik*, *Maccaph*, *Dages*, *Scheva*, fidenter subdit, non esse *Hebraica*, sed *Chaldaica*: ac proinde *non sine ratione dictum*, *pleraque punctorum vocalium nomina esse peregrina*. Misera conditio Eruditorum, qui quod semel *non bene* scriptum, *male* defendere coguntur. Id de *postremis* istis suo loco patescet. Nunc *Punctorum Vocalium appellationes* sub examen vocandæ; ut quid tandem illæ velint, valeantque, sine partium studio dijudicari queat. Hic vero magna fluctuatio existit, & frustratio, tum *Rabbinorum*, tum Nostrorum. Circa 1. *Kametz* קָמֵץ ferme consensus, a *Rad.* קָמַץ *collegit*, *compressit*, notari *colligens se*, vel *comprimens*, nempe *os*, in vocali ista reddenda. Argutius Cl. *de Raadt de Nat. Punct. Hebr.* p. 9. & *Læscb.* p. 309. In 2. *Tzeri* צֵרִי dissensus. A *cardine*, qui צִיר, plurimi malunt צֵירֵי *Tsere*, *Cardines*, quibus similia fere duo illa puncta. Ita *de Raadt*. Alii *stridorem cardinis* captarunt: ut *Hill*. At *Læscb*. censet, *originem non adeo compertam*: videri tamen *compressionem oris*, & *soni*, designari. *Chirek* חִירֶק vel חרק *Chirik*, 3. ut alii malunt, haud dubie descendit a חָרַק *frenduit*. Adjectum a Cl. *Læscb. incomperta mihi denominationis ratione*. Reliqui a *stridore frendentis*, non incommode. 4. *Cholem* חוֹלֶם *Balmesio* est *valens*, *integer*. Hoc placitum Cl. *Capello*, e *Syro* fonte, ut putabat, nam חלם est *convaluit*. Non longe abit *Bertramus*, qui חֹלֶם exarans, *perfectionem* vertit. Cl. *Læschero* notat *aliquid quod quiescere facit*, a חלם *somniavit*: quod *sonus ad sopiendum aptissimus*. Arcessitum.

Kametz
Tzeri.
Kirek
Kolem

Quæsitius adhuc quod Cl. *de Raadt vitellum ovi* reddat, ex חַלָּמוּת *Jobi* male intellecto: *figuram* (·) spectans. *Schurek* 5. שׁוּרֶק absque controversia *sibilationem* notat, a שָׁרַק *sibilavit*; eo quod instar *sibili* hic *sonus* profletur. Hæc de *Longis*. In *Brevibus* iterum 1. *Patach* פַּתַח *aperientem*, vel *apertionem*, reddunt, quod *labia aperiat præ ceteris*. 2. סְגוֹל *Sgol*, vel סֶגוֹל *Segol*, est *bulla aurea*, juxta *Bertramum*, a סגל. Id longe petitum. *Læsch.* respicit *peculium reconditum*, quod סְגֻלָּה. *De Raedt* ait *Botrum* notari: qui אֶשְׁכֹּל alias. Etiam Cl. *Hillero* ea figura placuit; non nimis sane apta. *Chirek* 3. notare *frendorem* indubium. 4. *Cametz Chatuph* קמץ חטוף sonat *Kametz raptum*. Nil nodi in nomine; sed implicat res ipsa: quod *o breve* cum *a longo* nil commune habere videatur. *Kibbutz* קִבּוּץ 5. est *contractio*, a קבץ, plenius קִבּוּץ פּוּם *contractio oris*, ut *Masor*: vel שְׂפָתַיִם *labiorum*, ut alii: quod in *Vocali* hac proferenda notabilis sit *labiorum compressio*. Est in hisce, quod sua se luce, & gratia, commendet: est quod obscurum, coactum, precarium. In *Tzeri*, *Segol*, & *Cholem*, ad *figuras* recurrere, absonum. *Chirek* utrumque, *Schurek*, *Kibbuts*, aperte ducunt ad *configurationem oris*. Hanc reliquis quoque *appellationibus* ansam, & occasionem, præbuisse, dubium esse nequit: ea enim in minutiore hac suppellectile ingens facit momentum, & sola digna erat, cujus gratia *nomina*, *vim*, & *naturam*, cujusque *Vocalis consignatura*, excogitarentur. Certe Doctissimi *Literatores*, qui de *Pronunciatione* conscripserunt, hanc *conformationem* diligenter attenderunt, atque sic *legitimum* cujusque *Vocalis sonum*, natura duce, præfigere conati sunt. Vide *Priscian. Scalig. Lips. Voss.* &c. &c. Hanc curam in *Hebraicis* contemnere ut *morosissimam*, & *superstitiosissimam*, quæ *quisquilias aculeatas* pro fructu reddat, non nimis eruditum; tale certe quod non ex judicio, sed ex adfectu, appareat profectum. Aliter *Lips. Cap.* 2. *apud omnes magnos viros* hæc minutiora *semper magna fuisse* inculcans. Nos rem nec extolli nimis, nec deprimi, abjicique, æquum cen-

censemus. Quomodo quæque *Vocalis* pronuncianda, & quid vel valeat, vel conferat, hanc in rem, quælibet harum denominationum, ad seq. *Reg.* prometur.

X. Quinque *Vocales longæ* figura, situ, potestate, denominatione, sunt, præmissa consona.

Kametz	אָ	*aa*	*Crassius.*
Tzeri	אֵ	*ee*	*Crassius.*
Chirek magnum	אִי	*ii*	*Crassius.*
Cholem	אוֹ vel אֹ	*oo*	*Crassius.*
Schurek	אוּ	*uu*	*Crassius.*

XI. Quinque *breves* item figura, situ, potestate, denominatione, sunt.

Patach	אַ	*a*	*exile.*
Segol	אֶ	*e*	*exile.*
Chirek parvum	אִ	*i*	*exile.*
Kametz Chatuph	אָ	*o*	*exile.*
Kibbutz	אֻ	*u*	*exile.*

א. Ad geminam hanc Tabellam multa discutienda. *Primo* disquiri posset, an non decentius *Breves* vocales, ut simplices, primum gradum tenerent? Esset tamen curiosius, quam utilius: ac proinde iis id relinquo, quibus otium abundat: quemadmodum nec descendo in aliud, uberius quidem illud, sed subtilius, quam ut hic enucleari debeat, *Vocales* exprimere *primos naturæ motus*, *adfectusque*. Magnus locus, magno dignissimus ingenio, qui per *Linguarum* intima *viscera*, ac *medullas*, pertinet; atque *Eloquentiæ culmen*, & *arcem*, attingit.

ב. Quibusdam alia placuit vocalium series, & divisio. Ajunt *Quatuordecim* eas esse, quarum *quinque longæ*, *quinque breves*, quatuor *brevissimæ*; nempe *Chateph Patach*, *Chateph Segol*, *Chateph Kametz*, & *Patach furtivum*. Secutus Cl. *Hill.* qui censet subtilius adhuc, & copiosius, *quatuor ordines* posse constitui, ut 1. *tres magnæ* ponantur *Kametz*, *Tzeri*, *Cholem*: 2. *tres parvæ*, *Patach*, *Segol*, *Kametz Chatuph*. 3. *tres*, *quatuorve*, *ancipites*, *Chirek magnum & parvum*, *Schurek*, *Kibbutz*. 4. *denique quatuor semiparvæ*, nempe *tria Chateph*, & *Patach furtivum*. De postremis hisce quid statuendum, *Reg.* 13. sentietur. Quomodo *Chirek magnum*, & *Schurek*, ancipites vocari possint, non exputo. Fefellit Virum Doctum aliquid *Anomali* in gemina hoc vocali admissum: ut לִיסּוֹד pro לְיַסֵּד *ad fundandum*: 2 *Chron.* 31: 7. & סוּכּוֹ pro סֻכּוֹ *tentorium ejus*, ex *Var. lectione*. De *Chirek* sine *Jod*, & *Kibbutz*, alia res est. Eas *ancipites* non abnuerim. Reliquas item *breves* ex *ancipiti* nonnunquam positas, mox patescet.

ג. Figendus ante omnia *sonus* cujusque. 1. *Kametz* ergo Cl. *Buxt.* aliisque est *a*, *productius obscuriusque* editum, admixto *o*. At *Wasm. Danz. Læsch.* contendunt, *a.* clarum fuisse. Mihi prior sententia verior, nam *Kametz* קָמֵץ *comprimentem* designans, postulat *oris* quandam *compressionem*, in vocali principe reddenda. In *a puro* nihil tale; sed contra *os diductius*. In *mixto* omnino *os* quodammodo *constringendum*. Accedit *Kametz Chatuph* i. e. *raptum*, sive *o breve*, non aliunde id nominis trahere potuisse, quam quod quandam cum *Kametz* habuerit affinitatem; quæ nulla, si nihil de *o* eidem admixtum. 2. *Tzeri* est *e purum*, & *siccum*, *Buxtorfio*. Addit Cl. *Danz. maxime clarum*, *quod nihil heterogenei habeat immixtum*. Similiter *Læsch. plenum & nitidum* E. vocat. *Hill.* observat *Kametz parvum* dici hoc elementum a *Masoreth. quod in ipsius effatu os magis contrahatur*. A *stridore* ergo censet *Tzeri* appellatum, vel ab *oris angustia*. Respicit צִיר *cardinem*. Aliquid mixti ergo admittit, quale in η *Græco* auditur. Longius abit *Spinosa Cap.* III. sonum ex *a.* & *i.* compositum statuens. Dixisset saltem ex *e* & *i.* Sane illuc *inclinasse* nonnihil *vocalem* hanc, multa arguunt. Unum modo esto, quod ex nominibus formæ פֵּיר nascatur פִּיר & פֵּיר. Consimi-

milem *inclinationem* fuisse ꞩ *u*, vix dubium: quod per *i*. vitiose propterea enunciari cœptum. צֵרִי *Tzeri* non a צִיר *sardo*, sed a צָר, cujus *rad.* צרר *strinxit fortius:* item *stridit*. Hinc *stridorem imitans strictiore labello vocalis* sic dicta. 3. *Chirek magnum* dedisse I *clarum*, & *nitidum*, magno consensu traditur. Denominatio ducta a *frendore*, sive חָרַק scribas, sive חִירֶק. Crediderim aliquando per *sonum mixtum* exiisse: prout I. *Latinum* sæpe in *ei* cecidit, citra *diphthongum* tamen. 4. *Cholem* cum *Omega* recte collatum. Radix חָלַם, ex *Origine* valuit *concrescere*, & *in se convolvi*. Inde חֹלֶם quasi *convolutio soni*. Cl. *Hill.* a *compactis vel cohærentibus labiis* appellationem derivat. Vellem clarius mentem explicuisset. *Terentian. Maur.* de *o longo*, & *brevi*, efferendo, sic præcipit.

Igitur sonitum reddere cum voles Minori,
Retrorsus adactam modice teneto linguam:
Rictu neque magno sat erit patere labra.
At Longior alto tragicum sub oris antro
Molita, rotundis acuit sonum labellis.

En חֹלֶם *Cholem! convolutionem oris in se.* 5. *Schurek* cum *u* conferri patior, si modo cum *Diphthongo* non confundatur. Sane & *Latini* suum *u* aliquando ut *ou* extulisse, multa docent. Hinc *loumen*, veteri scriptione, pro *lumen*; *Jous* pro *jus*. Scriptum quoque *juus*. &c. Confusioni ergo vitandæ malim *U* productum, vel *UU*, vocitare. Cl. *Hill.* a *tenui sibilo* ait nomen ductum. Dicere debuisset *crasso*, nam שָׁרַק est *pleno ore sibilavit*. Inde שׁוּרֶק appellata *Vocalis*, quod *uu* non nisi *ore fortius sibilante* possit pronunciari. Hanc *geminationem* arguit scriptio per *Waw*, וּ: nec non *quies*, in quam *consona* ista sæpe transit; velut quum pro יְוָלַד *juw-lad* existit *juulad*, sive *joulad*. Ad *breves* breviori esse licebit. 1. *Patach*, *a exile* & *clarum* resonans, ab

ab *apertione oris*, פתח, sic dicta. Apud *Arabes Phata* فتحة פתחה scribitur: cujus *sonus* ad *e* crebro invergit; in eamque transilit. Idem apud *Hebræos* usui venisse, indicant bene multa. Inter alia *Patach* illud *Vicarium* & *Segol*, quod per totam Linguam fusum. Crediderim ergo variasse sonum, & nunc *planius*, nunc *obtusius*, prolatum. In aliis *Linguis* idem observare est. 2. *Segol* cur per *æ* exprimi velit Cl. *Læsch.* non video. Inepte *Meibom.* ei vim *oe* subjunxit: nec non *Spinosa* *ä*. Est *e* dilutum: a *Masoreth*: sæpe *Patach Parvum* dictum: quin & *Scheber Parvum.* Inde colligas, aliquando ad *i.* exiliter accessisse. In eo nil miri: nam & in *Græco*, *Latinoque*, nonnunquam id usu evenit. Unde fluxerit *nomen* סגול, necdum finire ausim. Quæ supra tetigi, nil solidi ferunt. A *reciproca fusione* ductum conjicio, quod in סגל agnoscunt *Arabes*, quibus سجل סגל inde *situla*, & alia istam vim exerentia. Rectissime ergo *Patach Parvum* a *Masorethis* vocitatum. 3. *Chirek Parvum* nihil habet ambigui. A *frendore* ei nomen inditum, supra vidimus. Nempe *exile* quid, & *fractum*, *fressumque* quasi, reddit. *Arabibus* dictus hic sonus *Kesra*, a *confractione* item. Apud *Masor.* etiam שבר *Sjebber*, *fractio*, vocatur. 4. *Kametz Chatuph* est *o* cum Linguæ modica *repressione* enunciatum. Ratio nominis jam declarata. 5. *Kibbutz* est ὖ ψιλὸν; & *u* in *Sulla*, Σύλλας; qui deinceps *Sylla.* Vide *Lips. Cap.* 10. ubi & ad *o* nonnunquam inclinasse reperies. Idem apud *Hebræos* obtinuisse, patet ex formis *Puhhal*, & *Pohhal*: *Hupphal*, & *Hophhal*: nec non in *Segolatis* פֻּקְדִי, & פָּקְדִי formantibus. A *contractiore labello* appellationem factam jam dixi.

ד. Nemini dubium relictum putem, quin sat *justæ*, & *naturales*, sint *denominationes Vocalium*: quas Cl. *Capel.* nimis calide *fæcem* & *barbariem* posteriorum seculorum redolere pronunciavit. Nihil in iis, quod a moneta vere *Hebræa* abludat. Nihil tamen determinare ausim circa earundem *originem*, & *natalia*. Inde a *Literis* inventis, *Vocales* quoque extitisse *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, & quidem tum *longas*, tum *breves*, quicquid Cl. *Capel.* misceat, moveatque, cum ratione ambigi nequit. *Inventorem literarum* non potuisse *Vocales* quoque *notis* signare, absurdum: non voluisse, haud verisimile; quum citra manifestum periculum

lum erroris ubique, & constanter, omitti nequiverint. Frustra ad *Matres lectionis* recurri, supra evictum. Huc usque summa cum fiducia progredior. Has ipsas *Figuras*, quibus nunc utimur, statim extitisse, a *Patronis punctorum* adfirmatur quidem: sed plus *sumi* putem, quam vel *probari* queat, vel necesse sit, ad *causam antiquitatis punctorum* sustinendam. Iidem quoque confirmant, nomina *Kametz*, *Tzeri*, *Chirek* &c. in primordiis ipsis posita: æque ac *Bheth*, *Ghimel* &c. Utrumque specie caret: sunt enim *Technica*. Ne cum *Scriptione* quidem has *denominationes* simul institutas autumem, quod illa *configuratio oris accuratior*, ad *vocalem sono legitimo* reddendam, non in *Lingua viva* præscribi soleat; sed in *mortua*. An ergo *Esras* has *appellationes* adinvenit? Ne hoc quidem liquet. Sunt quæ pro ista opinione faciant: sunt quæ contra eam. Ea discussio liberioribus spatiis deputatur. Nunc ajo, *genuinæ punctorum antiquitati*, & *auctoritati*, nihil decedere, etiamsi nomina hæc a *Masorethis* inducta, statuatur: neque enim *controversia* de *nomine*, sed de *Re*. Non committendum, ut de *nomine* nimis acriter contendendo, *res* ipsa reddatur suspecta. Id factum multorum Zelo. Prudens disputator cavebit.

ח. Verbulum attexendum, de *usu secundario*, quem Auctor horum *nominum* intendisse videtur. Nempe in *Kamets*, *Tzeri*, *Chirek*, *Cholem*, *Schurek*, præter *oris conformationem*, ipse quoque *sonus* inculcatur. Idem obtinet in *brevibus* satis expressim: nisi quod in *Kibbuts* קִבּוּץ id videatur neglectum: nam prima syllaba *i*, secunda *uu*, vel *ou*, adfert. Neutra simplici *u* respondet. Mirum tamen esset in *uno* defecisse industriam, quæ *novem* reliquis suffecerat. Vide ergo, an mecum credere velis, ideo *Kibbuutz* dictam hanc vocalem, ut per *i.* in priore syllaba insinuaretur, admodum *exiliter* istud *u Hebræum* resonandum, ad morem *υ* ψιλῦ *Græci*; quod multum de *ι.* trahere, cum eoque commisceri nonnunquam, neminem fugit. Conjectura est, quam nemini obtrusam velim.

ו. Explanandum, quod supra p. 46. sub finem tetigi, de *quinque ancipitibus*, vel *intermediis*, potius, inter *longas*, & *breves*, *Vocales*. Non admitto, quod Cl. *Hill. Chirek magnum* & *Schurek* faciat *ancipites*. Non etiam, quod Cl. *Læsch.* p. 317. *Chirek* & *Cholem* statuat *communes* fuisse; & posterius sine *Vaw*

Nullum fuisse discrimen patet inde: quod eadem non modo cum Cholem scribatur modo sine illo.

ſcriptum, ut קֹדֶשׁ *ſanctitas*, non *longum* eſſe, ſed *breve*. Aliquid tamen diſcriminis inter *Cholem* cum *Vaw*, & ſine *Vaw*, fuiſſe, non negem. Hoc quale fuerit, *Proſodia Hebraica* recludere poſſet. Atqui ea adhuc occluſa; quantumvis nonnulli eam reſeraſſe ſe putent, ſibi ſolis, credo, plauſuri. Sed ad rem. Ajo ergo, omnes *Vocales breves* videri *ancipites* fieri potuiſſe, duplici ratione. *Prima*, per *accentum*, ut in לֶחֶם *Lêchem*, *panis*, לַהַב *Lâbabh*, *flamma*, totaque talium caterva. *Secunda*, per ſuppreſſum *Dagesh forte* ante *Gutturales*: ut in אֶחָד *Ehâd*, pro *Eh-had*, *unus*: פֶּחָם *Phechâm*, pro *Phech-châm*, *Carbo*; cum reliqua talium cohorte. Poſterius hoc Cl. *Lœſchero* etiam in mentem, ex parte ſaltem, venit p. 326. obſervanti, *Vocalem brevem ſequente Dagesh eſſe inſtar longæ, adeoque quando litera indageſſabilis eſt, loco utriuſque poni Vocalem longam.* Non eſt plane idem. Reſpicit Vir Doctiſſ. ad בֵּרַךְ *benedixit* pro בִּרֵּךְ: & בָּרֵךְ *benedicere*, pro בָּרֵּךְ: item פֵּעַל, pro quo & פֹּעַל *factus eſt*. Hoc ſi procederet, dicendum eſſet, *Vocales breves* ſequente *conſona* quæ *ſyllabam* claudat, eo ipſo *productiores* vel *ancipites* factas. Id ex *Proſodia* iterum decidi deberet: quam ante reſtitui velim, quam aliquid hac de re ſtatuatur. *Epiſc. Ciceſtr.* in *Prolegom.* ad *Libr. Pſalm. Metrice diviſum*, non valde ſolidum jecit fundamentum, quum ait, *in Poëſi Hebræa nullam quantitatis ſyllabarum rationem haberi: breviſſimas quippe, etiam per ſolum Scheva, pro longis poſſe venire; & contra longas, ut ִ, brevium vices implere.* Ruinoſius adhuc ædificat, quum *Puncta Vocalia* tantum non expungit, atque pro *moleſtiſſima farragine* abjicit; *corruptiſſimam* pronuncians *hodierni Codicis lectionem* non in *apicibus* tantum illis, ſed & in *literis*, quin & *vocibus* integris *ſententiiſque*; quas ex genio, ingenioque, reſtituendas ſibi ſumſit. Non exiſtimaſſem *Meibomium* æmulatores inventurum.

¶ Stringenda Quæſtio, de *Antiquitate Punctorum vocalium*, quæ inde a renatis Literis, ultra duo jam ſecula, Orbem Eruditum ſcidit, atque ulterius adhuc diſtractura videtur. Nempe admiſcuit ſe huic Liti, ut ferme fit, partium ſtudium, vel apertum,

tum, vel occultum. Inde enata animoſitas, per quam a placida Veritatis diſcuſſione utrimque deſcitum: *ſtatuſque controverſiæ* ita implicitus, & conturbatus, ut quid diſputetur, vix conſtet. In *unam* videlicet *Quæſtionem* jam coaluere, quæ haud dubie *natura*, *dignitate*, *pondere*, *re* ipſa, toto cœlo diſſident. Qui *vocalium genuinam antiquitatem*, & *auctoritatem*, defendendam ſuſcepe- runt, quum *Judæorum* firmiſſimum admoverent cenſenſum, eo ipſo reliqua, quæ *Schola Judaica* non ſine ſuperſtitione, & vanitate, tenet, ſibi tuenda duxere. Talia ſunt. 1. *Nomina* ipſa *Vocalium* eſſe antiqua, vel ab *Adamo*, vel a *Moſe*, vel ab *Eſra* ſaltem, poſita. 2. Non *Vocales* tantum, ut *animas* vocum, ſed etiam *Schevata*, & cetera puncta, fuiſſe neceſſitatis abſolutæ. 3. *Accentus* omnes habere *Originem*, & *vim*, cœleſtem. 4. Literas *majuſculas*, *minuſculas*; *inverſas*, *ſuſpenſas*, &c. non carere vel *myſterio*, vel *Sapientia* ſaltem, Divinum quid ſpirante. 5. *Variantes lectiones* ne minima quidem in parte minuere integritatem Sacri Codicis; ſed vel ſimul ſtare poſſe; vel aliud cauſæ ſubeſſe, quod noſtram nunc cognitionem, & aciem, fugiat. 6. *Punctationes irregulares* ab ipſa Prophetarum manu ita profectas. Quin 7. prodigioſam, & nobis abſurdam, punctorum adſcriptionem, non impedire, quominus cuncta Divinitus conſignata, ad minimum uſque apiculum, ſtatuatur.

De antiquitate punctorum vocalium

Qua in re peccarunt ejus assertores.

Hæc quivis non nimis cupidus, & momenta rerum ponderans, ſtatim animadvertit immenſum quantum diverſa; nec ſane in unam maſſam conflanda, niſi ex Cauſa lucida, obſcuram, ex bona, malam, facere velimus. Factum tamen imprudentia multorum; quibus omnia hæc indivulſo nexu cohærere viſa: atque conquiſita undique *argumenta*, non tantum *Critica*, *Hiſtorica*, *Literata*, ex *Viſceribus Linguæ eruta*, quibus hæc materia unice diſcuti debuiſſet, ſed etiam *Theologica*, quaſi actum eſſet de *Doctrina ſalutis*, niſi *puncta* in omni illo ambitu, ſtatim adjecta fuiſſent a *Moſe*, & *Prophetis*; & concedendum eſſet in caſtra *Pontificiorum*, ex hoc ipſo fonte contendentium, *Script. Sacr.* eſſe *obſcuram*, *ambiguam*, *incertam*, *ceræ inſtar in omnes formas flexilem* &c. &c. Quid hinc profectus Zelus, *Eccleſiaſtice* deinceps ſancire potuerit in quibuſdam oris, per ſe intelligere eſt. Minimum fuit, ut ſuſpecti redderentur, qui aliquid hac in parte dubitationis foverent. Hoc ut principibus in arte Critica, & liberali Literatura, merito diſplicuit; ita neſcio qua vel imprudentia, vel cupiditate, a pleriſque eorum factum, ut cum eo quod ſecure poterant, etiam id rejicerent, & exploderent, quod *ſecundum regu-*

las suæ Artis, & *leges justæ Criseos*, in medio saltem relinquere debuissent. Præ reliquis magni nominis Viris modum egressus fuit Cl. *Capell.* in *Arc. punct.* opere Eruditissimo quidem illo, sed a semet non parum, in multis sui partibus, discrepante; & ubique *Paralogismis* implicito, ex *confusanea* illa *massa quæstionum* oriundis, quas cum altera illa, *de Vocalium auctoritate*, coaluisse, ac quasi concrevisse, insinuavi. Relegi denuo, hisce diebus, & expendi, quæ ab acri Disputatore undique collecta, ad *Antiquitatem punctorum destruendam*; & deprehendi, non aliunde vel *robur*, vel *speciem* majorem, ejus argumentis additam, quam quod *Quæstionem*, prout erat, *conturbatam* reliquerit, atque ita *nuda* ferme atque *infirma* ejusdem *latera* ferierit. Hoc si a Cl. *Buxtorf.* animadversum, atque in clara luce collocatum fuisset, *vincere* potuisset, qui nunc a plerisque *victus* censetur; certe *Victor* pronunciari nequit, ne ab iis quidem, qui causæ, & Nomini ejus, favent. Ab eo tempore *Problematis* loco res a multis haberi cœpta: aliis *rigorem Buxtorfianum* adhuc intendentibus; aliis *Capellianum Systema* ulterius relaxantibus; ut nisi *status Controversiæ* aliter figatur, & a *miscela* ista liberetur, dissensio nunquam sopiri, nedum terminari posse videatur.

ח. Hoc ut evidenter & breviter simul, patescat, summis fastigiis libabo rationes, quibus Cl. *Buxtorf. Antiquitatem punctorum saltem ab Esra derivandam esse*, adstruit. Argumentatur 1. *ex universali consensu Judæorum*, uno *Elia Levita* excepto. 2. Ex *antiquis Exemplaribus punctatis*, quale in primis *Hillelianum* illud, ab *Hillelo* sic dictum, qui 100 annis ante destructionem Templi secundi floruit: vel saltem ab altero *Hillelo Hannasi*, qui *seculo* IV. vixit. 3. Ex *Matribus lectionis* omissis, iis in locis, ubi absolutissime necessariæ fuissent, nisi puncta vocalia adfuissent. 4. Ex *Musica arte* apud Veteres *Hebræos* laudatissima, & notissima. Ad *Accentus* id pertinet. 5. Ex *impossibilitate genuinam Lectionem* Codicis *Hebræi* conservandi, & propagandi usque ad tempora *Tiberiensium*, qui circa annum *Æræ Christ:* 500. demum *punctationem*, *Scholastica institutione traditam* hactenus, Sacro textui adscripsissent *notulis*, & *figuris*, ad id ipsum excogitatis. 6. Ex altissimo, & *universali*, *Historiæ Hebraicæ silentio*, de *inventoribus punctorum Tiberiensibus*. 7. Ex *æmulatione Doctorum in Academiis Babyloniæ*, qui gloriam & laudem tantæ rei solis *Tiberiensibus* non reliquissent. 8. Sine *scitu Babyloniorum*, penes quos culmen doctrinæ, imo *consensu*, novellam *punctationem* introduci non potuis-

Buxtorffii arg[a].

tuisse. 9. Quin totius *Ecclesiæ Judaicæ approbationem* intercedere debuisse. 10. Ni *puncta Authentica* sint, non *Authenticam* censeri posse *Scripturam*, prout ea nostris nunc manibus teritur ad *Lectionem Masorethicam*. Multæ hic instantiæ. Tetigit ipse *Capel.* p. 782. ad fin. *Arc.* 11. Sacram *Scripturam* reddi *dubiam*, *incertam*, *obscuram*: ejusque *lectionem periculosam*, atque omnimodis *torsionibus*, & perversionibus, *obnoxiam*. Infinitas nempe esse voces, quæ unius punctuli discrimine immane quantum discrepent. Densa & hic instantiarum acies; quam ipse *Capell.* lustrat, *pag.* 786. & alibi. 12. Ex *Matt.* 5: 18. dubitanter admodum *κεραία* ista urgetur. Cl. *Læscb.* & *Carpz.* id validissimum censent: nec non, quod 13. sancitur *Deut.* 27: 8. de *Lege Lapidibus insculpenda clare*, & *distincte*, atque *in publico proponenda*. Item 14. ab iisdem Viris Doctiss. instatur, non *peritioribus* tantum & *Doctis*, qui sine punctis legere queant, sed etiam *imperitis* & *rudibus* datum verbum Dei. Nihil 15. in *Psalmis*, *Proverbiis*, *Jobo*, ac *Prophetis* legi, nedum intelligi, satis distincte potuisse, nisi lux *vocalium* & *accentuum* accessisset. 16. *Puncta* esse *animas* quasi *consonantium*, quæ iisdem *motum*, *vitam*, *vigorem*, addant: ac proinde ea cum *Literis* ipsis statim debuisse consignari. 17. *Collocationem punctorum* habere *regulas* constantes, quæ ex natura interiore *Linguæ* profluant: ac proinde genuinam spirare antiquitatem. 18. Denique *Masoram* ipsam, etiam *antiquissimam*, mentionem facere *punctorum* tanquam extantium, & partem sinceram, indubiamque, Sacri Codicis, constituentium.

Ex adverso *Capelliana* acies consistit, his fere rationibus instructa, 1. Multos *Judæos*, ut *Ab. Esram*, ac præsertim *Eliam Levitam*, originem *punctorum* ad *Masorethas Tibarienses* referre. 2. Volumina publica, *Synagogarum* usibus dicata, semper *caruisse punctis*. 3. Doctores *Kabbalistas* ex solis *Literis mysteria*, & *Allegorias* suas, exsculpsisse, in *punctis* subtilius, argutiusque, lusuros; ni afuissent. 4. Nullam in *Thalmude* punctorum mentionem fieri; ergo postea demum circa Annum *Christi* 500. ea introducta. 5. Ne *literas* quidem *hodiernas* esse a manu *Mosis*, & *Prophetarum*, quippe qui Charactere *Samaritano* usi fuerint: multo minus ergo *Vocalium & accentuum figuras*. 6. Marginales illas *Lectiones*, quæ קרי vocantur, oppositas iis quæ in Textu, כתיב *Chetib* dictis, occupari tantum circa *literas*, non autem circa *puncta*; ac proinde ea a *Veteribus Codicibus* semper abfuisse. 7. Idem liquere ex Versione LXX. virali, atque ex *Paraphrasibus Chaldaicis*: itemque ex *Aquilæ*, *Symma-*

Capelli argumenta

machi, & *Theodotionis*, translationibus; quippe qui omnes *Codicibus* usi sint *non punctatis*. Ex *Hieronymo* 8. & Patribus *Græcis*, *Latinisque*, hoc ipsum ulterius confirmari. 9. *Josephi* insuper ac *Philonis* auctoritatem accedere: qui *punctorum*, aut *Codicum punctatorum*, uuspiam meminerint. 10. Ex *prodigiosa Punctatione* plurimarum vocum, novitatem istam ad oculum demonstrari. Est nova instantia ex *Keri* & *Chetib* facta, quatenus *puncta* a *Masorethis* apposita sæpe pugnant cum Literis, atque mirificam quandam *Anomaliam*, & frustrationem, oculis objiciunt. 11. Ex *punctorum novitia*, & *barbara*, appellatione, eorundem *novitatem* deprendi, quum *Vocalium* & *Accentuum* nomina *fæcem* redoleant ultimorum seculorum. 12 Eandem pellucere *ex absurda distinctione vocalium*, in *longas* & *breves*. Consimiliter 13. ex *vocalibus* quæ *Chateph*, *Rapta*, vocitantur. Item 14 ex *Dagesh*, *Raphe*, *Mappic*, & *puncto Diacritico* ש *Schin*. Ex *Accentuum* 15. *apiculis* numerosis idem evinci, qui *Sacrum Codicem* obscurent potius, & commaculent, quam illustrent. Strenue sibi in hac parte *punctorum* vexanda indulget Cl. *Capell.* eam vocans *tricas aculeatas*, & *minutissimas minutias*, *quisquiliasque*, quas *morosissimi*, *scrupulosissimi*, & *fastidiosissimi* κυμινοπρίσται excogitarint. Agmen claudunt 16. *Matres lectionis*, atque ut certissimum indicium *punctorum* olim *absentium* advocantur: adjecta insuper auctoritate reliquarum Linguarum O. O. quæ *sine Vocalibus* & scribi commodissime, & legi, intelligique, expeditissime, queant.

Hæc utrimque magnis animis non tantum, sed & adfectibus, ultro citroque objecta, repulsa, nobile par lento duello collisere. Nempe pro *Victoria* pugnabatur. Controversia simplicius proposita, non ita difficulter componi potuisset, si sola *Veritas* quæsita fuisset. Ampùta Quæstionis *appendices*, de hodiernis *Figuris*, & *Nominibus vocalium*, de *Schevatibus*, de *Accentuum numero*, & *munere*, multiplici: disquire dein, quid verisimilius, adfuerintne, inde ab antiquissimis temporibus, *Vocales*, an non? hoc ipsum quoque adhuc restringe, & disputa, an non ibi saltem *vocalium notulæ* adjectæ a Sacris Scriptoribus, ubi summa necessitas id postulabat. Hoc negare, non valde verecundum: ulterius quid exigere, imprudens, & bonæ causæ noxium. His finibus si Lis hæcce semet coërceat, concordia inter *Criticos*, & *Theologos*, sponte coibit; & *puncta vocalia* communi consensu *justum* illum & *naturalem locum* obtinebunt, quem Indoles *Ling. Hebrææ*; quem usus *Orientis*, inde a *primæva Origine*, iisdem inter *Chaldæos*, *Syros*, *Arabes*, assignavit. Qui aliter de hac re pronunciarunt, in eam non

non nimis accurate inquisivisse videntur.

ט. Confuse non minus, quam cupide, pronunciatum a Doct. *Simon. Hist. Crit.* V. T. L. 1. *Cap.* 27. *Linguæ Orientales alias a principio Vocales, pro punctis hodiernis, habuere. De Lingua Hebraica ex Arabica, Chaldaica, Syra, quæ vocales alias, neutiquam ab ejusmodi punctis pendentes, habent, judicandum. Quia vero hæ vocales, una cum Lingua ipsa primitus natæ, Lectionem non satis firmabant, puncta ut magis firmaretur adinventa sunt.* Magnopere addubito, an Ipse, quid scriberet, satis intellexerit. Rogo 1. quænam sint istæ *aliæ Vocales, una cum Lingua primitus natæ*? an *aliæ* quam *a, e, i, o, u*? 2 Scire velim, cur eæ *lectionem non satis firmarint*? 3. *Vocales* illas *alias Linguæ Arab. Chald.* & *Syr.* quæ *ab ejusmodi punctis non pendeant* proferre debuisset *Alpha Criticorum.* Crediderim eum *Matres lectionis* אהוי intendere; adjectis & *gutturalibus* החע, quas *Vocalibus* annumeratas a quibusdam, vidimus supra p. 22--24. Error *ibid.* revictus. 4. Non capio, quomodo puncta a *Masorethis*, post *Muhammedem* demum, i. e. *Sec.* VII. inventa, *Lectionem* antiquam per *Vocales, cum ipsa Lingua natas, firmam, magis firmare* potuerint. Verba dantur, & per cuniculos Arx veritatis subruitur: nam hoc *Masorethicum firmamentum* tandem nihil aliud evadet, quam *Traditio incerta Synagogæ*, quam *in posterum ratam & firmam* fecerint *Tiberienses*; nempe pro *Judæis* eorum auctoritati obnoxiis; sed quam nobis relinquere integrum, quin necessarium: ubi LXX. *Vulgat.* aliique *Interp.* aliud suggerunt. Dicam planius: ista *firmitas* omnia, ex intentione *Simonii*, reddit *infirma, obscura, corruptionibus innumeris vitiata*: ita ut *Christiani* citra Auctoritatem *Ecclesiæ Romanæ* nihil jam habeant in quo pedem figere possint. Proh artes! in Caput cudentium tamen recasuras. 5. Quum ad *Linguas Arab. Chald.* & *Syr.* provocat, quæ *Vocales habeant neutiquam ab ejusmodi punctis pendentes*, vel dicit quod non didicit, vel si didicit, sibimet contradicit. Ludit forte in *ejusmodi punctis*; quæ vel *eadem* esse possunt, vel *ejusdem artis*. Ut *eadem* habuerint; nil opus: *ejusdem artis* puncta nec a *Chaldaica*, nec a *Syriaca*, nec ab *Arabica Lingua* abfuisse, tam mihi liquidum, quam liquet eos *Consonantes* habuisse, & mentem suam non tantum *clare eloqui*, sed & *distincte enotare*, ac *consignare*, inde a *scriptura* inventa, valuisse. Hoc qui negat, eodem jure *Scriptionem* iis deneget; nisi eos velit tam rudes, ut *literas cæcas* ne *punctulo* quidem *oculatas* reddere sciverint, ubi absolutissima necessitas id flagitaret.

Iterum Simonij verba de Origine vocalium Arab. a quib. mutuatos sit Judaeos.

9. Quam parum in hisce viderit, qui cornicum oculos confixisse visus, *Simonius*, ulterius adhuc patescet ex eodem *Cap.* 27. L. 1. ubi ita pergit. *Videntur Arabes punctorum illorum repertores esse; quos dein Judæi imitati sint.. Observandum igitur Muhammedanos inter se de lectione Alcorani dissidentes, ut illam figerent, præcavendo Schismati figuras quasdam, aut* puncta, *invenisse. Interim non conveniunt Arabes quo tempore inventa sint. Opinio eorum mihi probabilior, qui ajunt sub Omare, tertio Chalipha, fuisse inventa. In hanc rem referunt, quendam Arabem rogasse aliquem, a quo Alcoranum legere edocebatur, an non legendum esset*, Recedit Deus ab infidelibus & Propheta suo*: quum legi soleret*, Recedit Deus ab infidelibus, & Propheta ejus. *Hæc varia lectio non nisi a punctorum defectu oriebatur. Ac nisi ad sensum adtenderes, prior lectio magis genuina, & juxta Grammaticam, videri poterat.* &c. *Ut ut sit, constat Muhammedanos non nisi circa Omaris tempus puncta Alcorano addidisse. Jam ab Arabibus & puncta, & reliquam Grammaticam mutuatos esse, facile probare est. Quia vero primis inventionibus semper addere libet, Judæi Arabum puncta auxere, ut magis adhuc Lectionem definirent. Ejusmodi nunc punctis tota textus Hebraici lectio nititur.* Nimis secure talia traduntur, ab aliisque recipiuntur. Simile quid tactum a Cl. *Golio* in *Præf.* ad *Cap.* 31. *Coran.* ubi monet, *Variantes lectiones Alcorani in varietate vocalium constitisse, quas verisimile sit, ut posteriores & externas scriptionis partes, Antistitum literatorum consensu adjectas tum demum, quum Coranus aliquamdiu divulgatus esset.* Subjecit Doct. *Walton. Prol.* p. 27. *Non memini me quemquam legisse, qui puncta Arabica cum literis coæva statuat.* Iterum vereor ne *Res* cum *nomine*, & *figura*, confundatur. Lubens concedo, *Phata*, *Kesra*, *Dsamma Arabum*, sive *nomen* spectes, sive *figuram*, non esse *literis coæva.* Sed an inde consequitur *Arabes* non habuisse *Vocales*? nemo dixerit. Non habuerint etiam *figuras vocalium*, quibus nunc utuntur: an inde legitime confici poterit eos *nullas* unquam, ante *Alcoranum*, notulas, *vocalibus*, ubi necesse erat, *signandis*, usurpasse? Precaria, quin violenta plane, sequela. Concludo, tam certum *Arabes*, & *Aramæos*, notulas habuisse *sonorum*; quam certum eos *scribendi artem* possedisse: quamvis ultro largiar, non satis liquere, quænam fuerint hæ *notulæ*, & *figuræ*. Supra submonui uno *punctulo* rem expediri potuisse. Tali *signo* usos *Arabes* vetustos, docuit jam Cl. *Hotting. Thes. Phil.* p. 401. ubi provocat ad fragmentum *Alcorani* Charactere *Cufico* exarati, in quo

Uno punctulo usi sunt veteres Arabes pro Vocali

quo ope *punctuli*, nunc supra, nunc infra, vel & intra, literam positi, diversæ vocales notabantur. Hoc ex antiquissima *Arabum* literatura extra dubitationis aleam collocaturum me spero. In *Syrorum* punctis, non *figuratis* illis, quæ e *Græco* fonte hausta seculo VIII. sed *simplicibus*, idem *vestigium* antiquioris scriptionis, & notationis, ad *Vocales* indicandas: ac proinde non est quod dubitetur, etiam *Hebræis* tempore *Mosis*, ac *Prophetarum*, sua fuisse *punctula*, quæ tandem cumque illa, quibus *lectionem*, *intellectionemque*, & *potuerint*, & *voluerint*, ubi necesse erat, ita *figere*, & *finire*, quemadmodum ea nunc per *subsidium vocalium* nobis præstatur. Desino in prudenti, & moderato, judicio Cl. *Hott. ibid.* subnectentis. *Arabes*, *Syros*, *Chaldæos*, *vocalium expressas semper notas habuisse*, *nullus dubito. Idem mihi persuasum de Lingua Hebræa. An vero ab initio statim*, *hæ*, *quas habemus*, *vocales*, *consonis additæ sint*, *&* figura, *&* numero, *in medio nunc relinquo* &c. &c. Adjungo non minus temperatum monitum *Clar.* nostri *Marckii* in *Syll. Diss. Phil. Theol.* ad *Sel. Tex.* N. T. *Exerc.* III. par XIV. *Pro Thesi quinta ponimus*, *magis ex adverso probabile videri*, *quod*, *si non omnis hodierna punctatio a Divina manu ad Literas olim addita fuerit forte*, *ea tamen nec omnis abfuerit prorsus; prout in quibusdam magis aut minus necessaria deprehenditur*, *ad decentem Scripturarum usum*, *&* *intellectum* &c. Dignissima materia, quæ vel *Dissertatione*, vel *justo* potius *volumine*, ad *verum Arcanum punctorum* reserandum, discutiatur.

Hottingeri judicium sapiens de Vocalib. Hebræorum.

א'. Inter indicia *Punctorum* olim adscriptorum, etiam numerari solet *Defectiva*, quam vocant, *forma* trium *Vocalium longarum*, *Chirek magni*, *Cholem*, & *Schuurek*. Instantiam a Cl. *Buxt.* hinc factam, tetigi supra p. 35. & p. 60. Genus hocce חסר *deficiens* vocatur a Magistris; ut מלא *plenum*, quod ו & י habet expressum. Cl. *Capell.* id ita diluit in *Arc. Punct.* L. 1. *Cap.* 19. ut appareat aquam ei hærere: ita retorquet in *Vindic.* L. 2. *Cap.* 6. ut non *veritas* ictum dirigat, sed *Adversarii lapsus*, qui *Literas* אוי *Matres lectionis* esse, concesserat. Ad rem. *Chirek longum*, חסר *defectivum* appellant *Grammatici*, quum fulcrum י omittitur, ut גּוֹיִם pro גּוֹיִים, *gentes*: quod perpetuum in ea voce. שָׁלִשִׁם pro שָׁלִישִׁים *Tribuni Exod.* 14: 7. Talium quinque, sex, *Classes* exhibet Cl. *Alting.* sub hac reg.

I de

de quibus nos sigillatim suis locis. *Cholem* חסר *defectivum* dicunt, cui fulcrum ו detractum: ut פֹּקֵד pro פּוֹקֵד *visitans.* עָרִים גְּדֹלֹת וְטֹבֹת *urbes magnæ & bonæ Deut.* 6: 10. pro גְּדוֹלוֹת וְטוֹבוֹת &c. Novem *Classes* horum reperies apud *Alting.* de quibus nos alibi commodius. Idem *Schurek defectivum* expungit, ו *prorsus necessarium* pronuncians ad *vocalem* hanc: nisi quod *fulcri loco pro Vaw interdum Jod habeat* ut תָּמִישׁ pro תָּמוּשׁ *recedet Prov.* 17: 13. Non pertinet hoc ad materiam, quæ præ manibus; est enim *Varians Lectio*, quam *Masorethæ* per *punctationem extraordinariam* indicarunt. *Defectivum Schurek* ab aliis statuitur in יָקֻם pro יָקוּם *surget:* שֻׁבָה pro שׁוּבָה *revertitor* &c. Alii vocitant *Kibbutz* loco *Schurek* positum. Si *Simonio* id accredimus, olim plurima hæcce sylva חסרים *deficientium scriptionum*, habuit *formam pleniorem*, quæ quum puncta apponi cœpere, a *Librariis* fuerit neglecta, & mutata. Nempe *Scopum* suum ex oculis nunquam dimittit, quem ad finem L. 1. indicat; *demonstrare textus Hebraici instabilitatem, Linguæ incertitudinem, & varium Autographorum statum per multa secula.* Huic homini mandes, si quid recte curatum velis. Nimis sæpe ei succinit Cl. *Cler.* passim corruptum esse textum *Hebræum*, fidenter colligens, ex his, similibusque. *Episc. Cicestr. infinita vitiatæ lectionis exempla*, & *manifestissima* per se *errata*, in Codice *Hebræo* cuivis se offerre, dictitans, huc, credo, recurreret, si ad dicti non valde verecundi rationem reddendam vocaretur. Ut occurratur malo, in pejus ituro, monebo, *Defectivas* istas *scriptiones ad certam Linguæ normam*, & *Legem*, factas. Hoc volo, idque probatum alibi dabo; aliud esse *Chirek* sine *Jod*, aliud cum eo: aliud item *Cholem* sine *Vaw*, aliud cum eo: *Kibbutz* autem pro *Schurek*, ex *Dialecto* peculiari obtinuisse, quum *Vocalis* ista sæpe *anceps* sit; & accentu fulta ad *sonum* *uu* ita accedat, ut vix aure inde discerni queat.

יב. Aliquid subdendum circa *Kametz Chatuph*: in quo adhæsit Cl. *Cler. Art. Crit. Part.* 1. p. 112. ubi ait *Masorethas male fecisse, quod Kametz magnum, a parvo, si aliter efferri debuit, diversitate si-*

figura non constanter distinxerint. Revera multum incommodi, & negotii, id facessivit: unde *Grammatici* secul. XVI. *Kamets Chatuph* scribere soliti ut *Chateph Kametz*, ׳ׂ, quod ad distinctionem a *Kametz* expeditius, novam peperit confusionem ab altera illa parte; ut *Vocalis o* a *Schevate composito* illo discerni non potuerit. Tetigit *Capell.* p. 738. & inde infert, *Masorethas* pro postremo potius illo ׳ׂ debuisse scribere. Cl. *Cler. ibidem* mirificam tradit regulam ad *Kamets* a *Kametz Chatuph* distinguendum, quasi *cum unica consona esset magna vocalis, ut in* פָּקְדוּ; *cum duabus vero parva, ut in* צָרְּם *tsourom.* Atqui & ibi *magna* est haud dubie, & *tzourâm* legendum. Magis adhuc turbat Vir Doct. ita pergens: *Sunt qui velint excipi termin. in* ה, *ut* רמה *Ramah:* sed *seu excipiatur, seu non excipiatur, perinde est. Imo* ad *omnes illas inanes difficultates resecandas præstaret forte figuram* ׳ *aut semper sonum obtinere* ד O, *aut pronunciari semper* A: *quandoquidem nomina propria, sub quibus est* ׳ *modo per O efferantur apud Ver. Interp. modo per A. Hoc cum ignoremus, quomodo in aliis vocibus usurpatum sit, nec faciat ad intelligentiam Linguæ, negligi prorsus id discriminis possit.* Omnia in his confusa: nam tantum inter *Kametz* & *Kametz Chatuph* discrimen, in infinitis vocabulis, ut id negligere & *a longum* sonare, ubi *o breve* requiritur, & vicissim, sit non *pronunciationem* tantum, sed *Linguæ indolem*, conturbare; ut vel ex *vernacula* quisque sua facile persentiscat. Etiam Cl. *Læsch.* p. 317. 318. in *Kametschatuph* fluctuat. Ad *reg.* 49. id examini subjiciemus.

XII. *Servilia puncta*, quæ *Schevatum* nomine censentur, incredibilem quandam confusionem, & frustrationem, multis objecere, quum tamen earum ratio satis expedita sit, & usus valde opportunus.

XIII. *Schevata* sunt *quinque.* Addi solent ad indicium absentis *Vocalis.* Forma & situs sub consonante sic habet.

Scheva simplex	חְ	
Chateph Patach	חֲ	Quæ & *composita Schevata* dicuntur.
Chateph Segol	חֱ	
Chateph Kamets	חֳ	
Patach furtivum	חַ	

Postrema *quatuor*, appellari solent *vicaria Schevatis.* Alii *Patach furtivum* hinc secludunt, & alibi ordinant.

Omnis *Litera mobilis*, quæ non immediate sibi subnexam, atque ita *proprie suam*, habet *vocalem*, accipit sub se *Scheva*, in *initio* & *medio* vocabulorum. Sub *literis* אוי in *medio* non comparens, eo ipso intelliguntur *quiescere*. In *fine* illud *Scheva* omittitur ex æquo. בְּרֵאשִׁית *in principio.* הַיְמִין *dextra uti:* quod & הֵימִין per *Jod quiesc.* הַיְשַׁר *Psalm.* 5:9. *dirige;* quod usitatius הוֹשַׁר *Vaw quiesc.* Si fuerit *gutturalis*, adhibetur *Scheva compositum*, in *initio* semper, in *medio* plerumque: ut אֲשֶׁר *Qui:* אֱנוֹשׁ, *homo:* עֳנִי *adflictio:* יֶאְסֹר *ligabit*: quod & יֶאֱסֹר.

In *fine* tamen exprimitur *Scheva* 1. sub *Chaph finali*, ut דֶּרֶךְ *via;* quod alias *litera* nimis *vasta* & *vacua* videretur. 2. quum aliud *Scheva* antecedit, ut

ut פָּקַדְתְּ *visitasti.* אַתְּ pro אַנְתְּ, *Tu:* נָתַתְּ pro נָתַנְתְּ *dedisti.* 3. Si *Patach furtivum*, quod & ipsum *Scheva quiesc.* nobis, præcesserit, ut שָׁמַעַתְּ *Schama-ht*, *audivisti.* Excipitur *Nun finale*, ob basin deorsum jactam, שְׁמַעַן *Schma-hn*, *audite.* 4. *Patach furtivum*, utpote *Scheva* claudens Syllabam, sub ה *radicali*, ח & ע: ut אֱלוֹהַּ *Deus*, ab אָלַהּ: quod diversum ab אָלָה: & גָּבֹהַּ, a גָּבַהּ, *Altus.* רוּחַ *Spiritus.* רָקִיעַ *expansum.*

א. Hæc supellex minutissima *Grammaticam Hebræam*, judicio magnorum Virorum, magis *onerat*, quam *ornat*, aut juvat. Nempe quod in se spectatum lucem, & utilitatem, fert, ad *lectionem*, & *pronunciationem*, dirigendam, minus dextre explicitum, applicitumque, magnas offudit tenebras, atque pro *spinosa & tricosa subtilitate* cœpit explodi.

ב. De *nominis* ratione teneatur, etiam *Scheva simplex* in *Masora* appellari חָטֵף *Rapiens.* Cl. *Buxt.* dat *Raptum* i. e. *raptim pronunciatum.* Eodem redit quod Cl. *de Raedt* p. 61. *Rapiens* dictum velit, *quia literam rapit*, & *alteri adjungit.* Appellatio communior *Scheva* שְׁוָא, quod & *Schva* scribitur. Variatur in *Etymo.* Nonnullis a שָׁוְא *vanitas*, videtur esse *vanissimus*, & *levissimus sonus:* vel *aliquid in quo nil solidi.* Ita *Buxt.* de *Antiq.* p. 219. & *Læsch.* p. 319. At *Ab. Esra* a שָׁוָה *æquari*, quod *in pronunciatione aliis fere vocalibus adæquetur.* Quid velit mox dabitur. Inepte quidam *Rabbini* a שָׁבָה *abduxit in captivitatem:* vel & a שׁוּב *rediit*, *reduxit.* Cl. *de Raedt* p. 61 62. nimis argute hæc *quatuor* in *unum* conflat, quasi *Scheva* sit *Vinculum quod ducit*, & *reducit*, *ut æquet syllabas*, *cum interim nil nisi vanitas sit.* Nesto-

ſtomachus quidem *Judaicus* id concoquat. *Æquatio Ab. Eſra* ſatis ingenioſa. Ejus mens hæc: *ſimplici Schevati* nullum competere certum *ſonum*, ſed eum debere attemperari ad reliquas *Vocales*. Ita certe *Rabbini* מְעַט legunt *Mahat*, *parum quid:* כְּלֵי *Chelê*, *Vaſa:* תְּהִי *Tibi*, *ſit:* שְׁאוֹל *Schoqol*, *Orcus*. קְחוּ *Kubu*, *Sumite*. Plura ad *Reg.* 39. Cl. *Hill.* cui *Scheva* ſic dictum *ab æqualitate ſoni Parvarum Vocalium*, *quam affectat*, tribuit ei *ſonum correpti Segol*. Similiter Cl. *Capell. ſonum adulterinum & obſcurum cujuſdam E.*

ℑ. Valde fluctuatur, & diffidetur, in *Schevatis vi & natura*. Sunt qui habeant pro ſimplici *ſigno abſentis Vocalis:* ſunt qui *breviſſimam vocalem* faciant, *ſemiparvam* vocat Cl. *Hill.* Denique ſunt qui *veri nominis Vocalem* eſſe tendant. Poſtremum hoc placuit etiam Cl. *Cap.* abſurdiſſimam pronuncianti ſententiam, quæ *nullum proprie ſonum edere Scheva*, *nec ſyllabam per ſe conſtituere poſſe*, tenet. Reſpicit *Buxtorfios*. Vide de *Punct. Antiq.* & *Orig.* p. 219. 220. Longius evectus *Epiſc. Ciceſtr.* non *graviſſimum* tantum *errorem* vocitat, ſed & *Hebraicæ Poëſeos maximam perniciem*, *quæ verborum infinita monſtra pariat*, *ne ferreo quidem ore enuncianda*. Non mollia effata. Viſne probationem? Nil abſurdius, inquit, *quam ut* דָּבָר *Dabar ſit diſſyllabum; idem vero cum Scheva*, דְּבַר *Debar*, *fiat monoſyllabum; quod nemo tamen ut unam ſyllabam toto conniſu ſuo proferre poſſit*. Sane vero, ſi *e* in *Debar* ſit vera vocalis: ſed quid ſi *Dbar*, ut par eſt, ſcribatur, & ſonetur? Non magis ferreo ad id enunciandum ore opus, quam in *Anglico*, *Droll*, *Droſs*, *Dropt*, *Drink*, aliiſque innumeris, in quibus quatuor *conſonæ* cum *vocali* in unam *ſyllabam* coëunt. An ferreum, *trabs*, ubi quatuor, *ſtirps*, ubi *quinque*, contractum ex *ſtirpes*, & *trabes*, Veteris Linguæ? Nimis ergo Barbari qui *Splen*, *Strix*, *Spretus*, *Splendor*, id eſt *tres conſonas* ante *unam Vocalem* ire juſſerunt. Tota *Græcia* quoque, ad hanc legem, ferrei fuerit oris. Qui ſic *Poëſin Hebraicam* ſibi ſtruit, ſuiſmet eam manibus deſtruit. De his alibi latius, ſi opus fuerit. Cl. *Hill. Gramm.* p. 38. etiam, quod mirere, tradidit, *Scheva poſt Vocalem magnam*, *conſtituere ſyllabam*; & פָּקְדוּ *viſitarunt*, eſſe *tryſſyllabum*. Rectius *Læſch.* p. 321.

Nun-

Nunquam Schva ullum solitarium, ac *per se*, *syllabam constituit*, *aut accentum sustinet*. Est ergo *nota absentis soni*, ut rectissime Cl. *Alt.* de quo nemo unquam dubitasset, ni id quod & *nomine*, & *figura*, adfectum fuit, *aliquid*, non autem *nihil*, designare sibi persuasissent. Qui *a* vel *e brevissimum* appellare malunt, non attendunt, se incurrere in jura *Compositorum*.

ד. De *Compositis* porro hisce teneatur, חֲטֻפִים *rapta*, vel *rapientia* potius, *Chateph Patach*, *Chateph Segol*, *Chateph Kamets*, præcise figere *fictitium* illum *sonum* qui omni *Literæ Consonanti*, si Vocalem non habeat, in *Syllaba* inchoanda, adhæret: ut jam non pro arbitrio efferatur, quod juris *Simplici* relictum, sed in *a*, *e*, *o*, definite exeat; raptim tamen; ut appareat non *veram* sonari *Vocalem*. Adjumentum accuratissimæ pronunciationis, ex visceribus ipsis *Linguæ* natum, tum sub reliquis *Literis* omnibus, de quibus ad *Reg.* 54. tum sub *Gutturalibus* אהחע potissimum. Interior rei ratio, a *Grammaticis* minus percepta, certe non reddita, ibidem tradetur. Nunc obiter indicandus fervor Cl. *Capel.* L. 1. *Arc. Cap.* XIV. hæc in spongiam ire jubentis, eo quod *falsa* sit *distinctio* inter *Longas* & *Breves Vocales*; quæ si nullæ, multo minus *Brevissimas*, sive *raptas*, dari. Totum illud Caput nec valde erudite, nec liberaliter, decurrit. Fervidius *Episc. Cicestr.* verbo dicit, *Scheva hoc compositum veræ Lectioni perdendæ natum videri.* Atqui *Natura* ipsa illud suggessit, nec *Gutturales* sine eo ex ore exire queunt: ut infra ad *Reg.* 53. ostendetur.

ה. Qui *Schevatum* inutilem, ut volunt, mercem ad forum scrutarium ablegant, rogitare solent, quid, si tales *soni rapti* extiterint, *Chateph Chirek*, & *Chateph Kibbuts*, commeruerint, quo minus *Sacro textui* appingerentur? Nesciunt, se quæstiuncula hac semet illaqueare & constringere. Nempe *Chateph Chirek*, & *Chateph Kibbutz*, repugnant *Naturæ*, h. e. nullum *i* vel *u* tam exiliter sonari potest, quin statim fiat *vera Vocalis*, quum tamen *Schevata Rapta* non sint *Vocales*, sed *soni* ad aliquam affinitatem τῶν *a*, *e*, *o*, accedentes, per *explosionem sonoram aëris* cum *Gutturali*, aliave *Litera*, quæ *Syllabam* inchoet, & *cum altera* ad *Vocalem consonandam* concurrat. E. G. חֲלִי *Hhali*, *monile*. עֱדִי *Hhedi*, *ornamentum*. חֳלִי *Hholi*, *excoriatio*. Qui

hæc

hæc *bisyllaba* censet, in *Analogia* Linguæ parum videt. Qui *Composita Schevata*, in hisce, aliisque, pro meris habet figmentis, minus adhuc cernit. Suis locis uberius, & distinctius, hæc declarabuntur.

ו In *Patach furtivo* multa turbela, & confusio, *Grammaticorum:* aliis enim est *Scheva quiescens*, aliis *Scheva compositum*, aliis *vera Vocalis*. Prius tenet Cl. *Alting*. tum hic. tum *Reg.* 52. Mediam sententiam sequitur Cl. *de Raedt* p. 73. & 75. ubi ait esse *merum Scheva compositum*, *idem præstans quod Chateph Patach*, *& eadem de causa literæ suppositum*. Addit *pag.* 76. ideo *furtivum Patach* dictum, quod ex *figura* ּ: *furtim sit surreptum*, & *furtim se*, *ac si vera Vocalis esset*, *ingerat*. Hæc Vir Doct. suo more subtilius, quam solidius: quomodo enim *Scheva compositum* esset, vel *pars* ejus, quod toto usu inde deflectit, quum *mobilia* semper *Syllabam* inchoent, *furtivum* vero hocce eam claudat? Doct. *Ravius* p. 41. post *consonam* locans, & *Eloha* sonans אֱלוֹהַּ, etiam parum hic intellexit. Cl. *Hill.* magis adhuc ab indole ejus aberrat, quum *pag.* 41. ait, *Patach furtivum a Vocali Patach non distinguo; licet enim sub Gutteral.* החע *pro Scheva scribatur*, *vim tamen semiparvæ eam ob causam non possidet* &c. *nam* רוּחַ *& similia dissyllaba censentur*. Imo vero *monosyllaba* censenda sunt, absque ulla dubitatione. Longius adhuc abit, quum subjungit מָשִׁיחַ & יָרֵחַ plenius fuisse מָשִׁיַחַ & יָרֵיַחַ: ut רוּחַ antea fuerit רוּוַחַ: & כּוֹחַ, כּוֹוַחַ: item אֱלוֹהַּ *Deus* אֱלוֹוַהּ &c. &c. Hæc a genio *Linguæ* desciscunt; & pro luce caliginem ferunt. *Patach* גנובה *furtivum* non esse *vocalem*, conficitur his rationibus. 1. Quod *ante consonam* suam eat, & *furtim* quasi *efferatur*. 2. Quod ibi collocetur, ubi ex norma Linguæ verum *Patach* poni nequit, ut in מָשִׁיחַ, formæ פָּקִיד. Hoc פָּקִיַד olim fuisse, ne *Hill.* quidem dixerit: ergo nec מָשִׁיַח. Idem clarissime elucet ex לָקַחַתְּ *Lakahht*, *accepisti*, pro לָקַחְתְּ ubi sub 3. *rad.* nunquam *Patach* existere posse, quivis sentit. 3. Nimis liquet esse *subsidium* diffici-

cilioris *pronunciationis*, in tribus *gutturalibus syllabam claudentibus*, sive *Schevate muto* notatis. אֱלוֹהּ *Elôh*, *Deus* aliquantulum guttur radit: pronunciatur ergo *Eloah* אֱלוֹהַּ. Est *monosyllabum*. Similiter רוּח *Rouhh* incommodius adhuc exit. Inseritur ergo *furtivus* hicce *sonus*, & sonatur *Rouahh* רוּחַ *Spiritus*. Manet, ut erat, *monosyllabum*. Non erat ergo cur *Episc. Cicestr.* p. 46. scriberet, *quæ punctationis magistri docent de Patach furtivo, vel falsa sunt, vel saltem inutilia.* Rectius p. 17. contra *Hill.* arguit, loco *Schevatis quiesc.* adhiberi, & ex רוּחַ in *Plur.* existere *Rouhhôt*, non *Rouahôt*. Infra recurrent, quæ necessarium fuisse adjutorium *Dialecti Hebrææ* evincant.

7. Quum Cl. *Capel.* minutias hasce, ut supervacuas, abjecisset, in nulla alia *Lingua* reperiundas scilicet; vide quomodo Cl. *Buxtorf.* pro iis pugnet p. 219. *Quod huic rei in Ling. Hebr. peculiaris assignata est figura, id ego potius perfectioni Ling. Hebr. & Auctoris Punctorum accurationi & solertiæ, quam morositati, & superstitioni, adscribendum censeo.* Non debuisset ad *Linguæ Hebrææ perfectionem* confugere; nam, ut supra etiam monui, non *Linguæ* ea *perfectio*, sed *Scriptionis*. Circa *Auctorem Punctorum* rogarem, quemnam velit figuras has instituisse? *Mosemne*, an *Esram*? Neutrum satis firmum. Nihil decedit *integritati Sacri Codicis*, etiamsi *Schevata*, i. e. *Nihil*, inde antiquis temporibus abfuisse dicamus. Qui aliter judicant, vereor ne veritati obsint potius, quam prosint. Quum *Lingua Hebræa* viveret, & vigeret, nil opus fuit hisce bacillis ad nutantem lectionem fulciendam; & *pronunciationem genuinam* regendam. Omnino autumarem, quum *Lingua* jam *intermortua* esset, *Schevata* hæc adhiberi cœpta; ut *antiqui oris honos* non emoreretur, in Sacris prælegendis. Ea ergo *Masoretharum* jam cura, non morosa, non supervacua, sed, si velis, curiosa; addere ausim religiosa, saltem si intra justos fines id verbi contineatur. Pars religionis erat, sed externæ, decenter Sacra tractasse, & in *Synagogis* ad indolem *Dialecti Hebrææ Mosen* & *Prophetas* prælegisse. Si hoc non curassent *Masorethæ*, *Spartam* suam parum ornassent. Quod Viri Docti dicant, nulla in Lingua istas tricas locum invenire, parum stringit. Nam 1. a *Linguis Europæis* ad *Orientales* consequentia non bene nectitur. 2. *Europææ* etiam *Linguæ*

delicatulas pronuntiationes habent, & studiose adfectant, quæ nullis *vocalibus* signari queant; sed pro quibus adhibenda essent *signa* quædam, ad sonum cujusque syllabæ rite proferendum, si tantus iis *intermortuis* honos contingeret, ut ad *pronunciationem* earum *vivam* adspiraretur. Pone casum in *Lingua Latina*. Omnes nationes suo quæque more eam resonant, nec *Belga Anglum* facile intellexerit. Si in *Orbe Erudito* unam nunc vellemus formam, & normam, quot non *Schevata* forent excogitanda? Quid si *more* & *ore Romano sonare* omnes vellemus, saltem quoad ejus fieri in tanta oblivione posset? An non pleræque syllabæ notulis quibusdam insigniendæ essent, ad *Vocales* a *Vocalibus* secundum multiplicem diversitatem soni discernendas? An non & *Schevata* ipsa, i. e. *soni ficticii*, quibus omnis Lingua in vivo, & quotidiano, usu, indiget, *Schevata*, inquam, tum *simplex*, tum *compositum*, esset inducendum? Si ad hæc attendere velint æqui, & periti, judices, aliquid honoris, & favoris, supellectili huic minutiori deferre non negabunt: prout in aliis Linguis Eruditis multa talia non tolerant solum, sed etiam studiosissime excolunt sua industria, & perpoliunt.

XIV. Ad *Linguæ* intermortuæ *vivam formam*, quantum pote, conservandam, conducunt quoque *Consonantium* quarundam *adfectiones*; videl. *Punctum Diacriticum* ש & ש. *Dagesh*, *Mappik*, & *Raphe*.

XV. *Punctum* in *dextro* dente *Literæ* שׁ, efficere *Schin*, vel *Sjin*; in *Sinistro* שׂ, *Sin*, sive *S* durum, ad *Tab. Alphab.* vidimus.

Utrumque cum *Puncto Cholem*, ad compendium, coalescere solet: ut משׁל *dominans*, pro מֹשֵׁל: & שׂרג *implicitus fuit*, pro שָׂרַג. Agnoscitur *Cholem* in *Puncto Diacritico* latens, ad *Schin* quidem, quum præcedens litera *Scheva* non habet expressum: ad

Sin,

Sin, quum nec *Scheva*, nec *Vocalis* alia ei adſcripta: ut in exemplis poſitis videre eſt.

Cum *compendio*, *gratia* ſcriptionis quæſita in שֹׁקֵל *librans*, pro שׂקֵל: & עֹשֶׂה *faciens*, pro עֹשֶׂה. In poſtremo, *Cholem* *καλλιγραφίας* cauſa ſupra dentem *dextrum* & *Sin* locatum: in priori ſupra *ſiniſtrum*, quum ad latera hæc, & hæc, ſtare debuiſſet.

א. Non erat cur Cl. *Capel.* & hoc *punctum* abolitum iret *Arc.* L. 1. *Cap.* 15. quum שָׁמַיִם *Cæli* & שָׂמִים *ponentes*, multum differant. Hæc nulla olim notula in שמים fuiſſe diſcreta, haud veriſimile. Magnus talium in Sacris numerus. Quum Lingua floreret, idem innumerus. *Arabicæ Linguæ* cognitio Virum Doct. hac in parte meliora monere debuiſſet; ubi diſcrimen inter *Sin* & *Sjin* tribus punctis conſignatur. A vero non abhorret, alias quoque *literas*, ut ח, & ע, pro varia *pronunciatione*, *punctulo* notatas olim fuiſſe. Idem certe in הּ cernere licet, quod ad *finem* ope *puncti* agnoſcitur *mobile* & *radicale*. Id nunc omittitur in *Codicibus non punctatis*: in *punctatis medium* occupat, ut אֱלוֹהַּ *Deus*. Olim punctulum ſuperſcriptum, veriſimile. Vel eo ſolo nomen Dei ſatis potuit diſcerni.

Puncta diacritica adhaerent literis ח et ע [illegible] literis ש א ה

ב Argumenta, quibus diſcrimen hoc eliminat *Vir Doct.* ex LXX. & *Hieron.* petita, repetiit Cl. *Cler.* *Quæſt.* *Hieron.* p. 94--96. Ea longiorem requirunt diſcuſſionem. Nunc dixiſſe ſuffecerit, non quæri quid *Judæus*, Magiſter *Hieron.* hic ſciverit, neſciveritve; quippe cujus imperitiam ipſæ illæ *Quæſtiones Hieronym.* etiam circa talia nudant: ſed quid claris indiciis elici queat ex *reliquiis Ling. Hebr.* ejuſdemque Dialectis. Jam vero certiſſimum, ingens ſæpe divergium ſignificationis exiſtere inter ש hoc vel illo modo elatum. שָׁבַר eſt *fregit*; שָׂבַר *ſperavit*, שָׁכֹל eſt *orbatus*

fuit; שָׂכַל *prudens & felix fuit*: סָכַל autem, *stultus fuit*. שָׁכַר est *inebriari*; שָׂכַר *mercede conducere*. Hæc nullo olim signo distincta, haud adducor. Fateor multa per *Sjin*, & *Sin*, enunciata, unius *Originis* videri: ut פֵּרֵשׁ *exposuit*, *explicavit*; & פֵּרַשׂ *expandit*. Sed vel sic *punctum*, etiam vivente Lingua, legitime potuit adhiberi, secundum id, quod in ד, ח, ט, ע, ץ, crebro usui venire, *Clav. Dial.* docebit. Universa hæc Classis majorem adhuc lucem expectat.

XVI. *Mediæ literæ* inscriptum *Punctum*, vocatur *Dagesh*, quod, a gemino officio, *lene*, & *forte*, dictum.

XVII. *Dagesh lene* inscribitur sæpe *sex adspiratis* בגד כפת, earum *adspirationem* omittendam monens. Sic בָּבֶל *Babbel*, pro בָבֶל *Bbabbel*. יִכְבַּד *Jichbadh*, *gravis erit*, pro יִכְבַד *Jichbbadh* &c. &c. *Euphoniæ* causa id factum, ne *adspiratio* vel *moram* pareret, vel difficili, & ingrata, pronunciatione aures raderet.

XVIII. *Dagesh forte* jus habet in omnes literas, ne *gutturalibus* quidem, aut *Resch*, exceptis: est enim signum *Literæ*, ex *Analogia Linguæ*, duplicandæ: ut פִּקֵּד, pro פִּקְקֵד *visitavit*: לִבִּי pro לִבְבִי *cor meum*: ubi notandum, prius quoque *Beth* adspirationem exuere cum secundo, ut omne *Dagesh forte* in τοῖς בגד כפת simul *lenis* officio fungatur, hoc est,

est, non *Libb-bî*, sed *Libbi*, sonandum. Idem de reliquis intellectum esto.

א. Vocabulum דָּגֵשׁ *Dagesch* paulo abstrusius, quoad *Originem*. Est *form. part. præs. secundi*, in *Kal*. Nescio, unde Doct. *Bertram.* hauserit *consertum robur*, quod per *Dagesch* significari sit. *Bibliand.* reddit *aggravationem*. Cl. *Buxt.* in *Lex. Thalm.* monet quosdam ex *Aramæo* דגש *pupugit* derivasse. Addit, *bonum Etymon: ast notionem eam incertam*. Certa immo, ut *Castel.* & *Hotting.* in *Lex. Harm.* notarunt, quibus *Dagesh* valet *punctum*, vel *pungens*. *De Raadt*. p. 52. adfert e *Syro* fonte *pupugit*, e *Chaldæo*, *gravavit*; ut sit *punctum gravans literam*, & *condensans*. Nempe *Dagesh lene*, ut *spurium*, spernit: de *Dagesh forti* unice solicitus. Si *punctio* illa *gravans* satis comperta foret, nil liquidius dari posset. Eam usus *Arabum* sub دغش confirmat aliquatenus. Ordo hicce; דָּגַשׁ *pupugit*; *pungendo penetravit*; *stipavit*; *densavit*.

ב. *Dagesh lene* a Cl. *Cap.* aliisque in totum, ut inutile, expungitur. Negat nempe בגד fuisse *adspiratas*: ut supra p. 24. 25. tactum: in כפת autem *adspirationem* unquam sublatam negat. Cl. *Hillerum* in *Literis* בגד etiam *adspirationem* non agnoscere, *Ibid.* vidimus. Ei ergo *Dagesh Lene* ex ב *Raphato*, quod ipsi B, facit P: ex ג *Raphato*, quod G, facit C: & ד *Raph.* quod *D*, facit *medium inter D* & *T*: ex כ *Raph.* quod χ, facit κ: ex פ *Raph.* quod *bw*, facit *pw*: ex ת *Raph.* quod eidem *Dj* facit, *Tj*. Satis pro arbitrio. *Raphatæ* cur dicantur a *Grammat.* בגד כפת, videndum. Opponuntur דְּגֵשׁוּת *Dagessatio*, & רִפְיוֹן *Raphatio* i. e. *remissio*. Appellatio ducta a רָפֶה *remissus*, quod *part. præs.* verbi רפה *flaccidus fuit*. Ea unice quadrat in *Literas adspiratas*, cum *fluxu* quasi, & *flatu*, enunciari solitas. Non video quo nomine בגד *Raphatæ* dici queant more *Hilleriano*. Istud *Raphe* in MSS. & antiquis *Editionibus* quibusdam comparet: estque *lineola transversa* τῶν בֿגֿדֿ כֿפֿתֿ superscripta. Vid. *Pagn. Inst.* & *Buxt. Thes.* Hoc non inutile erat tunc, quum sola literæ *duplicatio* per *punctum Dagesh* indicabatur. At postquam idem

 pun-

Orig. nominis Dagesh.

punctum pro *Dagesh leni* quoque usurpari cœpit, merito signum *Raphe* omissum. Pro רָפֶה *remissum*, etiam dixere רַךְ *molle*; ut pro דָּגוּשׁ *Dagessato*, קָשֶׁה *durum*. Hinc in *Gramm. Syr.* רוּכָּךְ *Ruchoch*, *mollities*, pro *adspiratione* harum sex: ut קוּשְׁיַי *Kusjoi durities*, pro earundem *intensione* illa, qua *adspiratio* cessat. In *Dialecto Syriaca* id citra grave incommodum negligi non posset: & sæpe *Litera adspirata*, vel *non adspirata*, *Radicem* determinat, i. e. *totum sensum*. Idem in *Hebræo sermone* evenire debuit, quum vivo usu tereretur. Genus hoc pro *inepto*, & *falso*, fidenter magis, quam perite, exagitatur. *Præsul Cicestr.* p. 49. *absurdum* ait, ut idem nomen, a præcedenti syllaba pendens, nunc *Phaddan*, nunc *Paddan* pronuncietur. Cur quæso? An non & *Græci adspiratam* sæpe leniunt ob *syllabam præcedentem* vel *sequentem*? Certe פִּיךְ abit in τειχὸς? Item pro ἐφορᾷν *Jonice* ἐπορᾷν pronunciatum. In aliis quoque π & φ alternantur, ob solam *Euphoniam*. Eam *Hebræos* non curasse, cui tandem credibile?

ג. Supra p. 29. sub finem submonui, Veteres *Raphatis* quoque literis annumerasse ר. Id satis verisimile efficit usus *Græcus*, quo elementum hoc *Syllabam* ordiens, *adspiratur*: claudens *leni spiritu notatur*. Sed vide jam libertatem. Ῥόδος est *Rhodus*: at *Roma* est Ῥώμη. Ex postremo si colligas non fuisse adspiratum unquam ῥῶ, idem commiseris quod Viri Docti, qui ex scriptione *Latina* & *Græca* Canonem pronuntiationis *Hebrææ* fabricarunt. Non abhorret, apud *Hebræos* quoque obtinuisse, ut *Resch* Syllabam inchoans *Raphatum* fuerit. In fine *adspiratio* sponte suppressa.

Capelli de Dagesch forti assertio.

ד. *Dagesh forte*, quod *Arabibus* تشديد *corroboratio*, sive *fortior* ejusdem *literæ Pronunciatio*, per quam *conduplicatur* scil. *in ore*, tam *naturale*, & *liquidum*, habet *jus*, ut Cl. *Capel.* illud proscribere ausus non sit. Argumentum tamen, quod hinc pro *necessitate Punctorum* nascitur, ita eludere conatur. *Ut negare nolim*, inquit, *hoc Punctum valde utile*, & *necessarium*, *hodie illis*, *qui cum Hebraice nihil sciant*, *legere & intelligere cupiunt*; *ac proinde opportune additum hoc Punctum a Masorethis in eorum gratiam quibus lingua ista barbara*, & *peregrina*: *sic etiam prudens & cordatus quisque*, *Lingua hujus peritus*, *non negabit*, *hoc Punctum non esse admodum necessarium illis*, *quibus hæc Lingua vernacula*. *Hi enim ex loquendi consuetudine satis sciunt*, *quibus*

bus in vocibus hæc vel illa litera geminetur, etsi nullo Puncto hac de re admoneantur. &c. Provocat deinde ad *hodiernos tum Judæos, tum Christianos, vel mediocriter peritos, qui non difficulter* divinare *possint, ubinam literæ geminandæ sint.* Adjicit, *Arabes etiam in quotidiana scribendi ratione, tum Vocales, tum Tesbdid, geminandæ literæ indicem, omittere, & negligere.* Non debuissent talia docto calamo excidere: multo minus secure recipi
a principibus in arte *Critica* Viris. Etenim 1: *Dagesh forti* subla-
to, *tertia pars* Linguæ ita obscuratur, ut in ea nihil discerni 1
queat. *Conjugationes Dagessatæ* omnes; omnia *derivata* inde du-
cta: *Conjug. Niphal* tria tempora postrema: *Verborum defectivo-
rum* numerosissimum agmen; cum *formis* inde descendentibus:
alia, quæ longum percensere, ita a *Dagesh forti* pendent, ut id
tam *necessario* adscribi debuerit, quam *Character Conjug.* & *for-
mæ* necessarius. Sed, inquit, 2. *Divinare* id non difficulter pos- 2
sunt *Judæi*, & *Christiani*, paulo peritiores. Nempe, quum ex
Punctatis Bibliis id memoriæ ante impresserunt; alias vel peri-
tissimus ubique hæsurus, atque in capitales errores abiturus.
Non decora valde 3. ista *Divinatio*, quam *Lectioni Sacræ* sine 3
Punctis expediendæ, advocat sæpissime. Nolo Virum Doctum
agitare. Quid hic dici posset, quilibet cernit. Sensus Verbi
Divini a *Divinatione* non suspendendus. At *Arabes* 4. negli- 4
gunt *Tesdid.* Ne hoc quidem meditatissime scriptum: nam nullo signo frequentius utuntur, etiam tum, quum reliqua *Puncta* omittunt. Est *Cynosura*, sine qua navigari nequit hoc mare. Audeo dicere, nimis levi brachio hanc Adversarii instantiam a Cl. *Buxtorf.* p. 222. repulsam. Scilicet rem evidentiorem existimabat, quam ut ei insisteret; *Capello* ipso maximam *utilitatem* ejus largiente. Atqui ob imperitiores, qui firmum autumant, quod confidenter adfirmatur, colores illi diluendi erant, & demonstrandum exemplis, *Dagesh forte*, etiam vivente Lingua, non *commoditatis* tantum fuisse, sed *absolutissimæ necessitatis*, sine quo sensus in plurimis constare non potuerit. Quæ adversus illud movit *Episc. Cicestr.* p. 49. *Prosodiam* spectant: taxat enim *Grammaticos* quod *Dagesh forte* ex literis *Schevâtis* sæpe tolli dicant, manente eodem syllabarum numero. Ipse *Sublato Dagesh vocem quoque Syllaba minorem fieri* tendit. Hæc non hujus loci.

ח. Non nimis stricte intelligendum, quod vulgo traditur, *Dagesh forte* non imprimi in *Gutturales*: ut nec in *Caninam literam*

ram ר. Nempe *Euphoniæ* servientes *Hebræi*, noluerunt *Resch duplicari*, etiamsi *Analogia duplicationem* posceret. Factum tamen sat crebro; ut *Prov.* 3: 8. & 14: 10. & 1 *Sam.* 1: 6 &c. &c. Sunt etiam loca, ubi Lectiones variant. Idem de א dictum esto, quod *Jobi* 33: 21. *Dagesh forti* notatum. Adducuntur adhuc tria alia. Hæc ita expediunt nonnulli, ut rem reddant intricatiorem. Vid. *Hill. Gramm.* p. 67. Si *simplicitas Naturæ* spectetur, nulla est *Litera indagessabilis*: nam *Arabes* omnes ex æquo duplicant, & tam *valido* suut *gutture*, ut non tantum החע geminare queant, sed & ipsum א. *Hebræis* mollior usus placuit. Id *Naturæ* juribus nil derogat. Distinctio hæc nodum omnem resolvet.

XIX. *Mappik* punctulum est, quod ה ad finem locato inseritur, quoties propria vocali carens, pro *radicali* tamen, vel *mobili qualitate*, in *quietem* ire nequit; ut hoc signo ab *He quiescente* discernatur. Sic גָּבַהּ *altus fuit*, diversum a גָּבָה *collegit aquam* &c. Inde גֹּבַהּ *altitudo*, quæ & גַּבְהוּת. Sic נֹגַהּ *splendor* a נָגַהּ, non a נָגָה. Talia כָּמַהּ *fuscus*, *luridus fuit*. תָּמַהּ *stupuit*. אֱלוֹהַּ *Deus*.

Eadem *mobilitas* adfixo ה competit, ex הָ oriundo: ut בֵּיתָהּ *Domus ejus*. *f.* מַלְכָּהּ *Rex ejus*; a מַלְכָּה *Regina* hac notula distinguendus.

א. Nomen מַפִּיק *Mappik* est *part.* in *Hiph.* a *Rad.* נפק apud *Chaldæos*, *Syros*, & *Arabes*, protrita, significatione *exeundi*, *prodeundi*. Eam & *Hebræis* domesticam fuisse, dubitari nequit. Sonat ergo *Eductorem*, qui *He*, alias ad *finem quiescens*, in *motum* edu-

ducat; vel potius *motum* ei suum conservet; ne in *quietem* transiisse credatur.

ב. Minus accurata præceptio Cl. *Hill.* p. 70. *Mappik ex He quieto facere mobile.* Res levicula errores gravissimos traxit, & *Grammaticam* in nobili ejus parte confudit. Moneo ergo ה *quiescens* nunquam fieri *mobile*: est enim *litera servilis*, vel *formativa fæmin. gen.* aut *Paragoges*; vel *vicaria* pro ו & י in verbis *quiesc.* 3. *He* quæ vocantur, quæ in *Origine* erant *Vaw* vel *Jod.* Istud ה nunquam hoc puncto notari potest; nec fas ut מַלְכָּה *Regina* fiat מַלְכָּהּ *Rex ejus.* Similiter גָּלָה *revelavit* nunquam גָּלָהּ: nec שָׁלָה *tranquillus fuit*, unquam mutatum in שָׁלָהּ. Redi ad *pag.* 32. supra. Plura ad *Reg.* 132.

ג. Summe necessarium fuisse hoc subsidium, clarius adhuc patescet, si oculus conjiciatur in veterem *Linguæ* copiam, quæ *sexcenta* dare potuit verba in *He mobile* & *radicale* exeuntia, *forma* & *significatione* distincta a *quiesc.* 3. *He* pro *Vaw* & *Jod.* Addenda longa series *verborum*, quæ mediam *Radicalem* habent *He*, cum *tert.* illa *vicaria* § *Vaw* & *Jod*: ea enim in *futuro Kal*, & *Hiphil*, per *Apocopen* formato, idem hocce *Mappik* requirunt. E. G. כָּהָה *hebes fuit*, *caligavit* oculus: in *fut.* facit תִּכְהֶה: inde per *Apocop.* existit non תִּכֶּה, sed תֵּכַהּ vel תֵּכַהּ *Job.* 17: 8. Si sine Punctis scribas תכה, nescis quodnam sit *thema*, num נָכָה unde יַכֶּה *percutiet*: an כָּהָה; an aliud adhuc. Hæc plane in incerto relicta, nulla *Critice* sibimet persuaserit, nedum aliis.

ד. Perpende jam an Cl. *Capell.* satis provide disseruerit L. 1: c. 15. *Ut nolim negare utile hoc punctum bodie illis, qui Linguæ Hebr. rudes; ita etiam planum est, id supervacuum esse illis, quibus Ling. vernacula, & familiaris. Nam quis eorum ex consuetudine quotidiana nesciat in illis* verbis *sex* ה *proferri? Aut quis statim dignoscere nequeat ex orationis serie* ה *mobile adf. ab* ה *quiesc.* &c. &c.? Ad reliquias *Biblicas* judicat Vir Doctus; quamvis & in iis plus quam *sex.* Atqui *sexcenta*, & amplius, talia extitere: nec quisquam eo usque subactus, ut hæc statim discernere valuerit. In *Dialecto Arabica* frequens *Hamza*, i. e. *Punctatio*, qua *Aleph motum* exerere indicatur. Latius quidem fun-

funditur usus illius *Hamza*, sed *Origo* eadem: nec dubium, quin vetus Scriptio *Punctulum* ubique addiderit, ubi *Aleph Radicale*, vel *mobile*, a *quiescente* erat distinguendum.

ח. *Grammatici* nonnulli *Mappik* etiam *Mediano Jod* insertum tradunt in חִיָּה *vivificavit Ps.* 22: 30. & יִיַּחֵל *expectavit Gen.* 8: 12. Nil imperitius. Sunt formæ *Dagessatæ* secundum *Analogiam*, in *præt. Pih.* & *fut. Niph.* Monuit jam Cl. *Danz.* p. 118. Adde *Doct. Rav.* p. 41. & *de Raadt* p. 58. 59.

ו. A *Masorethis* enotata 18 loca, ubi pro *He Mappikato* nunc datur *Quiescens*. Iis superscriptum *Raphe*, i. e. *Virgula transversa*: ut *Exod.* 9: 18 הִוָּסְדָה pro הִוָּסְדָהּ *fundari ejus*: *Num.* 32: 42. לָה *ipsi* pro לָהּ: & 15: 28. בְּחֶטְאָה pro בְּחֶטְאָהּ *in peccato ejus*. Quid ansam hisce præbuerit, alibi disquirendum.

XX. *Punctorum* nomine quoque veniunt *Accentuum figuræ* bene multæ. Hi dividuntur in *Tonicos*, sive *Grammaticos*: & *Euphonicos*, sive *Rhetoricos*.

XXI. *Tonicorum accentuum Tabella*, prout ea a Cl. *Alting*. digesta, hæc est.

Accentus inferni sunt XII.

וְאֶרְפָּאֵהוּ: *Silluk:* Rex maximus.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Athnach:* Rex major primarius.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Tiphcha:* { Rex major in prof. / Minister in metr.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Tiphcha initiale:* in metr. }

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Tebhir:* }

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Jethibh:* } in prof. } Reges minores.

Mu-

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Munach* : . . . .
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Mahpach* : . . . .
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Jerah* five *Galgal* : . .
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Merca* : . . . .
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Merca geminum* : } in
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Darga* : . . . . } prof.

[Munach – Darga:] Miniſtri.

Accentus ſuperni ſunt XVIII.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Rebbia* : . . . .
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Garſcho Rebbia*, five *Rebbia gereſchatum*. in metr.
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Sakeph minus* :
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Sakeph majus* : } in prof.
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Segolta* : . . .

[Sakeph minus – Segolta:] in prof.

[Rebbia – Sakeph majus:] Reges majores.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Paſchta* : in prof.
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Schalſcheleth* : in prof. at in metr. miniſter.
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Sarka* : . . . .

[Paſchta – Sarka:] Reges minores.

וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Pazer* :		Reges minimi.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Gerefch* :	in prof.	Reges minimi.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Gerefch geminum:*	in prof.	Reges minimi.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Karne-para:*	in prof.	Reges minimi.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Telifcha majus:*	in prof.	Reges minimi.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Telifcha minus* : in prof. . . .		Miniftri.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Kadma* :		Miniftri.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Sarka anterius:*	in metr.	Miniftri.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Munach fuperius:*	in metr.	Miniftri.
וְאֶרְפָּאֵהוּ	*Mahpach fuperius:*	in metr.	Miniftri.

Accentus Inferni & Superni fimul funt IV.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Mahpacho Merca*, feu *Merca mahpachatum:* in metr. Rex major primarius.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Sarko Merka*, five *Merca Sarkatum:* in metr. Miniftri.

Sarko

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Sarko Mahpach*, ſeu *Mahpach Sarkatum*:	}	in metr. Miniſtri.
וְאֶרְפָּאֵהוּ *Munach Munachatum*, ſive *Munach ſuperinferum*:		

Accentus Lateralis I.

וְאֶרְפָּאֵהוּ *Peſik.* Qui & *Legarme.*

א Magiſtri *Judæorum* duplici potiſſimum nomine *Accentus* adfecerunt, נְגִינָה *modulationis*; & טַעַם *ſaporis*. Prius ſeſe refert tum ad *Tonum* cujuſque vocis, tum ad *modulationem Muſicam* quam in *Sacro Codice* legendo obſervari volunt. Poſterius reſpicit *ſenſum*, quem *Accentus* quaſi *condiant*, & *ſapidum* reddant; *inſipidum* alias futurum, ſcilicet, vitioſa vel *interpunctione*, vel *conſtructione*, concepta. Addunt etiam, ad *Accentuum* dignitatem commendandam, per eos repræſentari *vivum* veluti *os loquentium Prophetarum*, *cum adfectibus variis quibus quæque periodus temperata*; *in qua gaudium*, *mœror*; *ira*, *favor*; *ſpes*, *metus* &c. *quin juſſio*, *petitio*, *deprecatio*, *increpatio*, *aliique motus*, hac ope internoſci potuerint. Potuerint dico, nam *Clavim accentuum* deperditam ajunt, non niſi a *Meſſia* reſtituendam.

ב. Nomina *Accentuum* partim *Hebraica* ſunt, partim *Chaldaica*, ſatis ſcite pro variis muneribus iiſdem addita. Speciminis loco paucula tangam. *Sillux* סִלּוּק *ſuſpenſionem* notat, nempe *finitæ periodi*; unde *Soph Paſuk* ſive *finem verſus* perpetuo efficit. *Atnach*, אַתְנָח, vel *Atnachta* אַתְנַחְתָּא, *Chaldaica forma*, infert *interſpirationem*, ſive *quietem majorem*; quam *Pauſam* dicimus. *Tiphcha* טִפְחָא minus promtum. Plurimi vertunt *Palmum*; alii *laborem*; alii aliud. *Tebbir* תְּבִיר *Chald. fractum* a תְּבַר pro שְׁבַר: a *figura*, ajunt, vel a *fracto modulo*, vel & a *levi diſtinctione*, *frangendo*

Nomina accentuum

do velut facta. Ita *Læsch.* p. 346. *Jethibh* יְתִיב *Chald.* iterum, sive cum *Hill.* & *Læsch.* deducatur a יתב *sedit*, pro ישב, ut *sedentem* sonet: sive cum *Bertr.* a תוב pro שוב *rediit*, ut signet *reducentem.* Longum esset ire per omnia. Cui hæc propius nosse volupe, adeat Viros modo laudatos. Quis *nomina* hæc posuerit, incompertum. *Rem* ipsam vel *Auctoribus Linguæ*, vel *Esræ* saltem, *adscribendam* censet Cl. *Buxt.* de *Ant. Punct.* p. 259.

De punctis Capelli disputatio.

ג. *Antiquitatem Punctorum Vocalium* oppugnans Cl. *Capel.* per *Accentuum multitudinem*, & *varietatem*, quam una cum *Vocalibus* consecrarunt *Rabbini*, grave vulnus dedit Adversario, & *Victoriam* fere abstulit. Disputat nempe *Arc.* L. 1. *Cap.* 16. tantam illam *Sylvam notularum* nec a *Mose* & *Prophetis*, nec ab *Esra*, esse profectam, sive spectetur *usus indicandi tonos cujusque vocis*; sive *distinctio orationis in sua membra*, sive *modulatio* & *Musica Sacra.* Inde subsumit, *recentius* esse *inventum Masoretharum*, qui *Lectionem*, *interpunctionem*, & *modulationem*, in *Synagogis* receptam, hisce subsidiis, fulcrisque, statuminarint. Ad hoc evincendum satis validis utitur instantiis. Præcipuæ sunt. 1. Pro *tono* figendo non plus requiri quam *tres Accentus*, *acutum*, *gravem*, *circumflexum.* 2. Pro *oratione distinguenda* sufficere iterum *tres*, *quatuorve*, quibus *comma*, *semicolon*, *colon*, & *periodus*, signentur. 3. Si *Musicæ* sint *notulæ*, eas *Sacris Canticis* solummodo *convenire*, non *Libris Historicis*, aliisque &c. 4. Tot *notas Musicas* non *adjumento* esse, sed *impedimento.* 5. *Reliquas Linguas ignorare illas Accentuum tricas aculeatas.* 6. Quin *Arabicam*, *quæ supra omnes Orientales exculta*, & *Hebraicæ valde adfinis*, *nullos tamen accentuum apiculos agnoscere.* Ad hæc ita respondit Cl. *Buxt.* p. 259. ut nihil languidius. 1. *Non adeo miram vel absurdam videri debere hanc Accentuum multitudinem*, *cum tam multiplex sit illorum usus*; *quamvis non amplius adeo cognitus*, & *perspectus.* Respicit quæ sub א. paulo ante tacta ex *Rabbinis.* 2. *Non licere ex aliis linguis argumentari ad hanc*, *quæ ubique aliquid peculiare*, *ac suum habeat.* 3. Si *non nisi* 500, *aut* 600, *a Christo annis*, *fuit inventæ istæ notæ*, *mirum sane*, *qua ratione illud non solum tam subito divulgatum sit per totum terrarum orbem*, *sed* & *ab omnibus Judæis tam unanimi consensu receptum.* 4. Si *tam recens esset inventum*, *mirum esse*, *quod circa ipsa initia accentuum dissensus statim inciderit inter Ben Ascher*, & *Ben Naphtali*; *qui cir-*

Buxtorffii responsio.

ca

ca *A. Ch.* 1040. *floruere*; *quodque primo statim seculo inventionis rationes*, *leges*, *usus*, *accentuum fuerint incogniti* &c. &c. &c. Hæc *Capello* materiam triumphi præbuere in *Vindiciis*: Unde *Accentuum* curam, causamque, deposuere plurimi etiam Nostrorum, intra *humanam auctoritatem*, & *traditionem Synagogæ Judaicæ*, eos stare jubentes. Alii contra, præsertim *Augustanæ confessionis* Doctores, pro iis firmiora præsidia circumspicere, atque eos rationum fontes aperire, quibus jam non ab *Esra*, sed ab ipsis *Prophetis*, appositos pervincerent *Accentus*, tanquam *Clavim* & *Linguæ*, & *Mentis*, atque adeo *Vivi*, *suisque adfectibus animati*, *sermonis*, ad quos sine præsentissima hac ope nunquam alias penetrari queat.

ז. Copiose, & erudite, more suo, Cl. *Læsch.* causam hanc, quam Dei censet, & Veritatis, instruit p. 336. & seq. Argumentatur 1. ex *Genio Linguæ Hebr. conciso*, *simulque vivido*, & *adfectibus plenissimo*, *etiam ubi Occidentales Populi nullos omnino quæsiverint*. 2. Ab *experientia*, *quæ abunde doceat*, *sensum S. Scripturæ sine accentuum notis sæpe impervestigabilem*, *plerumque ancipitem esse*. *Id vero indignum Divinis eloquiis* &c. 3. Ab *Emphasibus Biblicis*, *quæ sine dubio Divinæ Originis*: *illas autem accentuum signis optime exprimi*. 4. Ex *locis controversis*, *ubi Accentus semper litem decident*, *quæ sine iis suspensa maneret*. 5. *Restauratores Accentuum omnes mire convenire*, *neque ullas in hac arte dari controversias*. 6. Ut *Palmarium* adfert, *regularem illam sequelam accentuum*, *quæ miro artificio*, & *incredibili sapientia sit ordinata*. Multa in hisce desidero. Nunc strictim modo teneatur, 1. gratis supponi, ad *Adfectus Linguæ vividæ signandos*, totidem *notulas* requiri. Qui *vim Oratoriam* callet, sine his *adfectum* persentiscit: qui ad eam hebet, eum nulli accentus excitabunt. Durius 2. quod *S. Script.* sine accentibus *anceps* & *impervestigabilis* pronuncietur. Aliquid lucis inde hauriri, non nego: tantum iis deferri nec ratio, nec religio, patiuntur. 3. *Emphases* non *Accentuum notulæ*, sed *Oratio* ipsa, & *structura*, indicant. 4. *Loca controversa* per solos *Accentus* nunquam decidentur. *Vis Linguæ*; *scopus*, *nexus*, *series*; ambigua finire debent; non *notulæ controversiosissimæ*, de quibus *sine fine* disputabitur. 5. Restauratores Accentuum conveniunt ut Horologia: & ferme quot capita, tot sensus. Testes mihi *Boblius*, *Ledebuhrius*, *Reinbeccius*, *Wasmuthus*, *Weimarus*, *Onselius* &c. Viri hac in palæstra Herculeis laboribus nobiles. 6. *Mirum* in Accentibus

Loescheri argumenta pro antiquitate accentuum.

Resp.

bus *artificium* agnoſco: Sapienter quoque eoſdem ordinatos, lubens admitto: ſed propterea *Divinam Originem*, & *auctoritatem*, iiſdem aſſignare non audeo: quum *ſapientiſſima* hæc *ordinatio*, & *digeſtio*, proficiſci potuerit ab *hominibus Linguæ Patriæ* peritiſſimis, qui *Lectionem*, *interpunctionem*, *conſtructionem*, & *interpretationem* inde pendentem, prout ea in *Synagogis* publice erat recepta, his *notis conſignare*, & ad *poſteritatem tranſmittere* voluiſſe videntur.

ח. Qui ea, quæ a Viris Doctis *pro Accentibus*, & *contra eos*, producta, expenderit, gravem ἀμετρίαν τ' ἀνθολκῆς in iis deprehendet. *Boblius* auſus *infallibile principium Accentuationis* appellare, & *Exercitum Divinum*, qui omnes errores profligare valeat. Is Cl. *Loeſchero* eſt *alter Prometheus*, *qui primus hujus Doctrinæ lucem velut de Cœlo attulerit*. Fatetur tamen eum *opus crudum ſucceſſoribus tradidiſſe*. Inter eos *Ledebubrius* animoſiores adhuc miſit voces, atque *Accentus* ut *unicum Jubar veritatis*, *nimis diu ſepultum*, *artibuſque maligni Spiritus ſuppreſſum*, & *extinctum*, cœpit evehere. Non moderatiores reliqui. Immoderatior item *Capell.* quum maximam eorum partem deflat ut *quiſquilias*, *tricas*, *apinas argutas hominum otio abutentium*, *quas moroſiſſimi*, *ſcrupuloſiſſimi*, *faſtidioſiſſimi* κομψοπρεπῶς *adinvenerint*. Talia non *judicium* dictat; ſed *adfectus*. Alterius partis effata item cruda nimis; quantumvis *Zelum* Dei videantur ſpirare. Non omnis *Ignis purus*, & *Sacer*. Quum Sacri Codicis *integritas*, *claritas*, *certitudo*, quin *vera* ac *viva intelligentia*, *ab Accentibus pendere* contenditur, eo ſe induunt Viri Doctiſſimi, unde exitus non datur. Rem graviſſimi momenti juſtis aliquando lancibus examinare decrevi. Nunc paucas haſce ſtricturas teneri velim. 1. Judæi ſe in *Accentuum genuina vi* ac *virtute* nihil perſpicere nunc, fatentur, eorumque *Clavim perditam* eſſe deplorant. 2. *Accentuum Reſtauratores Chriſtiani* ſola ergo *ingenii ſagacitate* tantam rem eruere, conſtituere, legibus, reguliſque, vincire, aggreſſi. 3. Diverſæ hinc, ut fit, *Hypotheſes* natæ, quæ aliæ alias deſtruunt. 4. Animi *motus* & *adfectus vivos* per *Accentus* deſignari, *ſupponitur*, non *probatur*, eſtque *ſpecioſius* quam *ſolidius*. Hoc liberrima ſpatia depoſcit. 5. Quem *Adfectum* ſignet quiſque *Accentuum*, multo minus adhuc vel finiri poteſt, vel in totum conſtare. 6. Eædem *notulæ Accentuales* diverſiſſimis *adfectibus* ſæpe apponuntur. 7. Non tutum itaque tantam *vim* tribuere *notis* nulla idonea vel ratione, vel probatione, ſubnixis. 8. Periculoſius adhuc, talia urgere ut a *Sp. S.* haud

haud dubie intenta, & infallibilis decisionis. 9 Nimium detrahitur 9
ipsi Linguæ; & Orationis Scopo, nexui, filo; si ad Accentuum leges
arbitrarias, precarias, incertas, anxie adstringatur. 10. Ea Hy- 10
pothesi admissa Verbum Dei punctis vocalibus instructum, est, & manet,
Mortuum, quippe cui soli Accentus animam, vitam, vivumque
vigorem, infundere valeant. Absonum hoc, & irreverens, quantumvis
majoris venerationis speciem præ se ferat. Plura jam
non addo. Materia serio & severo examine alias ventilabitur.

) Luxuriatum a Doctis ingeniis in Accentuum Regionibus, sive Ditionibus,
quas vocant, officiisque, & titulis. Non contentus Ledebuhrius
iis, quæ Rabbini dederant, nominibus, induxit Accentus Imperatores,
Reges, Duces, Comites, Dynastas, Toparchas, & Ministros,
suo iterum gradu distinctos. Cl. Hill. in Libris אמ״ת Jobi, Prov.
& Psalm. ponit tres Imperatores, Silluk, Merca Machpachatum,
Athnach. Unum Regem. Quinque Duces. Tres Comites. Octo
Servos. In Libris לא אמת reliquis, duo Imperatores, Silluk, &
Athnach. Quatuor Reges: Septem Duces: tres Comites majores;
quatuor minores Comites: septem Servos. Quam cuique assignet
functionem, ex ipso repeti poterit. Brevem & concinnum conspectum
dabit Cl. Læsch. p. 344. & seq. A titulorum phaleris
temperavit Cl. Ouseel. gemina classe Dominorum & Servorum generatim
contentus, quorum illi Distinctivi, hi Conjunctivi. Ad
ordinem tamen Dignitatis signandum, iterum alios Distinctivos,
alios Subdistinctivos, alios Denuo-subdistinctivos appellat, eosque
omnes vel majores, vel minores, gradibus multum diversis, qui
superiori isti subtilitati nihil concedant. Hæc exequi nec libet
jam, nec licet. Universum illud genus non indiligens meretur
examen, ut quantum prudens Interpres hisce tribuere debeat,
aut possit, rite discernatur.

XXII. Pro *figura*, & *situ*, distingui solent *Accentus*, in *simplices*, & *compositos*; *infernos* & *supernos*; nec non *laterales*. Item in *præpositivos*, *postpositivos*, *indifferentes*. Omnium *commune officium toni figendi*: peculiaris *potestas*, & *functio*, quum diversissi-

ma, pro diversis *Hypothesibus*, tradatur, in medio nunc relicta esto.

א. Dialectus *Hebræa* non patitur ut *Accentus tonicus* cadat in *Antepenultimam syllabam*. Omnes ergo voces vel *Acutæ* sunt, vel *penacutæ*: prius genus vocatur *Milra*, ex *Chaldæo* מִלְּרַע *de infra*. Posterius *Milhel*, ex eodem fonte מִלְּעֵל *de supra*. Eadem est norma *Dial. Aramææ*: nec alia *Arabicæ*; quamvis *tonus* ibi sæpe ad *Antepenultimam* videatur transferri: quia revera tantum est *penultima*, secundum *Originem* & *Analogiam* Veteris Linguæ.

ב. Intactam dimittere nequeo *Duplicem Accentuum Consecutionem*, qua insignitus *Decalogus Exod.* 20: 2--14. & *Deut.* 5: 6--18. *Judæi* quidam hanc causam commenti, Deum *decem illa verba*, *una vice*, i. e. *Uno halitu*, sine *interspiratione*, *mora*, *distinctione*, *pausa*, elocutum, haud secus ac si *Unum verbum continuum* edidisset: quod quum a populo intelligi non potuisset, *repetitum fuisse sermonem*, & *singula verba distincte prolata*, cum *justa omnium vocum digestione*, & *interpunctione*. Alii ingenue fatentur, *mysterium duplicis accentuationis* ipsis *incompertum*, & *impenetrabile*. Penetrasse sibi illud visus Cl. *Boblius*, qui adhuc *S. Theol. Studiosum* agens, disputationem conscripsit, *de Vera Divisione Decalogi ex Infallibili Principio Accentuationis. Rostoch. An.* 1637. In ea contendit, *Duplicem Decalogi accentuationem* involvere *duplicem respectum*, *alterum Pasuk*. i. e. *versuum*: alterum *præcepti*: atque posteriore illo respectu *Exod.* 20: 2, 3, 4, 5. constituere *unum* tantum, idque *primum*, *præceptum*: & *Vs.* 14. iterum *duo præcepta* IX. & X. exhibere. Nota cum *Lutheranis*, & *Pontificiis* quæstio; qui tamen neutiquam paria hic peccant. Non miror Juvenem scribere potuisse, *Volo positive demonstrare Divum Lutherum recte dispescuisse*, & *divisisse*, *Decalogum*; *ad quod me non urget prædicti Doctoris auctoritas*, *sed solius Spiritus Sancti omni exceptione major decisio*: sed demiror, maturos *Theologos*, assensum, plausumque, probationi huic, tanquam *Apodicticæ*, potuisse deferre. Res alibi discutienda. Brevior contextus *Gen* 35: 22. duplici quoque accentuum choro gaudet. Rationem iterum a *duplici respectu* repetunt, quam invenies apud Cl. *Outseel. Accent. Prof*

P.

p. 370. 371. In *Divisionem Decalogi Bablianam* a Viro Doctiss. ibidem concedi, amori *Hypotheseos* donandum.

XXIII. Cum *Hyphen* convenit *Lineola Makkaph*, quæ duas, pluresve, voces arctius connectens, *tonum* ad *ultimam* rapit, ac priores *accentu tonico* privatas esse indicat. Frequentissima conjunctio duarum, ut *Job.* 3: 1. אַחֲרֵי־כֵן *Post-hæcce.* Prius vocabulum caret *accentu tonico*; nam qui ad primam *Syllabam* comparet, est *Euphonicus*: addendus sæpe tum, quum est *Bisyllabum.* Sine *Euphonico*, *Job.* 8: 3. ter תְּמַלֶּל־אֵלֶּה *Loqueris-ista?* אִמְרֵי־פִיךָ *verba-oris tui.* &c. עַד־אָן *usque-quo?* Ibid. *Vs.* 4. אִם־בָּנֶיךָ *Si-filii tui.* בְּיַד־פִּשְׁעָם *in manum-peccati eorum.* Tres voces uno *tono*, & *spiritu*, elatæ *Job.* 8: 8. כִּי־שְׁאַל־נָא *Nam-interroga-nunc.* Quatuor *Gen.* 25: 5. אֶת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ *omne-quod-ipsi.* Rarum hoc, & non temere, nisi in *Monosyllabis*, reperiundum. His omnibus semper aliquid *Emphaseos*; nonnunquam etiam *figura*, vel *tropus* oratorius, subest.

א. Nomen *Makkaph* מַקָּף Cl. *Læschero* p. 360. est *Hebræum*, notans proprie *tale instrumentum quod penitissime conjungit.* Non adjecit, quænam sit Radix, נָקַף, an יָקַף? Cl. *Danz.* p. 129. censet *Makkeph* scribendum, non *Makkaph*, quod sit *Part. Præs.*

 in

in *Aphel* a נְקַף *copulari*, apud *Syros*, unde מַקֵּף *copulans*; quum מְקַף *Part. Paſſ.* potius eſſet *copulatum*. Apud *Hill.* etiam *Makkeph* ſcribi video. Quum tamen Vetus pronunciatio ferat *Makkaph*, eam deſerere vix auſim, quod *Copulatum*, vel *Cohæſum*, æque aptam præbeat denominationem hujus *Lineolæ*, quam *Copulans*, vel *Cohærere faciens*.

ב. Illiberalius, quam par, Cl. *Cap.* de hac *Lineola* Pronunciat L. 1: *Cap.* 16. *Idem adfirmare licet de Mackaph, eam minime fuiſſe neceſſariam olim; ſiquidem ex aſſiduo uſu loquendi, ac conſuetudine, id longe certius ſcire potuerit Lector, num voces, quæ hac lineola conjunctæ ſunt, ſint inter legendum conjungendæ, & ſub eodem accentu efferendæ, nec ne. Certe, vel iſtas Pronuntiationis Delicias, ac minutias, neglexit plebs*, (utpote *quæ nihil omnino faciant ad mentem, ſenſumve, ſcripti capiendum*) *vel ſi in quotidiano uſu ab omnibus obſervabantur, nihil opus tum fuit id ullo apiculo in Scriptura ipſa indicari.* Non expendebat Vir Doctiſſ. quum hæc ſcriberet, *Makkaph* non eſſe *neceſſariam conjunctionem*, ſed *liberam*, & ſemper aliquid *Emphaſeos*, aut *figuratioris ſermonis*, inferentem. Hæc non pendent a quotidiano uſu, ſed ab acumine ſcribentis. Notula ergo apponenda fuit, qua *Hyphen* declararetur, ut *figura* illa, vel *Emphaſis*, neminem fugeret, alias ne a peritioribus quidem ſatis internoſcenda. Non debuiſſet quoque Vir Literis elegantioribus tam bene tinctus, toties objicere *Pronunciationis minutias*, & *delicias*; quum ſciamus omnibus populis ſua in Lingua *teretes* eſſe, & fuiſſe, *aures*; & ab exiguo momento, ictuve, ſoni, aliter, & aliter editi, totum ſæpe ſenſum, adfectumque, dependere. Certe in his, ſimilibuſque, *Græcorum* ſubtilitates infinitæ: nec minores *Gallorum* deliciæ, grande talibus & pretium, & pondus, nec immerito ſane, ſtatuentium. Quid quod *Makkaph* ſæpe inducat *Compoſitionem*, qua *duæ* voces in *unam* non *tono* tantum, ſed & *ſignificatu*, coeant? An ne tum quidem *Lineolam neceſſariam* fuiſſe tendetur? Rumpatur neceſſe eſt, qui nimis tenditur, arcus.

XXIV. *Accentus Rhetoricus*, qui alias *Euphonicus*, ſtricte loquendo *unus*, *Methegh* generali nomine dictus, id eſt, *frenum*. Hoc tamen iterum vel

vel *adstrictum*; vel *laxum*. Sortitur etiam pro vario situ, officioque, alias adhuc denominationes. Est *lineola perpendicularis*, *Syllabam*, sive *Vocalem*, cui additur, *leni morula* sustinens, absque *tono*. *Gen.* 1: 6. הָֽרָקִ֫יעַ & *Vs.* 7. לָֽרָקִ֫יעַ *expanso*. Iterum *Ibid.* וַֽיְהִי־כֵֽן׃ *Et fuit sic*. Qui ad *Linguæ indolem* serio attendit, hoc *frenum* syllabis istis justa de causa additum persentiscet.

א. *Methegh* מֶתֶג proprie sonat *lupatum* illud quod *ori equorum* inditur. *Adstricti* & *laxi* discrimina accurate indicata a Cl. *Danz*. p. 124. & seq. Cl. *Alting*. tria nomina hujus Accentus attigit, quibus eum *Rabbini* adfecere pro diverso situ, & effectu. Primum est *Maarich*, מַאֲרִיךְ *Prolongans*, quum ante *Scheva compositum* fulcit *Vocalem brevem*; ut יַֽעֲמֹד *stabit*. Secundum, *Chiruk* חִירוּק *stridor*, quando apponitur ad *Chirek breve* sustinendum, ut יִֽחְיֶה *vivet*. Tertium *Gaaja* גַּעְיָא *mugitus*, quum *initiali Schevati* præmittitur; quod in *sonum Vocalis* sequentis veluti remugiat: ut in וַֽנָּשׁוּבָה *Wnaschuba*, quod pronunciandum *Wanaschuba*, & *revertemur*. Nescio quid viderit Cl. *Hill*. p. 89. quum *Gaaja* vertit *subsistens*, qui & *Arabibus* عــائج. Radix *Arab*. عـــاج עוג *torsit*, proprie, secundario, *moratus est*, *substitit*, nihil commune habet cum געה *mugivit*, unde געיא terminatione *Chald*. derivatum.

ב. Subtilia multa de hoc *Methegh*, ejusque variis *sitibus*, *usibusque*, traduntur. His immorari animus non est. Cl. *Alting*. sub *Reg*. 159. ea dedit quæ cum genio *Linguæ*, & *viva* ejus *Pronunciatione* satis conjuncta. Ubi illuc perventum, aliquanto dilucidius exponemus, quid ipsa *Natura Dialecti Hebraicæ* sug-

gessisse, in talibus, & exegisse, videatur. Ad hanc non satis attendunt, qui totum hocce genus pro *minuto* nimis, & *moroso*, contemnunt.

XXV. Ne quem *Codicis Sacri* lectio turbet, aut moretur, cognoscendæ sunt *notulæ* quædam, quæ *Crisi Masorethicæ* inserviunt. In his geminus *Circulus*, alter *supra* voces, alter *inter* eas, positus. Item *congeries Punctorum* extra ordinem vocibus quibusdam superne adjecta, ex Veteri traditione, qua aliquid *Mysterii* iisdem subesse creditum.

א. *Masorethæ* a *Masora* מָסֹרָה vel מָסֹרֶת *Masoreth* i. e. *traditione*, nomen invenerunt. A *Judæis* בעלי המסרת *Domini*, vel *viri*, *Traditionis* appellantur. Per *Masoram* intelligunt *Doctrinam Criticam circa Sacræ Scripturæ contextum*, *qua versus*, *voces*, *& literæ omnes numeratæ*, *omnisque vel minima lectionis*, *scriptionisve*, *varietas indicata*; *ut esset* סְיָג לַתּוֹרָה *sepimentum Legi*; *& illibatæ integritatis munimentum*. De *Masoræ* hujus, & *Masorethorum*, *Origine*, magna opinionum dissensio. *Rabbini* quidam 1. inde a *Mose* eam derivant, cujus exemplum reliqui etiam *Scriptores Sacri* sint secuti. Alii 2. *Ezram*, & *Viros Magnæ Synagogæ*, ejus Auctores statuunt. Cl. *Hotting*. 3. *Thes. Phil.* p. 397. *nihil obstare* censet, *quo minus utramque probemus sententiam*, *ita ut initium tam laboriosi operis Mosi feramus acceptum*; *continuationem Ezræ*. Alii 4. ad *Pharisæorum* curam & sedulitatem hæc referunt, inde a temporibus *Maccabæorum* per aliquot secula continuatam. Cl. *Capel*. 5. ulterius descendens, finit *initium Seculi* VI. a *Christo*; quo *Tiberienses Doctores Puncta* quoque *Vocalia* addidisse contendit. In quibusdam tamen locis innuit, *Masorethas* paulo post tempora *Ezræ* ortos: quorum ultimi fuerint *Tiberienses*, qui opus Criticum complerint. *Rich. Simon*. 6. ad VIII. seculum hos *Tiberienses* relegat, qui *Arabum* industriam in *Alcorano* suo *Vocalibus*, & *curiosa Crisi*, firmando

do, æmulati fuerint. Ad *Seculum* XI. denique 7. & tempora Celebrium *Rabbinorum*, *Ben-Ascher*, & *Ben-Naphtali* omnem hanc rem, & supellectilem, amandat Doct. *Basnag.* Trium ætatum *Masorethas* 8. statuit Cl. *Carpz. Crit. Sacr.* p. 288. ut *a. Principes auctores* operis fuerint *Viri Synagogæ Magnæ. b. intermedii* extiterint סופרים *Scribæ*, ac *Numeratores*, qui maxime post *Antiochi Epiphanis* sævissimam tempestatem, qua *Sacra* omnia *sedibus mota*, in hanc curam incubuerint. *c. Ultimos* ponit *Magistros Tiberienses*, qui quod *Primi privata industria annotarant; & medii a præceptoribus suis cæptum continuarant*, & *publica* velut *auctoritate munierant*, *ex congestis majorum schedis excerpserint*, *& publici fecerint juris.* Tres priores sententiæ nimis evehunt *Masoram*, eique *Divinam* tribuunt *auctoritatem.* Quatuor sequentes, eandem nimis deprimunt, & abjiciunt. Postrema medium satis moderate, & prudenter, servat; quod ab aliis quoque *Philologis*, & *Theologis*, moderatioribus inter *Lutheranos*, & *Reformatos*, observatum; cum aliqua quidem varietate; sed quæ, quoad rem ipsam, parum faciat momenti. Nempe non omnes æque persuasi de *Synagoga* illa *Magna*, quæ *Thalmudica* tantum *traditione* nitatur. Hæc omnia longam requirunt discussionem. Stricturæ hæ ad id quod vero proximum satis prælucent.

ב. Prior ille *Circulus Masorethicus* indicat *Variantes Lectiones*, sive vexatissimam materiam, quæ *Keri & Ketib* appellari solet, formis *partic. pass. Chald.* קְרִי quod *Lectum*, & כְּתִיב quod *Scriptum* sonat: קרין וכתיבן *Karjan* & *Ketiban*, vel & *Chatban*, multi adscivere ex *termin. plur. Chald.* Harum *Lectionum diversarum* numerus necdum accurate finitus. *Elias Levita* 848. percenset. Alii ad *mille*; alii ad *mille & ducentas* subduxere. Eæ *diversissimæ* sunt *indolis*, & *naturæ*; quod rite discrevisse infinitum facit momentum in *Quæstione* omnium *intricatissima*, de qua facilius est *pronunciare*, quam *judicare*. Nempe *Decem* minimum *Classes* ponendæ sunt; *totidem* veluti *fontes*, unde ingens hæc varietas, in *vocibus*, in *literis*, atque *conflictus*, ut sic dicam, *Vocalium* cum *Literis*, profluxit. Non aliunde magis *obscurata*, & *confusa*, hæc subtilissima, & profundissima, materia, quam quod omnia ejusdem ferme *valoris* habita, ad eandemque *normam* exacta, sive ad ea cum *Judæis* extollenda; sive ad eadem explodenda; sive ad *corruptionem Sacri Codicis* inde inferendam; prout suum

suum cuique studium hac in parte dictabat.

ℨ Diversitas *studiorum* circa diversas has Lectiones quanta existere debuerit, vel ex *collisione* illa *opinionum* patescit, quæ de *Masorethis* in Orbe Erudito foventur. Eas in *pretium* harum *Lectionum* influere, quivis sentit. Hinc *Thalmudici* 1. omnia consecrarunt, ut הלכה משה מסיני *Traditio Mosis e Sinai*, Eo innuunt, *Mosen*, & *Prophetas*, *mysterii causa* aliter *scripsisse*, in *textu*, aliter in *margine legere* jussisse: atque utrumque simul *genuinum*, *sincerum*, *verum*, *suo sensu fœtum*. Commentum illis hominibus dignum! 2. *Rabbini* liberaliores paulo ad *Ezram*, & *Viros Synagogæ Magnæ*, collectionem hanc referunt, qui eam ex antiquis *Codicibus* hauserint, & semper, certa de causa, *Lectionem* quæ ipsis *optima* visa, ad *Marginem* posuerint, ad eamque puncta in *Textu* accommodarint, quantumvis pugnantia cum *Literis* ibidem *expressis*, & *relictis* ob venerationem *Veteris* illius *Scripturæ*, quam loco movere, & ejicere, noluerint. Huc inclinant Cl. *Buxtorfii*, non nimis *fidenter* tamen. Cernas id ex p. 172. de *Antiq. punct.* ubi Cl. *Capelli* objectionem adversus *punctorum divinam auctoritatem* ab *irregulari*, quin *prodigiosa*, illa *legendi ratione* desumtam, non refutat, sed declinat, respondens tantum, *ut certius judicium de prætensa hac monstrositate ferri queat, necesse esset in causas diversæ hujus Lectionis diligentius inquirere; & videre num omnia sint ab uno Auctore? num ob eundem finem? num omnia ejusdem antiquitatis? Hinc sine dubio melius pateresceret, an factum hoc ex certa aliqua, & sana, ratione sit profectum, an vero prodigiosum, & sine justa ratione susceptum. Altius hæc sunt repetenda, quam hactenus ab illis factum, quos ego de his rebus scripsisse vidi.* Harum *Causarum* quasdam promsit Vir *Clariss.* in *Vindic. Verit. Hebr.* p. 506. & 507. Earum α. ducitur a *Religione*, qua factum ut pro *Jehova* legatur *Adonaj*, vel *Elohim*. β. A *mysterio*. γ. A *verecundia*, ad vitandum obscœniores voces. δ. A *codicum varietatibus*. ε. Ad *pronunciationem veram* in quibusdam *indicandam*. ϛ. Nonnulla adjecta ad *lectionem veram ostendendam*, & *conservandam*, *maxime si quis Libris uteretur non punctatis*. Hæc omnia nil *Divini* his *Lectionibus* vindicant: sed potius *humanæ* eas *sedulitatis*, & *curæ*, esse evincunt: & tamen concluditur *ibid.* 508. *Judæos* quidem *Keri semper præferre*, *aliquando tamen etiam τὸ Ketibh sequi: quin eorum Commentatores utramque sæpius lectionem exponere. Idem si & nos observaverimus, tutissimam nos viam ingressuros*, &c. &c. Hoc quodammodo est receptui cane-

re,

re, quin parmulam abjicere, & tamen Victorem se ferre. Satis libera est, 3. & paradoxa, opinio *Abarbanelis*, qui *Ezram* constituens Auctorem *Keri* & *Ketib*, duplicem potissimum rationem Eum secutum autumat: *a.* quod *Mysterium* in multis *intentum a Prophetis* crediderit: *b.* quod *Sacri Scriptores* vel *imperitiores*, vel *omissiores*, fuerint circa *Orthographiam*, & *Grammaticam*; ac propterea *accuratiorem Lectionem* substitutam ab *Ezra*, relicta tamen Veteri *Scriptione*. Miror Viri, aliquando ultra *Rabbinum* sapientis, temeritatem, qui tantam labem Auctoribus Sacris adspergere ausus fuerit. Quid quod in ipso *Libro Ezræ* sat frequens *Keri* & *Ketib*? ut nec *Haggæus*, & *Zacharias*, hac *Crisi* carent. Stringenda 4. sententia Cl. *Hill. Arcan.* p. 24. 25. *Ezram Sacra volumina sæpius descripsisse, vel recensuisse: in illa multiplici descriptione & recensione Virum* θεόπνευστον *non ubique iisdem verbis, literis, aut apicibus, institisse: sed in nonnullis codicibus, sensu inviolato, literas aut verba permutasse, vel transposuisse; alia addidisse; alia abolevisse; nonnulla denique ex Chaldaismo adspersisse. Inde factum, ut in distinctis Ezræ autographis talis Lectionum varietas apparuerit, qualis in Psal.* XVIII. *cum* 2 *Sam.* XXII. *extat. Ne igitur, quod semel instinctu Numinis scriptum*, qualecunque id fuerit, *e Sacro Codice periret, ipsius Ezræ ætate, vel certe proxima, Viros Zelo, & pietate, plenos, quos vel Viros Synagogæ Magnæ, vel Masorethas, vocare quis possit, in eam curam incubuisse, ut Lectiones has discrepantes, quarum aliæ a Prima, alii a Secunda, Sacri Notarii Manu venerint, uno quodam Symbolo in textu posito comprehensas, in apographis suis ad posteritatem transmitterent.* Apparet, ingeniose excogitatum εὕρημα, ad utriusque Lectionis *Authentiam*, quin *auctoritatem Divinam*, sanciendam. Id magno primum plausu exceptum, gravissimis laborat incommodis: Cl. *Wolfio*, *Carpzov.* aliisque propterea laudem potius, quam assensionem, novæ inventioni tribuentibus. Potuisset Cl. *Hill.* pro bona parte consensum impetrasse, si non *geminam Authentiam* induxisset, sed *duplicem Lectionem* Veterum Codicum, inter quas optio difficilis, atque in medio relinquenda visa. De eo alibi latius & enucleatius. A *publicis* 5. hominum *Linguæ Patriæ* callentissimorum *curis* omnem hanc varietatem repetit Cl. *Carpzov.* qui *Codici Sacro* restituendo incubuerint post tempora *Antiochi Epiphanis*; eam in rem usi *gemino Codice Hierosolymitano*, cui primæ, & *Babylonico*, cui secundæ, datæ fuerint: in textu expressa *Lectione Palæstinorum*; in margine vero adjecta *Lectione*

3 Abarbanelis
4 Hilleri
5 Carpzovii

N *Baby-*

Babyloniorum; ut ita quicquid esset probatissimæ sinceritatis unum in Codicem transfunderent, atque memoriæ nunquam interituræ mandarent. *Hypothesis*, magno judicio concepta, & deducta, alibi diligentius expendi meretur. Ad *Privatas* 6. *curas* hæc revocant longe plurimi; etiam nonnulli Eorum, qui *Punctorum antiquitatem* propugnant. *Vener. Lœsch.* certe p. 441. scribere non dubitavit, *Keriim esse antiquissimas conjecturas Criticas Judæorum, quibus ætas eximiam auctoritatem conciliarit.* Consimiliter Cl. *Danz.* in *Literat. Hebr.* existimat *a Piis & religiosis Viris margini primo adjecta illa Keri, eo fine, ut sibi, & suæ familiæ, inservirent interpretationis loco, servatis aliquamdiu sub Ketib iisdem punctis quæ Ezra apposuerat; donec progressu temporis e margine in textum illatæ sint illæ Vocales, religiose tamen retentis antiquis Literis.* Ibidem Vir Doct. statuit *Textum* semper *Marginali Lectioni* præferendum, contra ac *Judæi* sanxerunt, quibus τὸ *Keri* primas tenet. Ulterius progressus Cl. *Capell.* hinc non tantum concludens *Vocales* esse *novicias*, a *Masorethis* demum seculo VI. adjectas, sed etiam *varietatem* hanc *Lectionum* arguere *Scripturam multis in locis vitiosam, atque defectam, quam tamen, ob reverentiam Codicis quo usi sint, interpolare noluerint, contenti vitium quod subesse arbitrati, & suspicati sint, in Margine per τὸ Keri indicasse.* Ad hanc legem *Keri* plerumque melius esset, quam *Kethib*. Ex *Commentatoribus* nostris prudentissimus quisque id solet amplecti, quod ei maxime opportunum videtur. In *genere* dicere possum, *Kethib* ut antiquius, ita sincerius plerumque esse, quam *Keri*; quod ante submonui ex *diversissimis fontibus* emanasse. Multi a multis indicati. Sunt alii adhuc ex *Veteri forma*, & *norma*, Linguæ, repetendi. Ubi *Grammatica* simul, & *Lingua Hebræa*, perducta erit ad perfectiorem illam cognitionem, ad quam omnis opera nostra connititur, *Analoga*, *integra*, *sincerissima* reperientur, quæ nunc pro *Anomalis*, *vitiosisque*, traducuntur. Exempla, & documenta, procedente opusculo, sub manus sese dabunt. Hic præcipuus laboris Scopus, quem si attigero, votorum me summam contigisse lætabor.

ד. *Posterior Circulus* in *medio versu*, vocatur פִּסְקָא *Piska*, sive *cessatio*, *interruptio*. Specimina reperientur *Gen.* 35: 22. *Jos.* 4: 1. & 8: 24. *Esech.* 3: 16. &c. Loca XXVIII. enotantur *in Masora*. Sententiam quodammodo *abruptam* & *imperfectam* hoc si-

signo innui censet Cl. *Alt.* Alii verum *defectum* hinc arguunt; ut *Gen.* 4: 8. Hoc intendisse *Masorethas*, nemo unquam probabit. Acuminis aliquid a *Veteri Synagoga* ex hisce captatum, sat liquet: nec obscurum adeo quid captare potuerint. Hæc alium postulant locum.

ה. *Punctorum congeries* addita *quindecim* textibus, ex quibus alio iterum lusu ingenii, & acumine, aliquid *profundioris sensus* exsculpere solent *Judæi.* Nimium iis *Punctulis* detulisse videtur Cl. *Buxt. Comm. Masoreth. Cap.* XI. unde ansa nata *Capel. genus* hocce *subtilitatis* deridendi. E. G. *Gen.* 33: 4. וישקהו & *osculatus est eum*, ubique compunctum superne. Nempe, ajunt Magistri, *fratrem* non *osculari* quærebat *Esavus*, sed *mordere. Rabbinis* sua somnia relinquenda. In *Hagiographis* unum ejusmodi occurrit *Ps.* 27: 13.

SECTIO III.

De Syllaba.

XXVI. Antiquissima scribendi ratio, à *dextra* versus *sinistram* procedit. Hunc ordinem ipsa *literarum figura* deposcit; quarum *facies sinistrorsum conversa* illuc *dextram* scribentis sponte ducit: ut בָּרָא *creavit.* Alias rationes argutiusculas amputamus.

א. Curiosa sunt, quæ de hoc *recto* & *naturali ordine scribendi* habet Cel. *Loesch.* p. 232-240. Apud priscos *Græcos* eum quoque morem tenuisse, nec non alternum inde oriundum, qui *βουστροφηδὸν* dictus, nemini ignotum. Consulatur Nobil. *Montfauc. palæogr.* p. 118. & Cl. *Haverc. diss.* de *Lit. Gr. cap.* 1. & 2. unde totum hocce genus clarescet.

XXVII. Ad *Syllabam* constituendam requiritur

 pri-

primum *consona una*, summum *duæ*, sequente *una* tantum *Vocali*, in qua si desinat *Syllaba*, ea *pura* appellabitur. Sin accedat *consona*, *una*, ad summum *duæ*, quæ eam claudant, *mixta* dicetur. פָּקַד *Pâ-kadh*, *visitavit*, prima *Syll. pura*, posterior *mixta*. פְּקַדְתֶּם *Pkadh-tem*, utraque *mixta*. פָּקַדְתְּ *Pâkadt*; *visitasti* f. prior *pura*, ultima *mixta*. Litera *quiescens* quoque *puram* præstat *Syllabam*; ut בָּרָא *Bârâ*, *creavit*. בְּרֵאשִׁית *Brésjîth*, *in principio*. Cur *Vocalis* nunquam *Syllabam* ordiri queat, ex *Reg.* 1. *not.* 2. jam patescere cœpit.

XXVIII. *Dialectus Hebræa* peculiare quid habuisse videtur, in *Syllabis* suis constituendis; quippe quæ non nisi *duobus temporibus* compleantur; quamvis & *tria*, atque adeo *quatuor*, *quinque*, *tempora* recipere queant.

א. Ut subtilior hæc ratio accurate teneatur, sciendum *Vocali brevi unum* tantum *tempus* competere, *schevatibus nullum*: *longam* autem *duo tempora* implere. Si ad *Vocalem brevem* accedat alia *consona*, vel & *accentus*, jam *duplex* habet *tempus*: si *utrumque* simul, *triplex*: item *Vocalis longa* cui *accentus*, vel alia adhuc *consona*, adjicitur, *triplex*: si utrumque simul, *quadruplex*. Litera *quiescens* idem efficit in *Vocali* tum *brevi*, tum *longa*, si *accentus* accesserit. In מֶלֶךְ *Rex*, prima completur per *accentum*: posterior per *consonam*. In פָּקַד *visitavit*, prior *duo tempora* habet, quod *longa* adsit *Vocalis*; posterior *tria*, per *consonam* videlicet & *accentum*. In *Pausa* פָּקָד quatuor *tempora* possidet ad finem.

In

In *forma* קֹדֶשׁ *Sanctitas*, *Cholem accentu* notatum *tria tempora* implet: posterius *Segol duo*. In קָדוֹשׁ *Sanctus*, ultimum *Cholem* ad minimum *quatuor tempora* habet. In גּוֹלֶה *revelans*, posterior *Syllaba tribus temporibus* aucta: in גּוֹלָה *quatuor*. Item בָּרָא *creavit* ad finem *quatuor tempora* occupat: in בָּרָאתָ *Creasti f.* sunt *quinque*; ut & in בָּאתָ *venisti*: הֵבֵאתָ *adduxisti*; הוֹצֵאתָ *eduxisti*, similibusque.

ב. Nullum *Scheva*, sive *simplex*, sive *compositum* sit; ut nec *Patach furtivum*, efficere valet *Syllabam*, quum *absentis Vocalis* indicium præbeant. Cl. *Capel.* in *Arc. Punct.* nec non *Crit. Sacr.* p. 652. & seq. in contraria omnia abit; & *Schevata composita* ad *Vocalium longarum classem* potius revocanda censet. Capitalis, si quid video, error; qui *naturam Linguæ* & *Analogiam* universam conturbat. Manifesto quoque errat, quum *Scheva mutum*, sive *quiescens*, non esse *Vocalem* largiens, tamen contendit *Schevatis mobilis* diversam esse rationem; quippe quod ideo *Mobile* vocetur, quia *Vocale*, *sonumque Vocalis* edit; nam *moveri* apud Grammaticos *Hebr.* esse *enuntiari*, *proferri*, *sonum edere*: ut contra *quiescere* apud eosdem est *nullum sonum edere*; unde *Literæ* אהוי *quiescentes dictæ* &c. Hæc manum nimis festinam arguunt. *Scheva quiescens* cum *Quiescentibus* אהוי nihil commune habet; nam ponitur sub *litera mobili*, quæ *finit Syllabam* cum *motu suo naturali*, & *organico*: quum *literæ quiescentes* illum *motum Organicum* plane *exuant*, & *Vocali præcedenti remittant*, ad longiorem in pronunciando moram. Si ergo *Scheva mutum* non est *Vocalis*; sequitur ut nec *Scheva mobile*, sive *signum Vocalis absentis quod inchoat syllabam*, per se constituat *Vocalem*, *Syllabamve*. Instat *Capel.* p. 654. *Certe si Scheva mobile non esset Vocale, si nullum ederet sonum, si nulla ejus ratio haberetur in Carminis dimensione, & structura, evaderet Linguæ Hebr. pronuntiatio non impedita modo, atque perplexa, sed horrida & Barbara plane; quæque duritia & asperitate sua, ob frequentem multarum consonarum concursum, Linguas maxime Barbaras, adeoque vel ipsam Sarmaticam, superaret.* Est Cavillatio Docto ingenio parum digna; consuetudo enim omnia mollit, nec quicquam *horridum*, *barbarum*

rumve, in patrio solo. Accedit quod nullus concursus ferme tam durus, & horridus, in *Hebræo*, quem non in *Græco* quoque reperire sit. Supra pag. 70. aliquid hac de re tactum. *Episc. Cicestr. in Prol. ad Psal.* p. 17. nimis fidenter pronunciat, *Canones Grammaticos de Sceva simplici, & composito, veram Hebraica legendi rationem penitus corrupisse: adeo ut Poësis Hebr. etsi nihil aliud obstaret, nunquam feliciter indagari potuisset, quamdiu illis fides haberetur.* Qui sic venatur *Poësin Hebraicam*, nubem pro Dea amplectitur.

XXIX. *Vocalis longa*, utpote *duorum temporum*, cum *consona* sua, *Syllabam* absolvere potest; quamvis non semper debeat.

XXX. *Vocalis brevis*, utpote *unius temporis*, cum *consona* sua non absolvit *Syllabam*, sed indiget complemento.

XXXI. Complementa *temporis deficientis* in *Vocali brevi* stricte loquendo *quatuor* sunt; docendi tamen causa *sex* admittimus. I. *Litera mobilis expressa*, ut מַלְכֵי *Mal-chê*, *Reges*: יִלְקַח *accipiet*. II. *Litera mobilis inclusa* in *Dagesh forti*: ut יִקַּח *accipiet*, pro *præc*. יִלְקַח: אַפִּי *Nasus meus*, pro אַנְפִּי. III. *Litera mobilis latens* in *altera*, quæ *duplicari* debuisset, secundum *Analogiam*: ut אֶחָד pro אֶחָּד *unus*. פֶּחָם pro פֶּחָּם *carbo*. גֶּחָל pro גֶּחָּל *pruna*. הַחֹשֶׁךְ pro הַחֹּשֶׁךְ *caligo*. יֵחַת pro יִחַּת *descendet*, ex יִנְחַת, a נָחַת *descendit*. IV. *Litera quiescens*; ut קָצֶה *finis*, pro קֵצֶי vel קֵצֶא: & חֵטְא pec-

peccatum, ultima *Aleph* ex *motu* in *quietem* eunte. V. Accentus *Tonicus:* ut מֶלֶךְ *Rex.* עַיִן *oculus* &c.

VI. Accentus *Euphonicus :* ut יַעֲשֶׂה *faciet.* יֹאחֵז *capiet.* יַעֲמֹד *constituetur.* Tria priora ad unum redeunt fontem *Literæ* cum *Vocali* illa *brevi* in *unam Syllabam* convenientis: qua de causa submonebam *quatuor* tantum dari complementa.

א. Quæ de *Syllaba* constituenda præcipimus, immerito a multis Viris Doctis rejiciuntur, tanquam a *Masorethis* excogitata, atque conficta. Cl. *Capel. Arc.* L. 1: c. 14. in primis *distinctionem* inter *Longas* & *Breves Vocales* explodens, caliginem & frustrationem sibi, aliisque, offudit. Eodem jure dicere potuisset *Linguam Hebræam* in cunis semper vagiisse; nec unquam ad *formam* & *normam justam firmæ Dialecti* evaluisse. Gravem excessum in hac *distinctione* tollenda commissum a Viro Doctiss. prudentiores haud diffitentur; nec tamen usque quaque persuasi sunt de veritate *Regularum*, quibus *Syllabæ constitutionem* adstrinxere *Masorethæ.* Nempe vel *operosa*, vel *artificiosa*, nimis videtur *exactissima* hæcce omnium *Syllabarum conformatio*; quam judicant a vivo usu Linguæ, liberoque ejus cursu, alieniorem. Accedit, quod *Chaldæi*, *Syri*, *Arabes*, quorum agnatæ *Dialecti*, istam elibratissimam rationem *Syllabarum* non curent. Cum quibusdam ad *Linguæ Hebrææ excellentiam*, & *perfectionem*, præ reliquis, confugere, est totam causam reddere suspectam, incertam, rejiculam. Retorquendum potius argumentum, atque ex ipsis illis *Dialectis* evincendum, *Linguam primævam*, unde hi *quatuor majores rami* diffusi, eam habuisse *indolem*, ut *Syllabæ* certis legibus sponte semet adstrinxerint, in iis ut *Radicum* vis uniformiter percipi, & sentiri posset. Id primitus sine ulla *inæqualitate* factum, ad *formam perfectam* verborum: nam *Analogia* in omnibus Linguis prior, & antiquior. Venit deinde *Anomalia*, non quæ *turbaret Linguam*, sed in multis *promtiorem* redderet, ac *juvaret.* Et ea ergo talibus legibus revincienda fuit, quæ *Analogiæ* sua jura

ra

ra relinquerent; ejusque *faciem antiquam* non penitus delerent. Hinc ortæ *libratissimæ* illæ, & *scrupulosissimæ*, *formationes Syllabarum*, quæ non minus apud *Chaldæos*, *Syros*, & *Arabes*, obtinent, quam apud *Hebræos*. Id jam demonstrare occœpi in *Clavi Dial.* Res obscura, & ex intimo sinu illarum Linguarum demum haurienda, non nisi a peritissimis capi potest, longa exemplorum inductione. Quæ dixi sufficient ad judicii immaturitatem, vel properantiam, hoc in genere, paululum refrenandam.

ב. Longa dies, & exercitatio, me docuerunt, *Chaldæos*, *Syros*, & *Arabes*, æque religiosos esse *Syllabarum* observatores, quam *Hebræos*: quamvis pro sua quique *Dialecto* paululum varient, & aliquid privum atque domesticum habeant. Ni hoc foret, non fuissent *Dialecti*. Ad hanc ergo lucem liquido constare potest, quæ de *complementis Syllabæ deficientis* tradimus, non esse *minutias minutissimas scrupulosæ*, *morosæ*, & *superstitiosæ*, *pronunciationis*, prout Cl. *Capello* visum, sed certa & firma *Linguæ* fundamenta, quibus omnis *Analogia* innititur, & secundum quæ omnis *Anomalia* ad *Originem* & *primævam* suam *rationem* semper & alligatur, & revocari facillime potest. Dicere nullam *Linguam Europæam* hoc habere, nihil facit ad rem; quamvis ne illæ quidem *legum* in *Syllabis* rite *librandis* secundum suam quæque *Analogiam*, & *Anomaliam*, expertes. Omnium, quæ mihi cognitæ, completissima hac in parte *Turcica*, quæ sine ulla *Anomalia*, instar limpidissimi amnis, decurrit. Ab *Hebræa* toto Cœlo dissonat, & nihil cum ea commune habet. *Arabica* quidem, prima fronte, solutior videtur, & liberior, in *Syllabis* constituendis, quam *Hebræa*; sed si quis ad interiora utriusque *Linguæ* se penetrarit, mirificam reperiet convenientiam, eamque conspirationem, quæ dubitare non sinat, quin *Fundamenta Punctationis Hebraicæ* sint genuina, & antiqua, quæ nobis primævam indolem, & pronunciandi formam, accurate repræsentent.

XXXII. Quum *Prosodia Hebraica* hactenus incomperta sit, omne id quod & *natura*, & *ars*, hic suggessere, necdum finiri potest. Manemus ergo intra fines *reg.* XXVIII. *not.* א. præscriptos: &

& dicimus, *breves vocales* ex gemino *complemento* sæpe *tria tempora* implere: *longas*, *quatuor*, aliquando & *quinque*. In פָּקַדְתָּ *Pâkádtâ visitasti*, prima *Syll.* cum *Vocali longa* efficit *duo*: secunda *Syll.* ob *conson. seq.* & *acc. tonicum* efficit *tria*: ultima iterum *duo*. In פָּקָדְתָּ *Pâkódtâ* autem media *Syll.* jam *quatuor* implet *tempora*. In סֹבּוּ *Sóbbuu*, *circumdare*, item prima *Syll.* aucta *quatuor temporibus*; nam *duo* facit ipsa *Vocalis longa*; duo alia efficiunt *consona seq.* & *accentus*: est enim vox *penacuta*. In לֵאמֹר *Lémór*, *ad dicendum*, prior *Syll.* habet *tria*, posterior *quatuor tempora*. In אֵלֶּה *illi*, prior *Syll.* habet *quatuor*, posterior *duo*. In הֵבֵאתָ prior & posterior *duo*, media possidet *quatuor*. הֵבֵאתָ in *quinque* extenditur. Hæc exempla adjecta iis, quæ supra attuli, rem omnem satis declarabunt.

XXXIII. Nulla *Vocalis* in *Ling. Oriental.* incipere potest *Syllabam*: ne quidem אוי, ubi *quiescentes* sunt, id facere possunt. Ratio ex *Reg.* 1. not. 1. in oculos incurrit.

Ante *Vocalem* autem stare possunt vel *una*, vel summum *duæ*, *consonæ*, seu *mobiles literæ*. Bona *Syllaba* est פֶּה *os*; לְפֶה *ad os* item: sed כִּלְפֶה *sicut*

O *ad*

ad os, non toleratur; mox in כְּלְפֵה propterea commutandum. בְּנוֹ *filius ejus*, bona *Syllaba:* כְּבְנוֹ *sicut filius ejus*, non admittitur, sed in כִּבְנוֹ abit. Apparet *tres consonas*, nedum *plures*, nunquam ante *Vocalem* ire posse, sed ex concursu illo *novam* formari *Syllabam*, quæ duas priores compingat, ope *Vocalis* brevis.

Post *Vocalem*, in *medio* vocis una tantum *litera mobilis* in eandem *Syllabam* recipitur: ut נִפְקְדוּ *Niph-kduu*, *visitati sunt*, non *Niphk-duu*. מַלְכְּכֶם *Mal-kchem*, *rex Vester*, non *Malk-chem*. Alte pactus terminus, quem nunquam excedere licet.

In *fine* creberrime quidem *una mobilis*, ut פָּקַד *visitavit;* sæpe tamen & *duæ;* ut פָּקַדְתְּ *visitasti*. אַתְּ *Tu* f. קֹשְׁטְ *veritas*. נֵרְדְּ *Nardus*, &c.

Ad *quiescentes* quod attinet, in *medio* & *fine* peræque *una* tantum *Vocalem* sequitur, cum *quiete* stricte dicta: ut עֵינִי *oculus meus*. רֹאשִׁי *caput meum*. קָרָאתָ *clamasti*. הֵבֵאתָ *adduxisti*. Quum *duæ* non *mobiles* אוי in *medio* adsunt, posterior *otiatur*, ut in הֲבִיאֹתָ *adduxisti*. Id ad indicium clarius *Radicis*. In *fine* similiter גֵּיא *vallis*, habet *Aleph otiosum* cum *Jod quiescente*. Discrimen inter *quietem*, & *otium*, *literarum* אוי, quod a multis non satis perceptum, sequens reg. clarius indicabit.

א.

א. Duas *consonas* antecedere *Vocalem* nulla non patitur *Lingua*. Non *molles* tantum, sed & *asperos*, *concursus* admisit *Græcia*, in βδελύσσω. κτάω. κτῆσις. κρίζω. πτόω. πτῶμα. πταίρω. χρέμπτομαι. χθὲς. χθὼν &c. ut mirum sit *Doct. Episc. Cicestr.* inde cum Cl. *Capel.* tanquam a mera barbarie resilire. *Linguæ Orientales* intra hos fines consistunt. *Europææ* ulterius processere. *Tres* satis dure coëunt in σκλίω, σκληρὸς, σπλάγχνον &c. Item *Strenuus*, *Splen*, *Spretus*, *Stravi*. Apud nos Springen / Spreken / Strecken / Schrikken. Exemplum a Sum. *Voss.* de *A. G.* 2. 5. adductum 't strengst ut *octo literas* cum *Vocali una Syllaba* enunciari posse arguat, non adeo commodum, quum ibi duæ sint voces, quarum prior absorpta fere. Apparet indidem in vernacula nostra *tres consonas* stare posse ad finem: in werpt / sterkt; verbergt / drinkt / klinkt / krenkt / aliisque idem cernere est. Similiter in *stirps*, *urbs*, *tres* admissæ. *Striglx* nihili vox est, ut *Voss. ibidem* docuit. In *medio* sat frequens duarum conjunctio ad *Syllabam* claudendam; *carp-si*, *carp-tum*: *sorb-si*, *sorp-tum*. In *Belgico* nil tritius. Sterkte a quibusdam scribitur sterck-te / quo pacto *tres* in medio starent. Gedorscht / si moveatur, totidem in *medio* exhibet; ut quatuor ad *finem*; nisi *sch* pro una *litera* sumi placeat, qualis *Hebr.* שׁ. Hæc *barbariei* notam facile ab *Hebrææ Ling.* depellent, etiamsi *Schevata* in *Vocalium* censum admittere recusemus, ac *Syllabam* per se efficere posse, pernegemus. De cetero quod duo *Schevata muta* in *medio* nunquam apud *Hebræos* occurrant, non tam *vitandæ duritiei* factum, quam quod *Analogia Linguæ* eam concursionem nunquam exegerit. *Chaldæi*, *Syri*, *Arabes*, ut in aliis, ita & hic, amicissime conspirant.

ב. Minus rite subducti calculi *Prosodici* ab *Episc. Cicestr. Proleg.* p. 24. quum *Psalm.* 114: 4. 6. כְּבְנֵי *Cebene* legendum contendit, non *Cibne*, *sicut filii*, *falsum* pronuncians *Canonem*, *quo docetur*, *duo Scheva ab initio concurrere non posse*. Nempe *Trisyllabum* censet id vocabuli. Hoc *ipsa luce clarius* dicit. Quidni? Viro Doctissimo suum id adjudicat Metrum. Sed *Dialecti* abjudicant; quippe in quibus talis *concursio* certissime *vitiosa*; & *Analogiæ* adversa. Si *Schevata* sint veri nominis *Vocales*; non *tria* tantum; sed *quatuor*, *quinque*, plures, quo minus concurrant, nihil causæ est. *Ex. Gr.* הַכְּבְמַלְכֵי *an ut in regibus*? erit bonæ monetæ, & dabit *sex Syllabas*. Non vi-

videntur Viri Docti satis perpendisse, quantæ ruinæ secuturæ sint, si *fundamenta punctationis* semel moveantur.

1. Diximus *Syllabam* semper inchoari a *consona*, quod *motus organicus oris* omnino præcedat *sonum* inde redditum. Duo sunt, in quibus ab hac constantissima lege videtur deflexum. Primum est ו per *Schurek* enunciatum in וּמֶלֶךְ *Umelech*, *Rex*: וּבְדֶרֶךְ *Ubbderech*, & *in via*. Nodus ex *Analogia* facile solvendus: nam *Origo* dabat וְמֶלֶךְ *Wmelech* & וְבְדֶרֶךְ *Wbh-derech*. Est ergo *flexus mollior oris* e *consona* in *Vocalem lapsi*, per *accidens*: ex *regulis* infra tangendis LVII. & CIV. *Grammatici* ajunt, præmitti א in *pronunciatione*: quod forte nimis jam scrupulosum. Alterum est יְרוּשָׁלַם *Jruschalaim*, *Hierosolymæ*, *quadrisyllabum*, pro pleniore *forma* יְרוּשָׁלַיִם *Jruschalajim*. In ea *Jod* quotidiano usu suppressum, ad pronunciationem celerandam. Id tamen ex *Analogia* adesse censetur. Simile quid *Latini* habent in *adicit* pro *adjicit*; & *obices*, pro *objices*. Nemo *Aleph* hic præmittendum ad *Chirek* tetenderit. Casu fortuito natæ *Syllabæ* nil fundamento *Linguæ* derogant.

XXXIV. Quo nomine *Literæ* אהוי *Ehevi* dicantur *Quiescere*, *Reg.* III. demonstratum. Indicandum porro quomodo *quies* illa in *Syllabæ* ratione se habeat: & *otium* quoque quarundam ex iis rite figendum.

A. Quod attinet ad *Quietem*, ea stricte loquendo, tantum adsciscitur a *tribus* אוי, quæ *motum* suum *præcedenti Vocali remittunt*; eamque *quiete* sua *dilatant*, i. e. *uno tempore augent*. At ה *mobile* in *quietem* nunquam transmittitur.

1. Incipimus ab *He*, quod tantum in *fine quiescit*, quum

quum non *radicale* est, sed *servile*, substitutum pro aliqua ex אהוי. Pro *Aleph* in רָפָה *sanavit*, quod est רָפָא. Vide *Reg.* 133. Crebrius pro *Vaw* vel *Jod* in *tertia sede* comparet: ut שָׁלָה *Liquidus, tranquillus, fuit*, pro שָׁלֵו, neutiquam pro שָׁלָה, ut vulgo creditur. גָּלָה *revelavit* pro גָּלַי. *Quiescit* autem in *tribus longis*, *Kametz*, *Tzeri*, *Cholem*; & una *brevi*, *Segol*. Ut גָּלָה *revelavit*; גְּלֵה *revela*: גָּלֹה *revelare*. גּוֹלֶה *revelans*: יִגְלֶה *revelabit*. In his omnibus *tertia radicalis* fuit *Vaw* vel *Jod*: quæ in *quietem* ibi transdita, hanc sibi *vicariam* assumsit. *Linguæ* fundamentum certissimum *Reg.* CXXXII. adstruetur.

II. *Aleph* in *quietem* ire amat, quoties *Syllabam* claudit: quod *tenuior* sit *Spiritus*, quam ut ibi commode pronunciari queat. Hac de causa ad *finem* semper *quiescit*: admittens ante se omnes *longas*; ut קָרָא *clamavit*. קֹרֵא *clamans*. נָבִיא *propheta*. קְרֹא *clamare*. קָרוּא *vocatus*. הוּא *ipse*. Ex *brevibus* vix aliam, quam *Segôl*, ut דֶּשֶׁא *herba*; פֶּרֶא *onager*. *Chirek* tamen & *Kibbutz* occurrunt.

In *medio* admittit ex *longis*, *Kametz*, *Tzeri*, *Cholem*: ut צַוָּאר *Collum*. רֵאשִׁית *principium*. רֹאשׁ *Caput*. רָאשִׁים *Capita*. Omnes *breves* in *medio* ante-

cedere posse, sub *Reg.* III. insinuatum. Usitatissimum *Segol*; ut תִּקְרֶאנָה *vocabitis.* קְרֶאנָה *vocate.* Sat frequens etiam *Patach*: ut אֲדֹנָי *Dominus* cum *præfixis* facit בַּאדֹנָי *in Domino.* לַאדֹנָי *Domino* &c. Item בֵּאֵר *declarare*: *inf. Pih.* pro בַּאאֵר: & יְנָאֵץ *irritabit*, *fut. Pih.* quasi יְנַאאֵץ &c. &c. *Chirek* in נִאֵץ quasi נִאאֵץ *irritavit.* Similiter *Kibbuts* in נֻאַץ *irritatus est*; בֻּאַר *declaratus est*: secundum legem *Conj. Pyhal.* Extat *Job.* 33: 21. רֻאוּ *visi sunt*, prima *Aleph* in *quietem* data. Sin רֻאּוּ cum *Dagesh forti* legatur, ut Exemplaria multa habent, resolvi debebit in רֻאְאוּ *motu* prioris, *Aleph* retento. Nempe *Aleph* etiam in *medio* nonnunquam *Syllabam* claudit, *motu Organico* non deposito. Sic יֶאְסֹר *ligabit.* יֶאְטַר *claudet* &c.

III. *Vaw* non *quiescit* nisi in *Cholem*, & *Schuurek*; iis enim *sonis* unice aptum est. Ita הוֹרִיד *demittere*, pro הַוְרִיד: & הוּרַד *demissus est*, pro הֻוְרַד. Confer quæ *Reg.* III. jam attigimus.

IV. *Jod* non colliquescit per *quietem*, nisi in *sonis* *e*, & *i*, quorsum natura ejus prona: hoc est, in *Tseri*, *Segol*, *Chirek*, ut עֵינִי *oculus meus*, pro עֵיְנִי:

dua-

dualiter עֵינַיִם *oculi:* & עֵינֶיךָ *duo oculi tui.* גַּיְא *vallis.* עִירִי *urbs mea.* יִישַׁן *dormiet*, pro יִישַׁן & יִיבַשׁ *arefiet*, pro יִיבַשׁ *fut. kal.* pro quo & יִבַשׁ: quæ *implicita* dici ſolet *quies.* Talis obtinet & in יֵרֵד *deſcendet*, pro יֵירֵד, quod eſt pro יִירֵד *fut. kal* a יָרַד. &c.

B. In *Otium* tranſdi dicuntur eædem hæ *Literæ*, quum nec *conſonant*, nec *Vocali præcedenti quicquam moræ* addunt. Planiſſume *otiantur*, quum *Scheva mutum* jam *Syllabam* clauſit: ut *Aleph* in שָׁוְא *vanitas*, pro שָׁוְא: item חֵטְא *peccatum*, pro חֵטְא: & יַרְא *vidit*, pro יִרְאֶה *fut. kal.* Similiter *Jod* in פָּקַדְתִּי *viſitaſti.* אַתְּי *Tu.* In prioribus manſit *Aleph* ad indicium *Radicis*, שָׁוְא, חָטָא, רָאָה. In poſterioribus, quia אַתְּ veteri *Lingua* erat אַתְּ vel אַתְּי *Tu*, *fæm.* Minus planum *otium*, quum in *medio* venit, ut צַוְּארֵי *colla*, ubi *Aleph* non poteſt eſſe *quieſcens*, quia ante ſe habet *Scheva mobile.* Etiam *otioſum* cenſetur א in מְלַאכְתּוֹ *opus ejus*, quia ſequitur *Scheva quieſcens:* itemque in לִקְרַאתְכֶם *in occurſum veſtri.* Etiam צַוָּאר *collum* huc accenſetur: me haud conſentiente. De eo diſtinctius in notis. *Jod* etiam minus plane *otiatur* in עֵינָיו *oculi ejus:* יָדָיו *Manus ejus*, ſimilibuſque, in quibus *duali* vel

plu-

plurali indicando remanere ſolet, nec *motum* exerens, nec *quietem* præſtans τῷ *Kamets*, quum non niſi in *e.* & *i.* quieſcere poſſit.

א. *Aleph* in צַוָּאר *collum*, vulgo *otiari* ſtatuitur; accedente etiam Cl. *Alt.* Alii *Matrem Lectionis* eſſe autumant. Hi ſupra refutati. Priores in eam opinionem adducti, quod *Literæ Quieſcentes* ferme *Syllabam* finiant. Eadem de cauſa in מְלַאכְתּוֹ *opus ejus*, item *otiari* creditur *Aleph*. Mihi utrobique videtur potius *quieſcere:* & quidem certiſſime in צַוָּאר, quod alias צַוָּר cujus *ult. Syll.* uno *tempore* minor. In מְלַאכְתּוֹ item *Aleph* influere in præcedens *Patach*, eique *tempus* unum addere, dubitari nequit. Eo admiſſo, jam non *otioſa* erit, ſed *quieſcens litera.* Par ratio in וְאַעְשִׁיר & *ditabor*, pro וְאַעְשִׁיר, *Zach.* 11: 5. בּוֹרְאָם *fingens ea*, pro בּוֹרְאָם *Neh.* 6: 8. קָאם pro קָאם *ſtans Hoſ.* 10: 14. Omnino in his aliqua *quies.* In קֹרְאִים *vocantes* pro קֹרְאִים anceps, in *otiumne* plane tranſierit, an *partem* teneat *quietis.* Prius ſimplicius. In רִאישׁוֹן *Job.* 15: 7. dubium, *quieſcatne Aleph*, *Jod otiante*, an contra. Prius tenent plurimi, quia רִאשׁוֹן alias exarari ſolet. Mihi poſterius magis arridet; ut a רֵאשׁ *Capitalis*, producatur רִאשׁוֹן, unde per *Syriaſmum* mox רִאישׁוֹן, *quiete* in *Jod* palam incumbente, & *Aleph* in *otium* miſſo. Ex hoc *ſpecimine* reliqua melius intelligentur. Qui *mendas* hiſce, ſimilibuſque, Lectionibus, ſubeſſe volunt, ſuum judicium emendent, ac Veteris Linguæ amplitudinem, multiformemque flexionem, attendant, velim.

Aleph medianum, in *Chirek*, & *Kibbuts*, *quieſcere* poſſe, præter ea quæ dicta, evincit רִאשׁוֹן *primus:* & פֻּארָה *ramus*; *Eſaj.* 10: 33. Cl. *Alting.* minus recte calculos poſuit, quum *Chirek* de-

defective scriptum, & *Kibbuts* pro *Schuurek* usurpatum, ait. *Analogia* ibi non patitur *Chirek longum*, vel *Schuurek*: nam רִאשׁוֹן est pro רִאשׁוֹן; & פֻּאָרָה pro פְּאֵרָה. Proclivis in minutiis error vix ac ne vix quidem vitari potest, quamdiu omnis ratio, & formatio, Linguæ, haud comperta.

ב. *He* in *medio* videtur *quiescere* potius, quam *otiari Num.* 1: 10. in פְּדָהצוּר. Non tamen fallit *Canon*, quo *He* in *medio quiescere* negatur; nam est vox conflata e duabus, quæ sejunctim sunt פְּדָה־צוּר *Vindicavit rupes.* Sic עֲשָׂהאֵל *Hasaël* 2 *Sam.* 2: 19. & עֲשָׂה־אֵל 1 *Chr.* 2: 16. At פְּדַהְאֵל *Num.* 34: 28. habet *He mobile*, a *Rad.* פָּדָה, quæ diversa a פָּדָה. In pronomine מַה sequente *Mackaph* & *Dagesh forti*, quod *Dachik* vocatur, *He* creditur *otiari*: ut מַה־טּוֹב *quam bonum! Ps.* 133: 1. & מַה־זֹּאת *quid hoc? Gen.* 3: 13. item in מַה־הִיא *quid ipsa*: ubi *Dagesh* omissum ex posteriori *He*. Hinc orta scriptio מֶזֶּה *quid hoc*, pro מַה־זֶּה, ex מָה זֶּה: ut dubitari vix queat, quin in *otium* iverit illud *He*. Mihi tamen potior adhuc *quies*, sed *extraordinaria* illa, quam τοῦ *Aleph* modo vindicavimus in voce מְלַאכְתּוֹ: nam מַה־זֶּה paulo *lentius* pronunciatum, quam מֶזֶּה, res ipsa credere jubet. Ergo *species* quædam *quietis* in hisce obtinuit. Ad *Prosodiæ* ditionem, & jura, hæc pertinent.

ג. *Vaw* non amat *otiari*. Speciem tamen *otii* tenet in הִוא *Hi*, *ipsa Gen.* 3: 12. Sic *Chirek* in *Aleph quiesceret*, suppresso *Vaw*. Alias *Pron.* hoc scribitur & pronunciatur הִיא. Vulgo dicitur, *Vaw* pro *Jod* substitui. Rectius forte statuetur, in antiqua Lingua *masc.* fuisse *Huw* הֻוְא *ipse*, mox mutatum in הוּא *Huu*, per *quietem* τοῦ ו & *otium* τοῦ א: *fam.* הִוְא *Hiw*, unde

הִוא *Hi*, suppresso motu ֹ ו, & *Aleph quiescente*, plenfusque adhuc הִיא, *Jod* & *Aleph* simul in *quietem* missis. Ansa in *Origine:* nam Radix הָוָא, & הָיָא *fuit*. Videtur & *otiari* in חַטָּאות *peccata*. Anceps genus. Alia, quæ ad *Crisin Masorethicam* spectant, circumcido.

י. *Jod* multum *otiatur*: indicium facile: quum enim non *quiescat* nisi in *sonis e*, & *i*, otiosum intelligitur in *fine* quidem, quoties antecedit *Scheva*: ut in אַתְּי *Tu*. &c. Alias vel *quiescit* ibi, vel in *Diphthongum* exit, ut גוֹי *Gôi gens*, pro *Gôj*. עָלַי *Hgalai*, *super me*; & עָלָיו *Hgalâi* &c. In *medio* autem non notatum *Schevate*, semper intelligitur *quiescere* quum antecedunt *Tzeri*, *Segol*, *Chirek*: Si alia, *Otiari*; ut עָלָיו *Hgalâw*, *super eum*. In תְּבוֹאֶינָה *venerunt Esth*. 4: 4. illud *Jod otiosum* præbet indicium *variantis lectionis*, & *formæ*, per quam תְּבוֹאֶנָה efferri potest. Item יָדֶיךָ *manus tua*, *Jos*. 10: 8. innuit יָדֶיךָ in alio *Codice* lectum, *plur. form*. Ejusdem naturæ complusoula *Criticas*, & *longiores*, exigunt, *curas*.

XXXV. Ab *æquandis Syllabis* nomen duxit *Scheva*, q. d. *Æquationem*. Denominatio apta tum ad *absentiam Vocalis*, tum ad *officium duplex connexionis* insinuandum; per quam *literæ* hoc signo notatæ, cum *Vocali sequente*, vel & *præcedente*, in justam *Syllabam* colligari debent.

XXXVI. *Scheva simplex* (:) distingui solet in *mobile* & *quiescens*.

XXXVII. *Scheva mobile*, est *signum absentis Vocalis*, sub *consona*, quæ *inchoat Syllabam*.

XXXVIII. *Scheva quiescens*, est *signum absentis* Vo-

Vocalis, sub *consona*, quæ *claudit Syllabam.*

XXXIX. Utrique huic *Schevati* proprie nullus competit *sonus*, nempe *Vocalis*; quum *Vocalium absentiam* indicet. Adhæret tamen ei *aëris* illa *pulsio*, & *explosio*, quam requirit *motus Organicus oris*, ad *Literam* efferendam. Illa *aëris impulsio* percipi potest auribus, quum *consona Vocali carens* incipit *Syllabam*; ac propterea hoc *Scheva* vocatum est *mobile*: quum autem *Syllabam claudit*, ille *aër* absorbetur in ore loquentis, atque idcirco tum *mutum* dici solet, tum *quiescens*.

א. De *origine* nominis שְׁוָא a *Rad.* שְׁוָא *Chald.* idem quod שָׁוָה *æquavit*, actum supra p. 69. A *Rabbinis* fluxit *distinctio* inter נָע *mobile*, & נָח *quiescens*. Ea minus clara, & commoda, multos non implicuit tantum, sed & in graves errores traxit. Primus est, quod ex *mobili conditione* collegerint esse vel *Vocalem*, vel *Semivocalem* saltem. Secundus, quod *quiescere* hoc confuderint cum *quiete* quam *Literæ* אהוי assumere dicuntur. Atqui *moveri* jam valet *Pronunciari cum explosione aëris*, *obscuriore* nempe illa, quæ omni *consonanti labris apertis emissa* adhærescit. *Quiescere* contra, est *Pronunciari* sine illa *explosione*, ob *labra clausa*. Ast *Quiescentes* quum dicimus *Literas* אהוי, *non pronunciantur* in totum: sed *omnem* omnino *consonantiam* exuunt. Stare ergo nequit quod Cl. *Capel.* infert; *Scheva mobile* esse *Vocalem*, quia *movetur*: at *quiescens*, non esse *Vocalem*, quia ut אהוי in *quietem* ivit. Vid. *sup.* p. 101. Si *Rabbini* statim dixissent *Scheva* esse vel *inchoans Syllabam* cum alia *consona*, cui addita *Vocalis*; vel *claudens* eandem eadem conditione, nihil unquam in re facili, & perspicua, turbatum fuisset.

ב. Ut *Scheva mobile*, scopulus ille *Grammaticorum*, nemini ultra negotium facessat, attendi velim ad optimam Ducem, & Magistram, Naturam. Ea dictat, quo *asperior concursio* duarum *consonantium* est ante *Vocalem*, eo *graviorem* fieri *aëris* ex-

 ple-

plosionem ſub prima. *Flare*, *Plenus*, &c. ſat molliter exeunt: *Frangere* paulo durius; item *Clangere*; *Cras*; *Crapula*: in *Scribere*, *Strix*, *Strigil*, tres conſonæ permiſſæ, quia prima *ſibilans*. Apud *Græcos* mollia ſatis, γλύφειν. γράφειν: duriora κλάζειν, κράζειν; duriſſima βδελύσσειν, κτῆσις, κτείνω, πτῶμα. Nemo ibi *Beta*, *Kappa*, *Pi*, ſine *notabili exploſione aëris* pronunciarit. Tres *conſonas* ante *Vocalem* habes in σπλάγχνον, σφραγὶς, στρίφω &c. quod genus vix pronunciari poſſet, niſi *exploſio aëris* ante *ſibilantem* iret. Apud *Hebræos* duæ tantum *conſonæ* ante *Vocalem* permittuntur: ſuntque eatenus omnes *Literæ ſociabiles*. Patet ex collatione *Dialectorum*; nec non reliquiis *Biblicis*; in quibus aſperrimæ conjunctiones occurrunt; ut בְּקָרִים *Bkarîm*, *matutina*: גְּשָׁמִים *imbres*: דְּקֹר *transfigere*: פְּקֹד *Pkôdh*, *viſitare*: קְצַר *Ktzar*, *Brevis*: ubi notabis *Tz* propter *ſibilum* pro *una litera* haberi: item צְבֹר *Tzbbôr*, *acervare*; שְׁמֹר *Schmôr*, *cuſtodire*, שְׁבֹר *Schbbôr*, *frangere*; שְׁקֹל *Schkôl*, *librare*. In his *ſibilus* tolerabilem fecit *Syllabam*; ut apud *Græcos*, & *Latinos*. Apparet ex exemplis allatis, quanto *mitior* concurſus, tanto *breviorem* requiri *aëris impulſionem*: ut contra tanto *longior* eadem, quanto *duriores literæ* in unam *Syllabam* conveniunt.

ג. Elucet *Schevati* per ſe nullum *ſonum Vocalem* tribuendum, ſi *Linguæ Analogiam* ſartam tectam volumus. Quia tamen ille *aër*, quem *Conſona* ore miſſa trahit, imitatur quodammodo *ſonos Vocalium*, per *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, credibile, *Scheva mobile* per omnes has *ſpecies* in *pronunciatione Hebræa* variaſſe, prout vel *natura* vocis, vel *conſuetudo*, daret. Non contemno ergo quæ Cl. *Alt.* ſub *reg.* 39. attigit. I. *Scheva mobile* ante *gutturalem* imitari *Vocalem* ejuſdem; ut מְעַט *Mahat*: &c. Vid. ſupra p. 70. II. Ante *Jod* non notatum per *Chirek*, in *i* fere exire. בְּיָדִי *Bijadî*, *in manu mea*. מְיַחֵל *Mijahel*, *expectans*. III. Alias in *a* cadere; ut גְּבַר *Gabbar*, *Vir*. רְדִיד *Radhidh*, *Peplum*; בְּיִרְאָה *Bajirqa*, *in timore*: IV. Si *Methegh* adjectum ſit, non *imitari* tantum, ſed prorſus etiam exprimere *Vocales ſequentes*, ut דְּבַר *Dabbar*, *res*,

Pſ.

Pſ. 41: 9. דִּעְךָ *Dûbû:* ubi volunt *Scheva* in *longam Schurek* remugire: ſecundum *pag.* 93. Poſterius illud minus fundatum; nec *Vocalem longam* ibi locari patitur natura pronunciationis. Sonos *a* & *e* maxime regnaſſe, credibile; ut LXX צְבָאוֹת *Σαβαώθ*, & דְּבֹרָה *Δεβώρα*, bono judicio expreſſerint: nam nimis *horridum* fuiſſet *Σβαώθ* &c. Similiter שְׁלֹמֹה *Salomon*; quamvis & *Solomon:* ut סְדֹם ſemper *Sodom* &c. In talibus accurate obſervandis non eſt quod quis ſe maceret. Totum hocce genus *Synagogæ* relinquendum.

ד. *Scheva mobile*, & *quieſcens*, per *Analogiam Linguæ* facile dignoſcuntur: prout in omnibus Linguis diſtinctio genuina *Syllabarum* hinc pendet. Nonnihil tamen incipienti conferent hæ monitiones. I. *Mobile* ſemper eſt, 1. quod in *initio vocis* ſtat; ut פְּרִי *fructus* &c. 2. quod in *medio*, poſt *Vocalem longam*, accentu *Methegh* frenatam: פָּֽקְדוּ *viſitarunt:* 3. quod poſt *Scheva quieſcens* item in *medio* conſiſtit; ut יִפְקְדוּ *Jiph-kdhuu viſitabunt;* וַתְּכַל & *abſolvit.* 4. Denique poſt *Vocalem brevem*, *accentu Tonico*, vel *Euphonico*, completam: ut בַּיְתָה *Bá-jtha*, *domum verſus.* לַמְנַצֵּחַ *Monitori.* De poſtrema hac claſſe paulisper addubito. II. *Quieſcens* eſſe agnoſcitur 1. *Finale quodvis*, ſive *unum*; ut יַךְ *Jach percutiet*, pro יַכֶּה: ſive *geminum*, ut פָּקַדְתְּ *viſitaſti:* אַתְּ *Tu:* etiamſi accedat *Jod* אַתְּי; nam quum illud *otioſum* ſit, nil mutationis inducit. 2. in *medio* cum *Dagesh forti* prior *duplicata* ſemper habet *Scheva quieſcens:* ut אַתָּה *Tu*, *m.* אַפִּי *Ap-pi*, *Naſus meus.* יִפְקֹד *viſitabit:* יִפָּקֵד *viſitabitur.* 3. In *medio* quoque, poſt *Vocalem brevem* omni *accentu* deſtitutam: ut מַלְכִּי *Mal-ki*, *rex meus*, non *Ma-lki.* קָדְשִׁי *Kod-ſchi*, item-

que קָדְשִׁי, *Sanctitas mea.* נֶגְדִּי *Coram me.* בִּגְדִי *Vestis mea.* 4. In *medio* iterum ante *adformantes Syllabicas verborum*, de quibus *Reg.* 114. citra exceptionem, quantumvis adsit *accentus Tonicus*, aut *Vocalis longa:* ut פָּקַדְתָּ, *visitasti*; quin & פְּקַדְתָּ, vel פְּקַדְתָּ. In *imper.* פְּקֹדְנָה *visitate* f. & *fut.* תִּפְקֹדְנָה *visitabitis*. 5. In *initio*, quum *Dagesh forte* insertum ex *Reg.* 45. extra ordinem, ut in מַה־זֶּה *quid-hoc*? ubi prius *Zain* habet *Scheva quiescens* non *oculo*, sed *aure*, perceptum.

XL. *Scheva compositum* omne, per se *mobile*, i. e. *inchoans Syllabam:* ut יַעֲמֹד *stabit* : יַעֲשֶׂה *faciet* ; מַעֲשֶׂה *facinus.* אֶעֱשֶׂה *faciam.* יָעֳמַד *constituetur.*

XLI. *Patach furtivum* vicem occupat *Schevatis quiescentis*, id est, *consonam suam* præcedenti *Vocali* annectit; neutiquam proinde *Vocalis* ipsa, sed ante ה, ח, ע, quum *Syllabam* claudunt, *furtim* cum *apertione* quadam *oris* efferendum: ut in רוּחַ *Rouhh Spiritus*, aliisque supra p. 72. 73. enotatis.

א. *Scheva quiescens*, sive *mutum*, in efferenda sua *consona* non *diducit*, sed *adducit*, plus, minusve, *labra*. Senties si אָב *Abh*, *Pater*, אֵם *Mater* pronuncies. In בֶּגֶד *vestis*, minor ea compressio: in מֶלֶךְ *Rex*, iterum minor. Hoc ab *Organo* cujusque *Literæ* dependet. *Gutturalium* החעע ea vis, & ratio, ut non nisi *biante gutture* proferri queant, quoties *Syllabam* ordiuntur. Contra ad *Scheva mutum*, i. e. quum *Syllabam claudunt*, guttur leniter comprimendum. Sentias in רָקַע *Rákábhh expandit*, רָקַח *Rá-*

Râuwbb, *Spiravit*. A priori in *part. paß.* altero oritur רָקִיע *Rakîbbb*, *expansum*: quod quia *compressiore gutture* incommodius exit, *apertionem* ejus *furtivam* adscivit, & רָקִיעַ *Rakî*a*bbb* sonari cœpit, natura ipsa huc impellente. Redi ad p. 72. atque hinc jam mecum pro certo conclude, non post *consonam* venire hunc *sonum fictitium*, sed ante eam: quia ibi demum *guttur aperire*, & *diducere* posse deprehenditur. *Syri* nomen ignorant, rem ipsam haud dubie possederunt. Similiter *Arabes*: quamvis ob *nunnationes*, & *accentum* ad *penultimas*, & *antepenultimas*, retractum eo minus uti queant. Scil. רוּחַ *Spiritus*, ipsis est رُوحٌ *Roubbon*, in Lingua Doctorum. Populus tamen sonat *Roubb*, quod nemo sine *Patach* hocce *furtivo* decore resonabit.

XLII. *Diphthongum*, vel *quasi Diphthongum* potius, efficiunt *Waw*, & *Jod*, quum *Scheva quiescens* recipere debent, i. e. *claudere Syllabam* retento *motu Organico*, iis proprio; quippe quem amittere nequeant nisi in *Vocalibus quieti* eorum opportunis. Nempe non *quiescit Waw*, nisi in *Cholem* & *Schurek*: cum reliquis ergo *Vocalibus* in *Diphthongi* speciem colliquescit. Similiter *Jod* non nisi in *Tseri*, *Segol*, *Chirek*, *quieti* tradi solitum, cum reliquis omnibus, citra exceptionem, quandam *quasi Diphthongum* præbet. E. G. עֵשָׂו *Esaw* non aliter sonat ac si scriptum foret *Esau*. Item שָׁלֵו *Schalew liquidus*, *tranquillus*. אָבִיו *Abîw*, *Pater ejus*: אָחִיו *Achîw*, *frater ejus*. פִּיו *Pîw*, *os ejus*. Hæc cum *longis*. Cum *brevibus*; צַוֵּה *Tzaw-wé*, *præcipe*: צִוָּה *Tziw-wâ*, *præcepit*: *Tzuw-*

צִוָּה *Tzuw-wâ, mandatum est:* quod & *Tzow-wâ* Iterum in *Jod*, cum *longis*, אֲדֹנָי *Dominus:* עָלָי *super me.* גּוֹי *gens:* הוֹי *Heus.* עָשׂוּי *factus.* Cum *brevibus*, קַיֵּם *Kaj-jem*, *stabilivit:* קֻיַּם *Kuj-jam*, & *Koj-jam*, *stabilitus est.* עָלַי *super me* &c. &c.

א. Non est vera *Diphthongus*, quia ea e *duabus vocalibus* conflatur: unde & *Bivocalis* dicta. Jam vero *duæ vocales* hic nunquam coëunt in unam Syllabam. Apparet etiam satis, *consonantis* vim in *Waw* & *Jod* manere. Ergo imitatur potius *Diphthongum* ille sonus, quam efficit. Sunt qui *Vav* compressius sonent, *Esav*, *Schalev* &c. quasi *Esaf*, *Schalef*, citra speciem *Diphthongi*. Id minus arridet.

XLIII. Ad justam *Syllabæ* comprehensionem, utrumque *Dagesh*, de quo *Reg.* XVII. XVIII. generatim actum, propius cognosci debet. *Dagesh lene* ergo *Literis* בגד כפת inseri amat; I. in *initio* vocis; 1. quum inchoatur oratio: 2. post *pausam* majorem, minoremve: 3. quum præcedens vox exit in *Scheva quiescens:* 4. etiam quum præcedit *litera quiescens* accentu *pausante* prædita: 5. quum *duæ adspiratæ* concurrunt: ut בָּבֶל *Babbel.* II. In *medio* 1. quum antecedit *Scheva quiescens;* ut פָּקַדְתִּי *visitavi.* מַלְכִּי *rex meus.* Multa tamen exceptio. 2. *Dagesh forte* inditum τοῖς בגדכפת simul *lenit* easdem: ut אַפִּי *Appi*, *nasus meus.* אִבִּי *Ib-bi*, *fructus meus.*

meus. צַדִּי *Tzaddi, latus meum.* בִּתִּי *Bbitti, filia mea.* Idem per *accidens* usu venit in *initio*, ex *Reg.* 45. ut בּוֹנֶה־בַּיִת *Bbonebbajit, ædificans domum Ps.* 120: 6. מַה־תְּלָאָה *Matt·laqa, quid fatigationis? Mal.* 1: 13.

א. *Dagesh lene* pro *Commento Masorethico* explosum a Cl. *Capel.* supra p. 77. monui. Cur dissentiam, ibidem datum. Fateor rem difficilem esse, & intricatam; quam multiplex *Anomalia*, & *exceptio*, magis adhuc implicet: sed hoc inde factum, quod *Grammatici*, ut fit, argutiores fuerint, quam materia pateretur. *Vivus usus*, *unicus* hic *Magister* esse potuit. In *Lingua* mortua *una generalis Regula*, *Euphonia*: ad quam reliquæ omnes redeunt: ita tamen, ut si *Euphonia* aliud exegerit, eo ipso cessent, & negligantur. *Anomalias* istas iterum certis legibus includere conati sunt *Rabbini*. Ad eorum exemplum Cl. *Alting.* strictur as quasdam exhibuit in notis. Consulatur & Cl. *Danz.* p. 106. 107. Ingeniosum quoque quod *Cel. Loesch.* p. 323. submonuit. Ego meis finibus me teneo.

XLIV. *Dagesh forte* ita *literas geminat*, ut *geminam* circa se *efficiat Syllabam*; id est *priorem literam* cum *Vocali præcedenti* connectat, *posteriorem* cum *sequenti.* כַּפִּי *Chap-pi, manus mea*, non *Cha-ppi.* נָתַתִּי *Nâ-thât-tî, dedi*, non *Na-tha-tti.*

Quum *duplicatio* cadit in *quiescentium* aliquam, *prior litera* in *quietem* datur, si ea præcedat vocalis, quæ *quieti* isti accommoda sit, *Reg.* XXXIV. ut צִיּוֹן *Tzî-jón*, pro *Tzij-jon.* צִיִּים *Tzi-jîm, desolati*, pro *Tzij-jîm.* שֶׁיֹּאמַר *Sche-jômér, qui dicet*, pro *Schej-jomer.*

Anceps רֻאּוּ *Job.* 33: 21. sitne רֻאְאוּ per *quietem* prioris *Aleph;* an רֻאֲאוּ per *motum.* Posterius prætulerim. Redi ad *pag.* 110. Addubito etiam, an non שֶׁיֹּאמַר *Schej-jomer* fuerit pronunciatum, per *quasi Diphthongum*, quam reliquæ saltem *Vocales* efficiunt; ut חַיִּים *Hhaj-jim, vita.* קִיֵּם *Kaj-jém, stabilivit.* קֻיַּם *Kuj-jam, stabilitus est.*

א Sunt, in quibus *Dagesh forte* non efficiat *geminam* circa se *Syllabam.* Ea per *accidens* nata. Tale est נָתַתְּ *dedisti* f. pro נָתַנְתְּ: & כָּרַתְּ *exscidisti* pro כָּרַתְתְּ. Tale item אַתְּ *Tu* f. pro אַנְתְּ; & אַתְּי, quod in *Veteri Lingua* אַתִּי vel אַתְּ. In his *posterius Scheva* necessario cum *præc. Vocali Syllabam* claudit, quia altera illa *Vocalis*, quæ olim aderat, ad accelerandam pronunciationem fuit suppressa. Solet quidem talibus in casibus *Dagesh forte* excidere, ut יְכַל *perficiet* pro יְכַלְּ, quod est pro יְכַלֶּה: sed in vocula אַתְּ remansit, ad indicium *Originis:* & ne confusio existeret cum אֵת nota *acc.* & *abl.* aliisque.

ב. In שְׁתַּיִם & שְׁתֵּי *duæ*, hæsitant *Grammatici.* R. D. *Kimchi* id *lene* esse *Dagesh* statuit, quod contractio sit facta ex אֶשְׁתַּיִם: prout *Arabes* إِثْنَتَان sonant. Cl. *Alt.* cum plurimis *forte* esse arbitratur, quod in *origine* fuerit שְׁנְתַּיִם, unde mox שְׁתַּיִם: pro quo cum vocalibus *masculini* שְׁנַיִם, invaluerit שְׁתַּיִם. Cl. *Danz.* p. 103. 104. nec *forte*, nec *lene* vocat, sed *neutrum*; subtiliuscule ibi rem discutiens. Nobis *Dagesh forte* est, ad indi-

dicium *Originis* relictum: nam fine ullo dubio primitus fuit שְׁנָתַיִם, mox שְׁנְתַיִם: inde שְׁתַּיִם *Schit-tajim*. Hoc usu quotidiano celerrime enunciatum, *Schtajim*. Liquet simul, in *ore* esse *Dagesh lene*; prout omne *forte* in בגדכפת cadens, eas statim quoque *adspiratione* sua privat. In viva pronunciatione aliquam *Vocalem*, quin *Syllabam*, absorberi, manente Veteri scriptione, nulla non vernacula quemvis docere queat. Non est ergo, quod ad puncta & שְׁנַיִם confugiamus.

ג. *Dagesh forti* etiam jus esse in *Gutturales*, & *Resch*, supra insinuatum p. 80. Id non exempla tantum vincunt, & *Dialecti Arabicæ* usus firmat; sed Linguæ etiam *Analogia* tota dubitationi eximit. Ex ea contra Cl. *Capel.* p. 79. adstruxi *necessitatem* hujus *signi*, *geminandis omnibus* ex æquo *literis* destinati. Ut res clarior fiat, tenenda *distinctio Grammaticorum*, inter *Dagesh forte Characteristicum*, *Compensativum*, & *Euphonicum*. 1. *Characteristicum* est, quod *Characterem* efficit *conjugationum Dagessatarum*; sive earum quæ *radicalem duplicant*. 2. *Compensativum* dicitur, quod *elisam* aliquam *literam mobilem* resarcit, & compensat, ut אַפִּי pro אַנְפִּי *Nasus meus*. בִּתִּי pro בִּנְתִּי *filia mea*. יִתֵּן pro יִנְתֵּן *dabit*. יִפָּקֵד pro יִנְפָּקֵד *visitabitur*. סַבּוּ *circumdederunt*, pro סָבְבוּ. &c. Hæc omnia absolutæ *necessitatis*. At 3. *Euphonicum* citra *necessitatem* inseri dicitur, ad elegantiam; sive *sonum amœniorem*. ut Cl. *Hill.* ait p. 69. Talia *Alt.* noster congessit sub *reg.* 64. Ostendemus ibi, maximam eorum partem esse *necessariam*, hoc est ex prisca quadam dote, & *proprietate Characteristica*, natam. Non tamen *Euphonicum* usum plane expungimus.

ד. Quum literæ בגדכפת *Dagesh lene*, & *Dagesh forte*, recipere queant, atque inde hæsitatio incipientibus creetur; bacillum iis in manus dabimus, nutanti gressui firmando. *Dagesh forte ordinarium* nullum, nisi in *medio*, & quidem *antecedente Vocali*: ac proin si *Scheva* præcedat, *Dagesh lene* esse intelligitur: ut מַלְכִּי *rex meus*. Nempe fas haud est, ut *Malc-ci* legatur, *duplicato Caph*; quia duo *Schevata quiescentia* in medio non concurrunt.

Reg. 33. Excipitur unum שְׁתַּיִם, quod *Dagesh forte* habet *præeunte Schevate*, extra ordinem ut nota 2. modo discussum. Singulare etiam *Jud.* 16: 18. שְׁתֵּי sine ullo *Dagesh* vel *forti*, vel *leni*; unde *Masora* notat *Taw* esse *Raphatum*. Si *Veteris Linguæ* copia, & *Libris Hebraicis*, abundaremus, nec tam anguste habitaremus, nec in talibus multum laboraremus. Nunc penuria, & inopia, peperit anxietatem; quæ ab altera parte in nimiam libertatem resoluta; quasi hæc totidem essent vitia; certe scrupulosæ nimis curæ *Masorethicæ* evidentissima argumenta.

XLV. *Dagesh forte* nativam sedem in *medio* vocis tenere, clarum. Extra ordinem tamen sat crebro inseritur in *primam literam monosyllabæ*, & *bisyllabæ*: bifariam.

I. Intercedente *Mackaph*; quando præcedens vox exit in ה *quiesc.* cum *Kamets*, *Patach*, aut *Segol*: ut שָׁכְנָה־לָּהּ *Schâchenâ-l-lâh*, *habitavit sibi*: *Ps.* 120: 6. & אוֹיָה־לִּי *Ojâ-l-lî*, *Eheu-mihi!* Pronuncia postremum hoc cum *ploratu*, & *adfectu* vehementi, & senties longiorem tractum fieri, & *Eheu-m-mihi* inde existere. *Pathos* ergo peperit *figuratam* hanc pronuntiandi *rationem*. Id in מַה־זֶּה *Ma-z-zé*, *Quid-hoc?* etiam valde conspicuum: unde contractius adhuc מַזֶּה *Exod.* 4: 2. & מַלָּכֶם *Quid vobis?* animosissime, *Esaj.* 3: 15. Hoc *Keri* resolvere jubet in מַה־לָּכֶם. Atqui prius adhuc vehementius. Eodem graviore *adfectu* elatum מַתְּלָאָה *Mal.* 1: 13. *quid-fatigii?* pro

מַה־

מַה־תְּלָאָה junctim, quod pro disjunctis מָה תְּלָאָה. Ea disjunctio friguisset. Iterum grave valde מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים *Mattôb, oumannabîm! O quam bonum, & quam amœnum!* Decentissimum & hoc 2 *Chron.* 2: 3. *Ecce ego* בּוֹנֶה־בַּיִת *Bbone-b-bájith, Ædificans-domum! &c.* Nuspiam non decus habet, & pondus.

II. Sine *Mackaph*, item antecedente ה *quiesc.* cum *Kametz*, & *Segol;* ut & nudo *Kametz* in הָ, ךָ, תָ: quin & ו: ut עֹשֶׂה פְּרִי *faciens fructum: Gen.* 1: 11. Singularis ibi Emphasis. Eadem captata in formula אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר *Ad-Mosem dicendo. Exod.* 6: 11. & alibi. Magnum *Pathos* in הֶרָה נָּסוּ *montem versus fugerunt.* Item in הִרְחַבְתָּ לִּי *spatium fecisti mihi Ps.* 4: 2. אֵין יְשׁוּעָתָה לּוֹ *non est ulla salus ei.* Iterum in formula קוּמוּ צְּאוּ *surgite exite. Gen.* 19: 14. & *Exod.* 12: 31. pingitur *urgens periculum.* Sic *Gen.* 42: 29. יַגִּידוּ לּוֹ *nunciarunt ei*, adfert *festinationem* cum *trepidatione* conjunctam. Vide porro *Exod.* 27: 3. & 28: 36. & *Jes.* 27: 4. &c.

א. Prior ille nexus *Patheticus* per *Mackaph* vocatur *Dachik*, i. e. *impulsum:* posterior sine illo vinculo, *Athe merachik* i. e. *longius veniens.* Non concordant *Codices* in hoc *Dagesh peregrino* consignando. Ita *Ps.* 3: 9. alii legunt בִּרְכָתֶךָ סֶּלָה *Be-*

nedictio tua; Sêla: alii *Dagesh* omittunt. Adde *Ps.* 44: 9. *Episc. Cicestr. Proleg.* p. 26. prius vocat *ridiculum*, & *summæ imperitiæ*. Non jam defendo istos textus; quia *Libri* discordant. Nihil tamen in iis Lectionibus, quod magnopere suspectum esse queat. Si *Pathos* his omnibus subesse animadvertissent Viri Doctiss. moderatius forte de hisce judicium tulissent.

ב. Amputavi subtilitates supervacuas, quibus rem per se difficilem intricarunt *Rabbini*; & moneo insuper, nil obstare, quo minus & aliæ adhuc *Syllabæ*, in *Vocalem* cadentes, cum sequentis vocis priore consona coaluerint olim. Genius Linguæ illuc pronus. Etiam *Arabum* pronunciatio vehementissime hanc in partem incumbit. Nimis sæpe suspecta, quæ non satis intellecta, Prudentiam tamen his dignoscendis adhiberi par est; prout nimium videtur acumen, quo *Gen.* 19: 2. & 1 *Sam.* 8: 19. וַיֹּאמְרוּ לֹּא *Et dixere, non*, ex *Dagesh* illo insuper eliciunt voculam לוֹ; ut sit, *& dixere ei, non.* Consimiliter 1 *Reg.* 11: 22. וַיֹּאמֶר לֹא *& dixit, non:* pro וַיֹּאמֶר לוֹ לֹא. *& dixit ei, non.* Id alibi refutandum; cum aliis ejusdem naturæ.

SECTIO IV.

De mutatione Punctorum generali.

XLVI. Omnes *Vocales*, tam *longæ*, quam *breves*, sua natura *mutabiles* sunt. Omnes item ex *accidenti* fiunt *immutabiles*, secundum interiorem *formam*, & *normam*, *Linguæ*, quam *Analogiam* vocare solemus.

א. *Permutatio Punctorum* per *Rabbinos* iis spinis est obsepta, iis confusa tenebris, ut hac potissimum de causa principes in omni

ni Literatura Viri a studio *Ling. Hebr.* resiluerint; quin universam *Punctationis* hodiernæ *methodum* in dubium cœperint revocare.

Nihil quoque *Academicæ* Juventutis ardorem in cursu hocce vel suscipiendo, vel per totam vitam, ut par, prosequendo, magis frangit, & extinguit, quam *molestissima moles regularum*, infinitis *Anomaliis*, & *exceptionibus*, gravatarum. Si inde liberetur *Lingua*, cui *Antiquitatis* venerandæ honorem nemo non defert, nullus dubito, quin ut facilius, ita felicius quoque, in posterum *studia* hæcce colantur, & tum lucis, tum gratiæ, accessiones illæ fiant, quæ cum *Græcis*, *Latinisque*, *Literis*, nostras *Hebræas* de palma contendere posse arguant, ubi *Regina Orientis* pristinam suam pulchritudinem recuperarit.

ב. Ut sanius de *Ling. Hebrææ natura*, & *conditione*, omnes judicare queant, res paulo altius repetenda. Ad *Reg.* 1. nota 3. 4. 5. 6. 7. insinuatum, eam *primævæ Linguæ nativam vim*, & *faciem*, retinere, atque cum *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*, *Dialecto*, unum *Corpus* constituere. Ex tanta amplitudine unus superest *Sacer Codex*; in quo ne centesima quidem pars *Linguæ*. Cogitetur jam, quam angusta debeat esse *Grammatica*, ad reliquias tam angustas composita; & quidem ab iis primitus, qui anguste habitabant, id est, non magnopere abundabant copiis, præsidiisque, ad *Grammaticam* rite constituendam necessariis. Princeps nempe arduum opus aggressus R. *Saadias Haggaon*, *Sec.* IX. Ejus *Rudimenta*, vere rudia, polivit R. *Jud. Hiug Sec.* X. qui *parens Grammaticorum* salutari solet. Ab eo tempore studia gentis exarsere ad *notitiam Linguæ patriæ* per *Grammaticas* & *Lexica* instaurandam. Catalogum eorum exhibuit *Doct. Simon.* L. 1. c. 30. Inter eos eminet R. *Jona Giannachides*, *Medicus*, *Cordubensis*, qui *Sec.* XI. claruit; *Arab. Ling.* luce & ope usus, quod tum *Arabes Hispaniam* ditione tenerent. Ejus notitiam strinxit *ibid. Simon.* nec non Cl. *Wolf.* in *Eleg. Tract.* qui *Hist. Lexic. Hebr.* inscribitur. Hunc æmulatus *Sec.* XII. R. *Dav. Kimchi*, in *Libr.* מכלול *Michlol*, *perfectio*, *consummatio*, scil. *Artis:* adjecto elaboratissimo *Lexico*, quod *Liber Radicum* vocitatur. Hic *unicus* ferme *fons*, unde tum *Judæi*, tum Nostri, hausere: sive *significationes* spectemus *Radicum*, sive *Fundamenta punctationis*. Enimvero maximas ille laudes, suo merito, a me impetrat; sed *perfectum* eum vel *Lexicographum*, vel *Grammaticum*, judicare, nimium profecto. Præstitit ille, quod pro ratione temporum suorum potuit; in *Le-*

Historia Grammaticor. Hebraeor. à R. Saadia Gaon.

Lexico satis accuratus, si *secundariam* Verborum *notionem*, ultra quam penetrare vix potuit defectu lucis, spectes: in *Grammatica* vero, & præsertim *punctorum ratione*, fundanda, nimis subtilis, & argutus. Nil mirum: *Analogia Linguæ*, quæ bonæ *Grammaticæ* unica *Magistra*, maximam adhuc partem tunc temporis ignorabatur. Ne nunc quidem ea in omni suo ambitu cognita; quantumvis incredibiles progressus facti, magnis ingeniis, *Græca*, & *Latina*, *Literatura* succinctis, huc omni ope connitentibus, ut quod *Rabbini* inceperant, elimatum, & perfectum, darent. Circa *fundamenta punctationis* interim graves coortæ dissensiones, quæ hanc *Grammaticæ Hebr.* partem vehementer pressere, quo minus ad nativum decus emergere posset. Nempe 1. nonnulli una spongia quicquid punctorum delevere. Alii 2. cum Cl. *Capel.* puncta partim retinentes, partim *morose* & *superstitiose* nimis a *Masorethis* addita censentes, multam iis curam impendere dignati non sunt. Ulterius quin imo progressus *Episc. Cicestr. Prol.* p. 40. 45. 51. ubi tantum non omnia expungit, quod *instauratio Poëseos Hebraicæ* pro *conclamata haberi* alias debeat. Si aliter ea *Poësis* instaurari nequeat, nunquam resurget. Alii 3. non *puncta* tantum, sed etiam *punctationum regulas Rabbinicas*, sibi defendendas autumarunt, ne Religio videl. detrimenti quid caperet. Atqui *Regulæ* istæ *Rabbinicæ* denormant magnam *Linguæ* partem; atque non subtilitatis tantum otiosæ spinis discentem compungunt, verum etiam magnam ei confusionem, & frustrationem, pariunt, quando per infinitas *Anomalias* distrahitur: & *leges* identidem *figi*, ac *refigi*, animadvertit.

3. Inter eos, qui hanc *Grammatices Hebr.* partem *certis regulis stabilire*, & *solutas Rabbinorum scopas* vincire, conati sunt, palmam haud dubie meretur Cl. noster *Alting*. Ejus *Canones*, cum suis sibi *exceptionibus*, & *variationibus*, non nimis saltem implicant; sed aliquid lucis, & ordinis, rebus obscurissimis infundunt. Extant aliæ *Grammaticæ*, ex ipso derivatæ, in quibus major adhuc *abstractio*, & *subtilitas*; non major lux, nec concinnior methodus. Non *difficilius* iterum reddendum, & *intricatius*, quod *Alting.* bene cœperat extricare: sed *facilior*, *simpliciorque*, *ratio Punctationis* ineunda, sui similis, constans, *Anomaliis*, & *exceptionibus*, innumeris liberata, atque *Linguæ limpido fonte fluentis* imaginem præferens. Nisi huc perventum fuerit, nunquam *solide constituta* censeri poterit *Grammatica*. Eo perveniri, & ascendi, nequit, nisi *Linguæ Hebrææ* vetera jura red-

reddantur: h. e. nisi immittatur in pristinas possessiones *Radicum*, & *Formarum*, quas quum viveret, & floreret, divite sinu complexa fuit. Hæc *Analogia Vetus* ubi restituta erit, *Anomaliæ* sponte defluent; & *regulare*, *justum*, *amussitatum*, agnoscetur, quod pro *irregulari*, *inæquali*, *enormi*, exploditur ab Adversariis Punctorum, atque ab eorundem Patronis, & Advocatis, non felicissime defenditur.

ד. *Methodi* nostræ ratio postulat, ut hactenus nihil *speciatim* præcipiamus, de *punctorum mutabili*, & *immutabili*, *conditione*: ea enim non a *priori* demonstranda; sed a *posteriori* colligenda, & ex certissimis principiis *Naturæ*, id est *Analogiæ*, declaranda. Quum *Conjugationum formæ*, & *normæ* omnes, *perfectæ* quæ vocantur, & *imperfectæ*, bene comprehensæ, & *derivandi ratio* rite est percepta, sponte semet sub manibus expediunt, quæ alias semper impedita manent, tractatoresque suos impediunt.

XLVII. *Mutari* dicuntur *Vocales*, quum vel in totum tolluntur, substituto *Schevate*: vel ex *brevibus longæ*, & vicissim ex *longis breves* fiunt, secundum *Analogiam*, & *fundamenta Linguæ*. *Mutatio brevium* in *longas*, &, vice versa, *longarum* in *breves*, duplex; *directa*, & *obliqua*.

Directa mutatio opponit *Kametz* & *Patach*: *Tzeri* & *Segol*; *Chirek longum* & *breve*: *Cholem* & *Kametz-Chatuph*: *Schuurek* & *Kibbutz*.

Obliqua mutatio patitur etiam *Kametz* in certis casibus *Segol*, & *Chirek breve*, fieri. *Tzeri* item *Chirek breve*. *Cholem* non *Kametz-Chatuph* solummodo; sed & *Kibbutz*. Vicibus inversis quoque *Segol* & *Chirek breve* produci dicuntur in *Kametz*. *Chirek breve* item in *Tzeri*; & *Kametz-Chatuph* in *Schurek*.

א. In priore *Regula* condenda meum secutus sum judicium; eam quippe *Natura* ipsa dictat. Sciendum tamen *Principes Gram-*

 ma-

maticos, qui *obliquam* tantum *oppositionem* tradidere, habuisse & ipsos quod sequerentur. Nempe *Chirek longum*, & *Schurek*, non amant magnopere vel *tolli*, vel *corripi*. Inde opinio invaluit *duas* hasce *Vocales* esse *immutabiles*: & quidem propter *fulcrum literæ*, quo gaudent. Eo nomine etiam *Cholem* nonnunquam *immutabile* fieri censetur. In *Cholem* & *Schurek* tamen error nimis manifestus; nam ex יָקוּם & יָקוֹם *stabit*, retracto in *penult.* accentu, existit יָקָם & יָקֹם: quum tamen *Vaw* ibi *radicale* sit, ac proinde vel maxime locum tueri debuisset, si a *mutatione* adeo abhorrerent illæ *Vocales*. Ad *Chirek longum* non tam liquida mihi omnia: quamvis enim frequenter pro יַפְקִיד *visitare faciet*, scribatur יַפְקֵד, hoc tamen non videtur fieri per *legem oppositionis*, & *correptionis* e *longa* in *brevem*; sed ex ratione *Dialecti*, alibi indicanda. Consimiliter תַנִּינִם *Dracones*, pro תַנִּינִים, non per *correptionem* ita formatur, sed per *rationem variantis Dialecti*: videturque in hisce *Chirek* illud *parvum* ex natura sua *anceps* esse. Res suo loco incudi reddetur.

ב. Superiori observationi adfine, quod *Tzeri* non tantum in *Segol* corripiatur, ex *oppositione directa*; sed etiam in *Chirek breve*, ex *obliqua* illa. E. G. אֵם *Mater* semper facit אִמִּי *Mater mea*. אֵשׁ *ignis*, אִשִּׁי *ignis meus*. &c. Hæ *formæ* nunquam אִים vel אִישׁ efferri potuere in *absoluto*; quia *Radices* sunt אמם, & אשש. Apparet *Chirek breve* non tam respondere *longo Chirek*, quam *τῷ Tzeri*. Idem elucet ex בֵּאֵר *declaravit*, quod mutandum, si *productio* fiat, non in בִּיאֵר, sed in בֵּאֵר: item בֵּרֵךְ omisso *Dagesh* בֵּרֵךְ reddit, non בִּירֵךְ. Quid causæ? 1. Aliam fuisse naturam *Chirek longi*, quam ut ex *brevi* produceretur. 2. In *Tzeri* aliquid ex *e* & *i* mixtum fuisse, quod æque in *i* quam in *e* parvum inclinaret. Et hæc alibi latius.

ג. *Obliqua* ergo *oppositio* a nobis etiam admittitur ex parte saltem. Nempe *Tzeri* liquidum habet jus in *Segol*, & *Chirek breve*. Etiam *Cholem* aliquid juris habet in *Kibbutz*: & *Schurek* in

in *Kametschatuph*; quia soni *o* & *u* valde affines. Sed *Kametz* abire posse in *Segol*, vel *Chirek breve*, vix persuadeor. Citat Cl. *Alting*. pro *Segol*, *reg*. 86. 160. pro *Chirek*, *reg*. 82. 87. 125. 130. sed alia ibi ratio subest, suis locis eruenda.

XLVIII. Nulla *Vocalis brevis* per se absolvere potest *Syllabam*, ut dictum *reg*. XXX. Vel *tollitur*, proinde, vel producitur, vel capit complementum ex *reg*. XXXI.

XLIX. *Vocalis longa*, non patitur post se *Scheva quiescens*; i. e. *consonam* quæ *claudat Syllabam*; nisi *accentu Tonico*, vel *Euphonico*, sustineatur. Si ergo nullus adsit, corripitur in *oppositam brevem*. A עָם *populus*, est עַמִּי *populus meus*. Ab אֵם *Mater*, אִמִּי *Mater mea*. A תֹּם *integritas*, תֻּמִּי *integritas mea*, per *obliquam*, a קֹדֶשׁ *Sanctitas*, קָדְשִׁי *Sanctitas mea*, per *directam* mutationem.

Figura ergo (ָ) post se habens *Scheva quiesc*. nec *accentu Tonico*, vel *Euphonico*, fulta, non *Kametz*, sed *Kametzchatuph* eo ipso esse intelligitur.

א. Non a *Masorethis* confícti hi *Canones* Punctationis *Biblicæ*; sed natura *Dialecti Hebr*. ita *Syllabas* suas conformantis, eos ultro ingessit. Multis vero hoc ipsum suspectum: & si Cl. *Capello* credimus, distinctio tota inter *Vocales longas*, & *breves*, ficta. Non *Eruditionem* suam consuluisse Virum Doctiss. quum ita scriberet, sed *fervorem disputandi* secutum, nimis palam est. Nulla Lingua sine ista distinctione: ut aliquoties jam submonui. Posterior *Canon* de *longa corripienda* ante *consonam Schev. quiesc*. notatam, si *accentus* nullus adsit, fundatus est in ipsa *Pronuntiatione*. Prior de *Brevi* nullam *Syllabam* per se *claudente*, prima fronte suspecta esse posset genium vernaculæ suæ respicienti.

Fateor & mihi olim rem vix credibilem visam. Quando tamen *Dialectos Orientis* perlustro, eorumque fundamenta mente perambulo, ubique reperio, quod dubitationem mihi omnem dirimat. *Chaldæi* & *Syri* non finiunt *Syllabas* in *brevem*, nisi per *accidens*. Si *Chaldæi* suspecti, *Syri* saltem extra suspicionem positi. *Arabes* quidem videntur tolerare tales *Syllabas*, sed videntur tantum: nam revera antiqua ratio, & fundatio, *Dialecti* eorum, etiam hac in parte, cum *Hebraica* concinere deprenditur; si *nunnationes*, & *tremulos* illos in fine *sonos*, ad Corpus Linguæ haud pertinentes, tollamus.

ב. Valde incommodum incipientibus accidit, quod *a longum*, & *o breve*, una notula exprimatur. Vidimus p. 67. hinc errore non uno implicitum Cl. *Cler.* atque hæsitantem, iis etiam in *formis*, ubi citra ullam dubitationem est *Kametz*. Quando tamen res hæc una omnium intricatissima, distincte notetur.

I. *Kametschatuph* ferme connexum habere *Scheva quiescens*, sine ullo accentu. 1. *expressum* in *medio*, ut חָכְמָה *Hoch-mâ*, *Sapientia*. Dignoscitur a חָֽכְמָה *Hâ-chmâ*, *Sapiens fuit* ope *accentus Euphon.* qui monet, prius punctum esse *Kametz*; & *Scheva seq.* esse *mobile*. Talia sunt חָרְבָּה *vastitas*. קָרְבָּן *oblatio*. קָדְשִׁי *Sanctitas mea*. הָפְקַד *Hoph-kád*, *visitare factus est*. 2. *suppressum* in *medio*, sive *latens* in *Dagesh forti*; ut חָנֵּנִי *miserere mei*. כָּרַּת *præcisus est*. *Esech.* 16: 4. שָׁרֵּךְ *umbilicus tuus*. *Ibid.* מָרָּה *amaritudo*; *Prov.* 14: 10. עָזְּךָ *Robur tuum*. יְחָנֵּנִי *miserebitur mei*. 3. *suppressum* ad finem, sine *Mackaph*, ut וַיָּקָם *Wajjákom*, *& surrexit*: וַיָּהָם *& consternavit* *Exod.* 14: 24 וַיָּחָם *& incaluit*. וַיָּמָל *& circumcidit*. 4. *Ibidem* cum *Mackaph*, *Cholem* correpto in *oppositam brevem*, ob *pronuntiationem* ex *Reg.* 23. *acceleratam*: ut כָּל־אֲשֶׁר *omne-quod*: רָב־פְּנִינִים *multitudo-gemmarum*. Ad eam formam *Masorethæ* dederunt *Prov.* 22: 6. יִקְצָור־אָוֶן *metet vanitatem*; pro יִקְצוֹר: adde *Vs.* 11. *Ibid.* & *Vs.* 14. Talia be-

ne multa extant. 5. *Kamets-Chatuph* positum traditur sine *Mackaph*, *accentu Tonico* præsente; bis in כָּל *Ps.* 34: 10. & *Prov.* 19: 7. item in סְעָר *fulci*, *Jud.* 19: 5. ex *Vs.* 8. ubi סְעָד־נָא *fulci-age*, haud dubium jam *Kametz-Chatuph*, pro סְעַד *imp. Kal.*
Nobis *tria* illa verum *Kametz* exhibent: ut & *quartum*, *Dan.* 11:12.

II. *Kametschatuph* etiam agnoscitur *præsente Metheg* 1. quum sequitur *Chateph Kametz*: ut יָחֳרַב *vastabitur.* אָהֳלִי *tentorium meum.* פָּעֳלוֹ *opus ejus.* 2. quum sequitur *Kametz-Chatuph*, ex *Chateph Kametz* oriundum: ut יָחָרְבוּ *vastabuntur.* אָהָלְךָ *O-bol-chá*, *tentorium tuum.* פָּעָלְכֶם *Po-bol-chém*, *opus vestrum.*

III. Seorsim subnecto, etiam *Kametz-Chatuph* existere posse ante *Gutturales*, ob exclusum *Dagesh forte.* Hoc peritissimis fraudi fuit. Ita בָּחַרְתָּ *Job.* 36: 21. omnes legunt per *Kametz* ad *primam* ex *Kal*: quum vis sententiæ requirat *Pybhal*, vel *Pobbal*, ut sit *Bo-chârta*, *Electus fueris*, pro *Boch-charta* בָּחֳרְתָּ, quod resolvitur in בֻּחַּרְתָּ; adeoque ad *Class.* I. *num.* 2. redit. Ad eam rationem בָּאַר pro בֹּאַר *declaratus est.* מָאָס pro מֹאָס *spretus est*, aliaque bene multa, vivente *Lingua*, existere debuerunt. In voce בָּתִּים *Domus*, quæ cum *aff.* quibusdam adsciscit *Methegh* in *antepen.* ut בָּתֵּיכֶם *domuum vestrarum Gen.* 42: 19. legendum *Bot-tê chém*, per *Kametz-Chatuph*; quamvis multi *Kametz* esse velint. Iis *Origo* obstat, sive a בּוּת *pernoctavit* derives cum Cl. *Alt.* sive a בָּנָה *ædificavit*: unde בֹּנֶת *ædificium*, veteri forma, hanc dederit contractionem. Id *Analogiæ* congruentius.

L. Vocales *longæ*, si in *conditione mutabili* sint, ter-

tertia, & ulteriore, *ſede*, ſive *Syllaba*, ab *Accentu Tonico* non conſiſtunt, ſed, ad accelerandam pronuntiationem, tolluntur, ſuccedente *Schevate:* ut פְּקַדְתֶּם *viſitaſtis*, a פָּקַד *viſitavit*: יְרֵאִים *timentes*, a יָרֵא *timens.* יְשָׁרִים *recti*, a יָשָׁר *rectus.* דְּבָרִים *verba*, a דָּבָר *verbum.* לְבָבִים *corda*, a לֵבָב *cor.* קֳדָשִׁים *Sanctitates* a קֹדֶשׁ *Sanctitas.*

Eædem *immutabili* in *conditione* poſitæ, ultra *penultimam* diſtantes ab *Accentu Tonico*, accipiunt *Methegh;* Vid. *reg.* XXIV. הָרָקִיעַ *expanſum:* בֵּאלֹהִים *in Deo.* טִירָתָם *Arx eorum Pſ.* 69: 26. תִּירוֹשָׁם *muſtum eorum*, *Pſ.* 4: 8. Item : תּוֹשִׁיבֵנִי *ſedere facies me*, *Vſ.* 9. דּוֹרוֹתֵינוּ *generationes noſtræ*, *Joſ.* 22: 27. שׁוּעָלִים *vulpes*, *Jud.* 15: 4. pro quo *Pſ.* 63: 11. שֻׁעָלִים, *Kibbutz* vicem *Schuurek* occupante. Voci *Polyſyllabæ* nonnunquam *Methegh geminum* apponitur.

א. *Mutabilis*, & *immutabilis*, *conditio Vocalium longarum* pendet ab *Analogia*, & *interiore norma Linguæ*. Nihil de ea cum fructu præcipi, nihil etiam percipi poteſt, niſi *fundamentis* rite *jactis*, expoſitiſque *Conjugationum*, *declinationum*, *derivationumque* omnium formis; nec non reliquis partibus orationis, ſecundum cujuſque indolem, ac proprietatem, enucleatis. Tam diu ergo hæc cura a nobis ſeponitur. *Generalia* hactenus, & quæ *certæ legis*, prælibamus. Tale eſt quod *Chirek longum* vix ac ne vix quidem *mutetur* ob diſtantiam ab accentu. *Schuurek* quoque conſtans ferme: nec non *Cholem* ubi *Vaw* habet adjunctum. *Mutabiles*

biles ut plurimum *Kametz*, *Tzeri*, *Cholem* sine fulcro ו *Vaw*. Non raro tamen & hæ ipsæ *immutabiles*, quod earum præsentia ad *formam* vocis, & *vim* significationis, omnino requiratur. Inde simul elucet, cur iisdem tunc *Methegh* appingatur: quum sine *mora* quadam *longiore* duo hæc facile aures prætervolarent.

LI. Loco *Schevatis simplicis*, quod abjectæ *Vocali* succedit, sub *gutturalibus* plerumque adhibentur ejusdem *vicaria*, de quibus p. 68. non tamen æquo jure omnia, sed suis legibus, finibusque.

LII. Locum *Schevatis quiescentis* occupat *Patach furtivum* in *fine* vocabuli, sub ה *radicali*, ח, & ע *ultimis* I. præeunte *Vocali longa* quavis, excepto *Kametz*. Redeatur ad p. 118. & 72. Ita שֹׁמֵעַ *audiens*. שָׁמִיעַ *auditus*. שָׁמוֹעַ vel שָׁמֹעַ *audire*: שְׁמוּעַ *auditus* iterum. Cur *Kametz* excipiatur, mox dabitur. Nulla *brevis* post se hac *ope commodioris pronunciationis* indiget. Nimia etiam subtilitate traditur, ipsum *Patach furtivum* in locum *brevis* præcedentis migrare. Rem in notis explanabo. II. Sub iisdem החע *penultimis*, si sequatur alia adhuc *consona Schevate quiesc. notata* i. e. *Syllabam claudens*. Plerumque tum præcedit *Patach*, ut לָקַחַתְּ *Lakáabht*; *cepisti*. f. שָׁמַעַתְּ *audivisti* &c. Hoc casu & *Kametz* præire potest; nam in *Pausa* existit לָקָחַתְּ *Lakaaabht* &c. Potest & *Chirek breve*; ut יִחַד *Jiabhd*, *Lætetur*, *Job*. 3: 6. quod est pro יֶחֱדֶּ *fut*. in *kal*, a חָדָה. Apparet cum reliquis *Vocalibus*

bus idem fieri potuiſſe, ſi ita caſus tuliſſet.

א. *Kametz* non patitur poſt ſe *Patach furt.* ſub ultimis החע, ut גָּבָהּ, *altifrons fuit.* לָקַח *cepit.* שָׁמָע *audivit*; in *Pauſa*; quia *tractus* ille *longior longæ aa*, per *accentum* elevatæ, *Patach furtivo* non indiget, vel potius illud abſorbet. Quod autem ſequente alia *conſona*, antecedere poſſit non *Kametz* ſolum, ſed & *Patach*, quin *Chirek*, & quæcunque alia, iterum a natura pronuntiationis pendet, nam לָקָחַתְּ *Lukábht*, *accentu tonico* fultum, nunquam tam cito, & preſſe, ex ore exibit, quin *ſonus* ille *furtivus* ſurrepat, ſeque ſponte ingerat. Idem in יִחַדְ tentanti ultro perſentiſcere licebit.

ב. Nimiam dixi ſubtilitatem, quod *Patach furtivum* concipiatur a Cl. *Alt.* migrare in locum *præced. Vocalis brevis*; & *verum Patach* fieri. Ita גֹּבַהּ *altitudo* ei videtur ex גְּבֹהַּ ortum. Item וַיָּנַח *& requievit*, ex וַיָּנֹחַ, quod ex יָנוּחַ, *fut.* in *kal a rad.* נוּחַ *quievit.* De priori exemplo aliquid ſubmonebo ad *Reg.* 63. de poſteriori ad *Reg.* 146.

LIII. *Schevata compoſita* per ſe *mobilia*, i. e. *Syllabam inchoant.* Iis indigent אהחע ad commodiorem pronuntiationem. Ergo in *principio ſemper* vice *ſimplicis mobilis* adhibentur; itemque in *medio*: in *medio* quidem *ſimplex Scheva quieſcens* non plane reſpuunt; plerumque tamen pro eo aſſumunt *compoſitum*, i. e. *mobile*, atque aliam efficiunt *Syllabæ* formam.

א. Supra p. 71. 72. contra Cl. *Capel.* inſinuavi, *Schevata* com-

composita veram constituere partem *veteris pronunciationis*. Id ut evidentius patescat; attendi velim ad naturam τῶν אהחע, quæ sine hoc subsidio efferri vix possunt. Nempe *Aleph* est *Spiritus lenis*; ut *He*, *asper*; duæ reliquæ adhuc *asperiores*. Jam vero *Spiritalis* ille *flatus* sine *specie* quadam *Vocalis* non potest connecti cum consona sequente. E. G. אְמֹר *qmôr*, *dicere*, si *Græce* pingendum foret, esset ̓μὸρ, cum *spiritu leni*. Vides *vocem nibili*, nisi succurrat species *Vocalitatis*, per ἀμὸρ *Radicem* אָמַר sustinens, & indicans. Ajo itaque, *necessarium fuisse Scheva compositum*, quo אֱמֹר sonari posset; quia *merus spiritus* sine *ficticia* saltem *Vocali* non potest enunciari. Cernas in *Ling. Græca*, ubi ne *asper* quidem *spiritus* unquam *consonæ* præmissus, nisi in ῥῶ. Ad eam rationem הְדֹם *scabellum*, si per *Scheva simplex* efferretur, redderet tantum ̔δὸμ: quod, ut *Radix* maneret, in הֲדֹם ἁδὸμ per *Chateph Patach* omnino resonandum fuit. Cogitet quis, *Vocalem veram* ibi locari potuisse. Frustra: nam *Analogia Linguæ* eam in his, aliisque, admittere nequit. *Syri* quidem pro *Schevate composito* scribunt *Petocho* & *Rebotzo*, id est, *a*, vel *e*, *breve*, sed *soni* illi *veræ* apud eos *Vocalis* vim haud implent. Idem de *Arabibus* statuendum; quamvis pro ratione *Dialecti* hic paululum varient.

ב. Apparet absoluta *necessitas Schevatis compositi*, in *a*, *e*, *o*, *brevissimum* resonantis sub *Gutturalibus*, pro *natura*, & *origine*, cujusque *formæ*, quotiescunque *Scheva mobile simplex* sub iisdem ex *Analogia* fuisset locandum. Hoc fit I. in *initio* vocis, *frequentissime* 1. per *Chateph Patach*, אֲשֶׁר *qui*, *quæ*, *quod*; pro אְשֶׁר: & אֲבִיהֶם *pater eorum*, אֲחִיכֶם *frater vester*: עֲלֵיהֶם *super illis*. עֲדִי *ornatus*. חֲלִי *monile* &c. &c. 2. perfrequens quoque *Chateph Segol*, ut אֱוִיל *stultus*. אֱלִיל *idolum*. אֱנוֹשׁ *homo*, cujus *plur*. אֲנָשִׁים *homines*. אֱלוֹהַּ *Numen*. אֱמֹר *dic*. &c. Ra-

rius 3. *Chateph Kametz*, vix reperiundum nisi in *formis Segolatis* פֹּקֶד, quum *Cholem* in *Scheva* abiit; ut אֳהָלִים *tentoria*, ab אֹהֶל: & חֳדָשִׁים *menses*, a חֹדֶשׁ: sic חֳמָרִים *acervi*. עֳמָרִים *manipuli*. &c. Huc pertinent חֳלִי *morbus* pro חֹלִי; & עֳנִי *afflictio* pro עֹנִי, de quibus alibi. "*Kametz-~~Chatuph~~* plane *Anomalum* exstat *Jud.* 9: 9. 11. 13. in חֳדַלְתִּי ex חָדַלְתִּי *desinam*? Quid causæ, alibi disquirendum. Nempe *Chateph Kametz* certæ semper legi adstrictum, nec cum sociis commutabile: *Chateph Patach*, & *Chateph Segol*, liberius eunt; & vices inter se commutant sæpissime. II. In *medio* item pro *Schevate simpl. mob.* frequentatur. 1. *Chateph Patach*; ut אֲחָזָה *cepit* f. פַּחֲדָה *timuit*. גֹּאֲלִי *Goël meus Job.* 19. Minus 2. crebrum *Chateph Segol*: ut יֶאֱחֱזוּ *capient* pro יֹאחֲזוּ *plur.* a יֹאחֵז: & אֹהֱלָה *tentorium versus*, ab אֹהֶל &c. Utrobique ansa & occasio dilucet. יֶאֱחֹז *capiet*, ut & reliqua hujus generis, huc non pertinent; nam ex *Schevate quiescente* talia oriuntur, de quibus mox. Rarissimum iterum 3. *Chateph Kametz* ut תְּשַׁחֳדִי *munerasti*, ex תְּשַׁחֵד, *Ezech.* 16: 33. Adde *Esaj.* 44: 13. יְתָאֳרֵהוּ *effigiabit illud*. Est *fut.* in *Pih.* & *Taw* habet *Kametz*, non autem *Kametz-Chatuph*. Hæc creduntur *Anomala*, nec tamen sunt. Id *Analogia* omni percepta constabit. In יֶחֱרַב *vastabitur*, aliisque fat crebris, alia iterum ratio, quia *Scheva quiescens* ibi locandum fuisset, יֶחְרַב *Jech-rabb*, pro quo mollius elatum *Jo-cherabb*. &c.

Chateph=

3. Quæ *Rabbini* confusius de *Composito* in locum *Quiescentis Schevatis* substituendo docent, in ordinem aliquem redegit Cl. *Alt. num.* III. IV. V. Sed ne is quidem satis vel lucidus, vel simplex, & naturalis. Nos Naturam magistram sequentes, quatuor, quinque, certissimas regulas ponemus, ad quas omnia sua

ſua ſe ſponte explicabunt. 1. *Scheva quieſcens* ſub *Gutturalibus in medio* rite conſiſtit: ſive ut clarius dicam, *Gutturalis claudere poteſt Syllabam*; tum in *fine*, tum in *medio*. שָׁמַע *audivit*, שָׁמַעְתִּי *audivi*: יִהְיֶה *erit*: יִחְיֶה *vivet*. יֶחְדֶּה *lætabitur*: &c. אֶהְיֶה *Ero*. 2. *Gutturales* non amant admodum, ut *Chirek breve* præcedat, ob *raſionem gutturis*, & *ſoni exilitatem*. Plerumque ergo pro *Chirek* adhibetur tunc *Patach* vel *Segol*: ut יַאְסֹר, & יֶאְסֹר *ligabit*: pro יִאְסֹר fut. *Kal* ab אָסַר. Huc referenda quæ *num*. V. dedit Cl. *Alt*. Quum tamen 3. vel ſic *incommodior* ſit *pronunciatio*, pro *Schevate quieſc*. aſſumi cœpit *mobile*, & quidem *compoſitum*, vel *Chateph Patach*, vel *Chateph Segol*, pro ratione præcedentis *Vocalis*, addito ad *Syllabæ defectum* complendum *Methegh*. Secundum hanc rationem pro יֶאְסֹר *ligabit*, יֶאֱסֹר, & pro יַאְסֹר extitit יַאֲסֹר, in *fut*. *Kal*. Hæc norma ſe extendit quoque ad *præt*. & *part*. in *Niph*. nec non *præt*. in *Hiph*. itemque *imperat*. in *Kal*, quando *media Gutturalis*: ut נֶהֱפַּךְ *verſus* eſt, pro נֶהְפַּךְ, ex נִהְפַּךְ: נֶהֱרַס *destructus*, pro נֶהְרַס, ex נִהְרַס. הֶאֱזִין & הֶאֱזִין *auſcultavit*. אֱחֹז & אֱחֹז *capite*, ex אֶחֹז. Huc revocanda ſunt, quæ Cl. *Alt*. *Reg*. 53. *num*. IV. & *Reg*. 63. *num*. VI. ſpinoſius ex *Rabbinis*. Adde, quod *Reg*. 53. *num*. III. extat; אַעֲלֶה *adſcendere feci*, pro אַעְלֶה: ubi directe adeſt *Patach*, ad *formam Hiph*. & מָאֳסָם *ſpernere eorum*, pro מָאְסָם *Inf. kal*. פָּעֳלִי *opus meum*, pro פָּעְלִי &c. ex פֹּעַל &c. Ad hanc normam 4. & Kametz-Chatuph pro *Schev. quieſc*. exiſtit, ſi præcedat *Chateph Kametz*; ut הָעֳבַד *ſervire factus eſt*, pro הָעְבַד in *Hoph*. Inde תָעָבְדֵם *Exod*. 24: 5. *Subjicieris illis* &c. Non placet *Anomaliam* induci,

Catheph-Kametz
Kametz Chatuph

pro תָּעָבְדֵם *coles eos*. 5. Etiam *præcedente Kibbutz* adſciſci par eſt *Chateph-Kametz*, tamquam adfinius; quum *Chateph Kibbutz* non detur. Sic ergo יָחֳרַב *vaſtabitur*, fit primo יֻחְרַב: & mox diſſonantiæ vitandæ cauſa יָחֳרַב: quum ſoni *u* & *o* ut vicini, ita vices commutare apti ſint. Poſtremum tamen hoc ſubtilius, quam neceſſarium; quum in omnibus hiſce directe *Kametz-Chatuph* præiiſſe cenſeri poſſit: æque enim יָחֳרַב permittitur, ac יָחְרַב. Ad filum harum regularum ex *Labyrintho Grammaticorum* intricatiſſimo ſe evolvet quiſque; qui modo pro campo non dumeta malit, & ſpinas, in quibus acumen cum *Rabbinis* diſperdat.

ד. Ut nil liberius Lingua, ejuſque vivo uſu, ita non mirum, ſi aliquando Harmonia *Vocalis brevis*, & *Schevatis compoſiti*, neglecta. Sic תְּהַלֵּךְ extat pro תְּהַלֵּךְ *Pſ.* 73: 9. & *Exod.* 9: 23. Regularius fuiſſet תְּהַלֵּךְ vel תֶּהֱלַךְ. Non eſſe vitioſam Lectionem, ſed de induſtria captatam, alibi probabitur. Alterius naturæ exemplum אֲחָזַי *cape*; ab אֱחֹז; pro אֶחֱזִי, quod in quibuſdam tamen *Exemplaribus* expreſſum. Talia complura proſtant, liberioribus ſpatiis ſervanda.

ה. Ejuſdem libertatis aliud ſpecimen; quod *Scheva quieſcens* ante *Adformantes Syllabicas verborum* immutabile alias, & conſtans, extra ordinem tamen in *Scheva compoſitum* abierit *Gen.* 26: 29. in נְגַעֲנוּךָ *tetigimus te*; pro נְגַעְנוּךָ: & יְדַעֲנוּךָ *novimus te*, pro יְדַעְנוּךָ: item הוֹקַעֲנוּם *ſuſpenderimus eos*, pro הוֹקַעְנוּם. Genus alibi quoque examinandum. Errant, qui vitium ſubeſſe opinantur.

LIV. *Gutturalibus* quidem proximum jus in *Schevata compoſita*. Attamen vel *Origo* Vocabuli, vel *Euphonia*, vel *Dialecti* peculiaris ratio, etiam aliis *Li-*

Literis eadem sæpe subjunxit. In his tamen exprimendis Codices discrepant.

א. Pro specimine habeatur 1. *Chateph Patach* loco *Schev. mob.* in תְּבָרֲכוּ *benedicetis* *Num.* 6: 23. זֲהַב *aurum* *Gen.* 2: 12. Iterum loco *Schev. quiesc.* in קִלֲלַת *maledictio* *Prov.* 26: 2. pro קִלְלַת: & רֻטֲפַשׁ pro רֻטְפַשׁ *revixuit turgens*, *Job.* 33: 25. Plura dabit Cl. *Alt.* Similia apud *Arabes* occurrere, submonui *Clav. Dial.* p. 361. *Chatephsegol* 2. semel in quibusdam *Codicibus* comparet 2 *Sam.* 6: 5. ubi צֶלְצְלִים legunt alii, alii צֶלְצֱלִים. Singulare est צֶלְצֶל: unde mansisse *Chateph-Segol*, haud sane mirum esset. Dices nuspiam alibi sic legi. Cedo copiam Librorum Veterum, & exemplorum affatim suppeditabo. יֱהֹוִה huc non pertinet; nam *peregrina* illa *punctatura* ab אֱלֹהִים transsumta, ut י ibi censeatur pro א stare. *Chateph-Kametz* 3. sat frequens, præsertim in formis פָּקֳד; & פָּקֳי ex פָּקְי *Pokej.* Ita a קֹדֶשׁ *Sanctitas*, in *plur.* קֳדָשִׁים *Sanctitates* &c. יָפֳי ex יָפְי, cujus *origo* fuit יָפְי *Jophej.* Alia alibi excutientur: omnibus enim hisce sua, eaque sat justa, ansa. Nec nodus in scirpo quærendus ergo; nec talia ullo pacto sollicitanda.

ב. Scilicet *Schevata composita*, si *naturam* spectes, nihil aliud quam *soni* quidam *insiticii*, qui ad *commodiorem*, & *signantiorem*, *pronunciationem*, vivente Lingua, adoptati fuere. Hos *non-Gutturalibus* addere nil prohibet; multa quin imo jubent; quod ex allatis exemplis periti facile mihi consciscent.

ג. Nimis scrupulosa cura *Rabbinorum*, quando tradunt, *Scheva compositum* sub *non gutturali*, in *concursu* cum *antecedente Schevate*, haberi pro *simplici*. Nempe וּזֲהַב *Ouzahab*, *Gen.* 2: 12. alias וְזֲהַב *Wazahab* fieri debuisset: & הֲבְרָכָה *an benedictio*,

Gen. 27: 38. non potuisset sub הֲ *interrogat.* accipere *Patach*, pro *Chatephpatach*, *Reg.* 105 nisi *Scheva simplex* sequeretur *reg.* 59. Utinam *fictiones* illæ *juris Grammatici* Magistris relictæ fuissent! Ad *Vaw* ibi in *Schuurek* inclinandum, non opus est ut *fingam* mihi pro *composito* iterum *Scheva simplex*. Posterius adhuc inconcinnius; quum *He interrog.* æque *Patach* admittat, quam *Chatephpatach*.

LV. Quum duo *Schevata quiescentia* in medio concurrere non possint, pro indole L. L. O. O. *Reg.* XXXIII. p. 106. *posterius* sponte sua fit *mobile*; ut עַבְדְּכֶם *servus vester*; מַלְכְּכֶם *rex vester*. Nonnunquam etiam adsciscitur in medio *nova Vocalis*, quæ *Epenthetica* dici solet: ut סַבֹּתִי *Sab-bô-thi*, *circumdedi*, pro סַבְּתִי *Sabb-ti*: quin *Litera quiesc. Jod*, cum *Segol*, inserta in *Imp.* & *fut. deficientium med. rad.* &c. &c. ut סְבֶּינָה *circumdate*, pro סֹבְנָה: & תְּסֻבֶּינָה *circumdabitis*, pro תָּסֹבְנָה.

א. Hæc insertio propria est *Hebraicæ Dialecto*. *Chaldæi* & *Syri* eam refugientes, *Dagesh forte* ejiciunt: atque ita *Radicem* obscurant. *Arabes* redeunt ad *formam perfectam*, atque *Thema* offuscari non patiuntur.

LVI. Duo *Schevata mobilia*, sive *simplicia* sint, sive *composita*, concurrere nequeunt, nec in *principio*, nec in *medio vocis*, ut *Reg.* XXXIII. præstructum. Hinc mutatio non una orta.

LVII. Concursus *Schevatis simplicis mobilis* gemini evitatur per *formationem novæ Syllabæ*; *Schevate prio-*

priore scil. in *Vocalem brevem* mutato, *posteriore* autem *Syllabam claudente*, atque ita in *Scheva quiescens* abeunte. Sic ex כְּבְנֵי *sicut filii*, nascitur כִּבְנֵי: ex לְפְקֹד *ad visitandum*, לִפְקֹד: ex בְּפְקֹד *in visitando*, בִּפְקֹד. Cum illis כלב perpetuum est *Chirek breve* in *Dial. Hebr*. Aliæ *Vocales breves* in aliis *formis* permittuntur, pro cujusque natura, & origine; ut a פְּקֹד *visitare* in *affixione*, sublato, ad *pronunciationem* celerandam, *Cholem*, existit primo פְּקְדִי *visitare meum*; indeque mox פִּקְדִי & פָּקְדִי: nonnunquam & פֻּקְדִי, פְּקֻדִי, פֶּקְדִי. &c. &c.

Litera Jod hoc in casu cum *præced. Chirek* in *quietem* concedit; ut בִּיסֹד *in fundando*, pro בִּיְסֹד: & לִיסֹד *ad fundandum*, pro לִיְסֹד &c. לִישׁוּעָה *in salutem*, pro לִיְשׁוּעָה, ex לְיְשׁוּעָה &c. &c. Aliquando etiam in *Tzeri* capitur illa *quies*; ut לֵירֹא pro לִירֹא *ad timendum*, unde לֵרֹא contractum 1 *Sam*. 18: 29. Consimiliter alia multa *geminam formam quietis* assumunt: de quibus suo loco.

Litera Vaw hoc in casu recipiens *Chirek sub se*, abit in *quietem* per *Schurek*, & *posterius Scheva* manet *mobile*. Sic וּבְדֶרֶךְ *Ou-bhedberech*, *& in via*, *Ps*. 1: 1. pro *Wibh-dhe-rech*: וּלְמֶלֶךְ *Oulemelech*, &

re-

regi, pro *Wil-melech:* וּכְצֶלֶם *Ou-chetzelem*, *& sicut imago*, pro *Wich-tzelem.*

א. Apparet *stridorem* & *Chirek* sub *Waw*, non nimis gratum, ansam dedisse huic mutationi: atque ita pro *Syllaba incommoda* quæsitam *molliorem*. Non satis autem emollita fuisset, nisi *posterius Scheva* mansisset *mobile*; nam *Oul-melech* durum: durius *Oubb-dberech*. Præsidet ergo his, aliisque, *Euphonia*. Magistri in *pronunciatione* præmitti volunt *Aleph*. Causam p. 108. indicavi.

LVIII. Concursus *Schevatis simplicis mobilis*, & *compositi*, sic vitatur, ut pro *simplici illo* assumatur ea *Vocalis brevis*, quæ in *Compositione sequentis* adest, addito *Methegh* ad *complementum Syllabæ*. Sic בַּאֲמֹר pro בְּאֲמֹר, בֶּאֱמֹר & בְּאֱמֹר pro בְּאֱמֹר *in dicendo.* וַאֲנִי pro וְאֲנִי, *& ego.* לֶאֱנוֹשׁ pro לְאֱנוֹשׁ *homini:* לָחֳרָבוֹת *in vastitates*, pro לְחֳרָבוֹת. &c. &c.

א. Mutatio hæc tam *simplex*, & *naturalis*, ut sponte se sua insinuet. Aliter fieri nec debuit, nec potuit. *Mora* quoque *paulo longior* ibidem necessaria; ac proinde *Methegh* ibi habet jus in *Natura* ipsa fundatum. Nisi וֶאֱלוֹהַּ *& Deus*, sese paululum sustineat ad prius *Segol*, sentiri nequit *motus* primæ Radicalis *Aleph*. Idem ex לַאדֹנָי *Domino*, *Ps.* 136: 3. percipere est. Pronuncia sine *Methegh*, & senties *Aleph* quodammodo supprimi, ac quasi in *quietem* ire: immo vel sic parum, aut nihil, abesse, quin in *quietem* concessisse videatur.

ב. En *naturalem*, & *simplicem* sane, rationem, unde orta solemnis illa contractio per *quietem* & א, in *nominibus* אֲדֹנָי *Domi-*

minus; & אֱלֹהִים *Deus*, *Numina*, cum *præfixis* וכלב. Nempe pro וַאֲדֹנָי & *Dominus*, obtinuit וַאדֹנָי, atque ita cum reliquis: itemque pro בֶּאֱלֹהִים perpetuum בֵּאלֹהִים *in Deo* &c. Eadem *formatio* adſcita a *Maſorethis* ad *Tetragrammaton* יהוה, quod ſecundum ipſos ſaltem ab אֲדֹנָי puncta mutuatur, quando exaratum יְהוָה; ab אֱלֹהִים autem, quum יֱהוִה ſcriptum. Hoc fit præcedente *Adonaj*, ne bis *Adonaj Adonaj* efferatur. Ex priore lectione ſunt לַיהוָה *Domino*, & בַּיהוָה *in Domino*: מֵיְהוָה *a Domino*. &c. Ex poſteriore, לֵיהוִה *Pſ.* 68: 21. &c.

ג. Vigente Lingua alia bene multa in conſimilem *contractionem* incidiſſe, ambigi non debet. Sic לֵאמֹר pro לֶאֱמֹר *dicendo*; paſſim. *Quieſcentia prima Aleph* in *Præt.* & *Partic. Hiph.* idem facere potuere. Ejuſdem naturæ eſt וָאעַנֶּה & *adſligam*, pro וָאֲעַנֶּה. Cl. *Alting.* hoc *ſingulare* vocat; ut revera eſt, ob *penuriam* Librorum. Si eorundem copia foret, copia quoque ſuppeteret ſimilium formationum, quibus viva Lingua debuit ſcatere.

ד. Verba הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit*, huic *Regulæ* non parere creduntur, quia *Scheva compoſitum*, quod ad *primam Radicalem* recipiunt, ut in הֱיוֹת *eſſe*; חֲיִיתֶם *vixiſtis* &c. non efficit לִהְיוֹת *ad eſſe*: ſed reponitur לִהְיוֹת: ſimiliter וִחְיִיתֶם & *vixeritis*, non וַחֲיִיתֶם. Cave credas *Anomaliam* eſſe; eſt enim *Analogia* pura puta. Nempe הָיָה in *fut. Kal* facit יִהְיֶה *erit*, ut Reg. LIII. viſum; non יֶהְיֶה, vel יֱהְיֶה; ergo etiam cum וכלב *Chirek* & *Scheva quieſc.* retentum. Idem de חָיָה *vixit*

intellectum esto. Dicitur tamen וְחָיָה & *vivito*; ad formam אֶחְיֶה *vivam*. Ergo & hoc *Analogum*, ut quod maxime.

LIX. Concursus *Schevatis compositi*, & *simplicis mobilis* I. in *initio* vocis *una* tantum *ratione* vitari potest, ut ex *ficticia* existat *vera Vocalis brevis*; cum sequenti *consona* unam in *Syllabam* connectenda: i. e. ut *Chateph Patach* in *Patach*; *Chatephsegol* in *Segol*; *Chateph-Kametz* in *Kametz-Chatuph* transeat: Ita חֲבָלִים *funes*, in *constr.* חֲבְלֵי primum, mox חַבְלֵי postulat: item חֶבְלֵי *dolores*; quod tamen a חֲבָלִים potius, cujus *sing.* חֵבֶל. A קֳדָשִׁים *Sanctitates*, nascitur eadem lege primum קֳדְשֵׁי, & dein קָדְשֵׁי &c. &c. II. In *medio* vocis bifariam: vel enim 1. abjicit iterum suum *Scheva*, *servata Vocali*, & posterius illud *simplex mobile* fit *quiescens* i. e. *claudit Syllabam*. Ita יַעֲמְדוּ *stabunt*, fit יַעַמְדוּ: & נֶהֶפְכָה *conversa est*, fit נֶהֶפְכָה: & יֶעֶבְדוּ *in servitutem subigentur*, fit יַעַבְדוּ: Ex פָּעָלְךָ *opus tuum*, פָּעָלְךָ &c. &c. Vel 2. abjicit *Vocalem fictitiam*, & fit *Scheva simplex quiescens*; atque posterius manet *mobile*. Sic יַעְמְדוּ *stabunt*: נֶהְפְּכָה *conversa est*: יַעְבְדוּ *subigentur*. פָּעְלְךָ *opus tuum* &c. &c.

N.

א. Nihil in his legibus, quod non *Natura* ipsa, & *Pronuntia-*
tionis vis, sponte suggerant. Eæ in *medio* constanter valent. In
principio paulo liberior ratio; nam ex *Chateph Patach* potest exi-
stere *Segol*, nec non *Kametz Chatuph*: ut ex חֲבָלִים *dolores*, fit
חֶבְלֵי; & ex עֲרָלוֹת *præputia*; עָרְלוֹת &c. Item אִמְרֵי *dictum*
meum ex אֹמֶר: quin אִמְרֵי *dicta*, ex אֲמָרִים, quod ab אָמֵר *di-*
ctum: unde regulariter אֲמָרֵי existere debuisset. Genus hoc per
reliquias Ling. Hebr. late fusum; in quo digerendo, nimis an-
xie laboratum a *Grammaticis*; nulla enim in his *Anomalia*; sed
omnia Ἀναλογῶς procedunt, si modo attendamus ad priscam *Lin-*
guæ amplitudinem, quæ dedit *triplici forma*, אָמַר, אָמֵר, אֵמֶר.
A priore mansit אִמְרָה *fæm.* & אִמְרֵי *plur. masc. constr.* ut *fæm.*
est אִמְרוֹת ex *absol.* אֲמָרוֹת, in quam *formam triplex* illa *singu-*
laris resolvi potest; unde *quintuplex flexio regiminis*, אֶמְרֵי, אֲמָרֵי,
אִמְרֵי, אָמְרֵי, אִמְרֵי. Prima descendit ab אֵמֶר: duæ mediæ
ab אֵמֶר: duæ postremæ ab אֹמֶר. Ad hanc normam nihil non
quadrare reperietur. Par ratio *infin. constr. Kal*: nam ab אֱמֹר
dicere, nasci potest אִמְרִי, אֲמָרִי, אֶמְרִי, אִמְרִי, אָמְרִי, אֱמָרִי, & a
עֲבֹר *transire*, עִבְרִי, עֲבָרִי, עֶבְרִי, עִבְרִי, עָבְרִי, עֱבָרִי &c. Idem
obtinet in *imperat.* vel *adform.* vel *adfixo*, auctis; de quibus ali-
bi plura.

LX. Singularis *constitutio Syllabæ*, aliquando & *mutatio Vocalium*, oritur ex *compensatione Dagesh fortis*, quod secundum *Reg.* XLIV. a *Literis Gutturis*, & *Resch*, ferme respui solet. *Compensatio* illa *duplex est*: *explicita*, & *implicita*. I. *Explicita* vo-
ca-

catur, quum *Vocalis brevis* producitur in *oppositam longam.* Sic בֵּאֵר pro בִּאֵר *declaravit.* בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ *benedixit.* בָּרֵךְ pro בַּרֵךְ *benedicere.* בֹּרַךְ pro בֻּרַךְ *benedictus est* &c. &c. Hæc *compensatio* ante omnes *indagessabiles* locum habere potest. II. *Implicita* dicitur, quæ *Vocalem brevem* retinet, eique ex *Analogia* tantum tribuit *complementum* illud, quod *Reg.* XXXI. *num.* 3. tactum. Talia sunt בִּאֵר *declaravit:* מַהֵר *festinare.* רֻחַץ *lotus est.* פֹּעַל *factus est*, in *Conj. Pyh.* item פִּעֵל *Pihel*, *fecit*; & הִתְפַּעֵל *factitavit.*

א. *Rabbini* & hic nimis anxie ad calculos federunt, multas minutas regulas obtrudentes, secundum quas hæc *gemina compensatio* dirigi debeat. Istis præceptiunculis facile caruissemus: nam dubitari nequit quin omnibus idem *jus naturale* fuerit; quod per *Euphoniam*, & *vivam consuetudinem*, unice potuit regi. Conferantur ea, quæ ad *Reg.* XLIV. notata.

LXI. Ex reliquis quoque Literis *Dagessabilibus*, ob *Euphoniam*, nonnunquam *Dagesh forte* omittitur, præsertim quando eæ *Vocali* carent. *Necessaria* I. est hæc omissio in *fine*, ut יְגַל *revelabit*, pro יְגַלְּ, quod est pro יְגַלֶּה *fut. Pih.*; & יְגֻל *revelabitur*, pro יְגֻלְּ, quod est pro יְגֻלֶּה &c. Excipitur נָתַתְּ *dedisti:* אַתְּ *tu f.* Causa superius insinuata sub *Reg.* XLIV.

XLIV. *Arbitraria* eadem II. in *medio*; ex *litera Schevâta*: ut תְּבַקְשׁוּ *Ps.* 4: 3. pro תְּבַקְּשׁוּ, *quaeretis.* כָּלְכֶם *Jos.* 8: 4. *universitas vestrum*, pro כֻּלְּכֶם: & חָקְכֶם *pensum vestrum Exod.* 5: 14. pro חֻקְּכֶם. Diversae classes talium existunt; quibus omnibus aliquid subest elegantioris rationis. Multa tamen huc relata a *Grammaticis*, quae alterius sunt naturae.

LXII. Diximus supra *Reg.* XLIV. *Dagesh forte* esse vel *Characteristicum*; vel *Compensativum*; vel *Euphonicum*. De *Characteristico conjugationum Pihhel*, *Pyhhal*, & *Hithpahhel*, agemus infra. Hic tangimus *compensativum*, quod & *necessarium*, & quidem eo tantum casu, quo secum trahit *mutationem* aliquam *Vocalis longae* in *brevem*. Hoc fit, quum *litera ultima vocis defectivae*, *incremento finali auctae*, duplicatur, ad *defectum*, i. e. *elisionem*, *unius radicalis* compensandum. Ita עָם *populus* in *plur.* dat עַמִּים *populi*: a *rad.* עמם: & אֵם *mater*, cum *adf.* אִמִּי *mater mea*, ab אמם: & חֹק *statutum*, *pensum*, חֻקִּי *statutum meum* &c. &c. Redi ad *Reg.* XLIX. Hoc tamen *Dagesh* nonnunquam excidere posse, *reg. praec. num.* II. vidimus: ad quam rationem אֶשְׁכֶם *ignis vester Esaj.* 50: 11. elatum, quod alias אִשְּׁכֶם vel אֶשְּׁכֶם efferri debuisset. *Euphonia* una hic Magistra.

LXIII. Compendifaciemus, quae Cl. *Alting.* his nu-

numeris VIII. digessit, de *mutationibus nonnullis punctorum* tum *Vocalium*, tum *non-Vocalium*, id est *Schevatum*, ex *Euphonia* oriundis: simulque lucem aliquam iisdem infundere conabimur.

א. *Num.* I. dicitur, *Schurek*, & *Kibbutz*, *locum & quantitatem invicem permutare*; & *tunc Schurek esse Vocalem brevem*, *Kibbutz autem longam*. E. G. כְּבוּדָּה *honorata*, pro כְּבֻדָּה *Ps.* 45: 14. &c. לְבֻשׁ *vestitus* pro לָבוּשׁ &c. Ad hæc observo, nimis arctam constitui regulam; nec ullo pacto verisimile, *Schurek* ibi esse *Vocalem brevem*. Dixerim potius, ex ratione *Dialecti Chald.* & *Syriacæ*, admissum *concursum Vocalis longæ* cum *Schevate quiescente*, etiam sine ullo *accentu*, vel *Tonico*, vel *Euphonico*: contra *Reg.* XLIX. *Kibbutz* anceps sua natura, ex *Dialecto* item paulo delicatius enunciatum. Res, & ratio simul rei, alibi clarius exponetur.

ב. *Num.* II. monetur, *Aleph*, & *He*, *finales*, *antecedens Patach mutare in Kametz*. Ita בָּרָא pro בָּרַא *creavit*. נִבְרָא pro נִבְרַא *creatus est*. Et גָּלָה *revelavit*, pro גָּלַה, ex גָּלַי; נִגְלָה *revelatus est*, pro נִגְלַה, ex נִגְלַי. Ratio *mutationis* in oculos incurrit, quum enim *voces* istæ sint *acutæ*, simulque *quiescens litera* longiorem moram superaddat præcedenti Vocali, non amplius *Patach* manere potest, sed in *Kametz* necessario producitur.

ג. Quod *num.* III. ponitur, de *contractione formæ* יוֹצֵאת *exiens*, pro יוֹצֶאֶת *part. Kal*: & צֵאת pro צֶאֶת *exire*, *infin. Kal*, id pertinet proprie ad *terminat. fæminin.* in ת, *antecedente gemino Segol*, de qua *Reg.* LXX. agendum erit. Ad eam nempe rationem *geminum Segol* in *Cholem*, aut *Schurek*, quoque contrahitur, si *Vaw* adsit, ut pro אָחֶוֶת nascitur אָחוֹת *soror*: & גָּלוּת *captivitas*, pro גָּלֶוֶת: item *geminum Segol* in *Chirek longum* colliquescit

ſcit præſente *Jod*; ut עִבְרִית *Hebræa*, pro עִבְרִיַּת. Ad hunc radiolum multa hactenus obſcura dilucescent.

ד. *Num.* IV, docetur, *Segol ſæpe tranſire in Patach Vicarium, ante He mobile radicale, Cheth, & Ain, ultimas; & ſub iiſdem penultimis, in vocibus penacutis.* Intellige formas *Segolatas*, de quibus *Reg.* LXXXVI. quæ pro *duplici Segol* amant *duplex Patach*, ſi *media* fuerit *Gutturalis*. Ita לַהַב pro לֶהֶב *flamma*. פַּחַד pro פֶּחֶד *pavor*: רַעַם pro רֶעֶם *tonitru*. Si *penultima* ſit *Tzeri*, vel *Cholem*, ea conſtans; ut פֹּעַל *opus*, pro פֹּעֶל &c. Quum *Gutturales* prædictæ ultimam ſedem tenent, *ultimum Segol* in *Patach* mutatur, *penultimo* manente: ut בֶּטַח *fiducia* pro בֶּטֶח. &c. &c. &c.

Subtilius, quam verius, conceptum hic a *Rabbinis* primo *Patach furtivum* בֶּטֶחַ, unde contractio facta fuerit in בֶּטַח. Hoc eſt illud, quod ſupra *Reg.* LII. attigimus. Haud placet: nam in לַהַב pro לֶהֶב nihil tale cadit; ut nec in ſimilibus, tum *partic. femin. form.* בֹּרַחַת *fugiens*, pro בֹּרֶחֶת: tum *infin.* ut קַחַת *capere* pro קֶחֶת: tum *derivatis*, ut מִשְׁלַחַת *miſſio, miſſile*, pro מִשְׁלֶחֶת: & מִשְׁפַּחַת *familia*, pro מִשְׁפֶּחֶת &c. &c. Inſuper notandum nonnulla utramque *formationem* ſequi, ut רֶחֶם & רַחַם *uterus*. At לֶחֶם *panis*, nunquam לַחַם: quamvis in *adf.* exiſtat mox לַחְמִי *panis meus*. Ex hiſce colligere eſt, vivente *Ling. Hebr.* multam *viciſſitudinem* fuiſſe *Vocalium brevium a, & e*, prout *Dialectus Arabum* propterea ſuum *Phata* auxit duplici iſto ſono, aliis *Provinciis a*, aliis *e*, reſonantibus. Ita *flamma* aliis *Labab*, aliis *Lebeb*: & עֶבֶד *ſervus* aliis *Abd*, aliis *Ebd*. &c. &c. Nihil ergo in his, quod non cum natura *Linguarum*, & *Dialectorum*, pulchre conſiſtat. Vernacula certe noſtra talibus abundat.

ה.

ח. Ejusdem indolis est quod *num.* V. subditur; *Patach implicitum Dagesh in se*, i. e. post se, *habens*, *mutari in Segol.* Talia sunt גֶּחָל pro גַּחָל *form. Pih.* quod pro גַּחָל *pruna.* פֶּחָם pro פַּחָם *carbo.* אֶחָד *unus.* pro אַחַד: & אֶחָת *una*; pro אַחַת ex אַחֶרֶת. Item לֶהָבוֹת *flammæ.* נֶאָצוֹת *irritationes*, *Neh.* 9: 18. Crebra hæc trajectio in *Conjug. Pih.* & *Hithpah.* ut יִתְנֶחָם *Deut.* 32: 36. הִטֶּהָרוּ *purificarunt sese.* &c. Frequens eadem cum ה *Emphatico* per *Patach seq. Dag. forti*: הֶהָרִים *montes*, pro הַהָרִים. In omnibus his est *Kametz* sub *Gutturali* illa, in cujus gratiam id factum. Quæsita scil. varietas soni. Eadem ansa הֶרָה *Gen.* 14: 10. positum pro הָרָה, *montem versus.* Ejus *origo* requisiisset הַרָּה, quia הַר *mons* ex הָרַר extitit per *def. med. rad.* Obiter discas hinc, *compensationem* ante *Resch* etiam aliquando neglectam, contra decreta *Grammaticorum.* Suum quisque os consulat, & sentiet *Hárraa* mollius exire *Hérraa*, & mox *Héraa*. Ad eam rationem & alia olim conformata, haud ambigendum. Nunquam id factum, nisi *Kametz* sub *Gutturali* esset, dicere non audeo. Certe *Chateph Kametz* est in הֶחֳרָבוֹת *vastitates* *Esech.* 36: 34. &c. &c. Etiam לְחֶנְנָה pro לְחַנְנָה in *Psalm.* extat. Latius patuisse hanc mutationem, ex *Euphonia* oriundam, res, & ratio, credere jubent. Veniet occasio, ubi hoc monito multi mali nodi expedientur.

ו. Quæ *num.* VI. subferuntur de *punctis* (ֱ ֶ) *in* (ֲ ַ) *mutatis*, itemque *hinc ortis* (ֶ ִ) *in* (ַ ָ); adfinia sunt iis, de quibus modo: sed plane otiosa, & ex *Grammatica* penitus eliminanda. *Conditiones* saltem, quibus hanc *mutationem* illigarunt *Rabbini*, (id fieri in 2. *plur. præt. Hiph.* itemque in 1. & 2. *sing.* cum *Vaw conversivo*: nec non in *fut. kal* accedente *aff.* &c. &c.) totidem *spinæ* sunt, quibus ingenia extinguuntur. Tu teneas modo, ex iis quæ *Reg.* 53. jam præstruxi, in *præt. Hiph.* a עָבַד *servivit*, existere הֶעֱבִיד & הַעֲבִיד *servire fecit*, per om-

nes

nes *personas*, & *numeros*: item הֶעֱלָה & הֶעֱלָה *adscendere fecit.* Consimiliter in *fut. kal* יֶאֱסֹף & יֶאֱסֹף *colliget*: יַהֲרֹס & יֶהֱרֹס *destruet* &c. Nempe *Chateph-Patach*, & *Chateph-Segol* libera habent jura: & *vices* sibi *mutuas* præstant. *Chateph-Kametz* suis finibus fere continetur. Dicitur ergo אֱכֹל & אֲכֹל *edere*, אֱלֵי & אֲלֵי *ad*; nec par est ut in talibus tricemur.

† Non adeo liquidum quoque, quod *Num.* VII. traditur, *Patach aliquando ante Dagesh forte abire in Chirek breve*: ut בִּתּוֹ *filia ejus*, a בַּת: מִרְגִּים *tribulæ*, a מוֹרַג. Ad eam rationem גַּת *torcular*, מַד *mensura*, מַס *tributum*, פַּת *buccella*, צַד *latus*; & alia; non גִּתִּי sed גַּתִּי &c. &c. Consimiliter הֲמִתֶּם *necastis*, pro הֲמַתֶּם a מוּת, quin & הֲמִיתִיו *necavi eum*: 2 *Sam.* 17: 35. Cave *Jod otiosum* credas. Est *verum Chirek longum*: nec moror *Regulam* XLIX, quæ venerandum vestigium *Veteris Linguæ* nobis intercipere non debet. Addit Cl. *Alt.* יְלִדְתִּיךָ *genui te Ps.* 2: 7. ex יָלַדְתִּי, & alia ejusdem ordinis, partim ex *Kal*, partim ex *Hiph.* & *Hithpah.*

Quod ad postremas *conjug.* attinet, quando *term. punctum* ibi *Tzeri*, non opus est *Chirek* illud ex *Patach* arcessere, quum *directa oppositio* sit inter *Tzeri*, & *Chirek breve.* In *Kal* item *terminale Punctum* sæpissime est *Tzeri*; & non solum יָלַד, sed & יָלֵד extitit. Inde *directe* ergo יְלִדְתִּיךָ: ut יְרִשְׁתֶּם *hæreditario possederitis*, a יָרֵשׁ *Deut.* 11: 8. Hinc & natum שְׁאֶלְתֶּם *postulastis Job.* 21: 29. a שָׁאֵל, *Tzeri* in *Segol* correpto: prout in *Chirek breve* abiit, 1 *Sam.* 1: 28.

Si priora etiam exempla pertentemus, aliquid in sinu habuisse

reperientur, quod *Chirek* istud *breve* pepererit. Certe בִּתִּי *Bitti*, *filia mea*, non בַּתִּי *Batti*, sonandum fuit, quia *origo* est בֶּנֶת, unde *Binti* primitus extitit. מוֹרַג *tribula* etiam olim מוֹרֵג fuisse, dubitari nequit. Pariliter גַּת & גֵּת *torcular*. מַד & מֵד *mensura* &c. unde nil mirum *Chirek breve* in *incremento finali* adhibitum. Ex יָד *manus* oritur יֶדְכֶם & יֶדְכֶם *manus vestra*. Id ad *num*. V. debet reduci.

ח. Quod *num*. VIII subnexum, *Kametz-Chatuph interdum produci in Cholem*, nil novi esset, si *ordinariam* spectemus *mutationem*. Sciendum itaque *extraordinariam* ibi innui, cujus ratio legitima non compareat. Tale est הוֹעֲלָה *oblatus fuit*, pro הָעֳלָה *præt. Hoph. Jud.* 6: 28. *Nah.* 2: 7. Item זוֹעֲמָה *execrare*, *detestator*, pro זְעֹמָה *Imp.* in *Kal*; ut Cl. *Alt*. censet. Mihi est *imper*. in *forma Pohel*, quæ τῷ *Pihhel* solet subordinari. Eodem revocari possunt reliqua exempla. Hæc alium requirunt campum.

LXIV. Ad *Euphoniam*, citra ullam *necessitatem*, multis vocabulis *insertum* creditur *Dagesh forte*: & contra, ex multis *omissum*, ubi inseri debuisset.

Inserti I. exempla sunt מִקְּדָשׁ pro מִקְדָשׁ *Sanctuarium*, *Exod*. 15: 17. נָתַנּוּ pro נָתַנוּ, quod pro נָתְנוּ *dederunt*. נָשַׁתָּה, pro נָשַׁתָה, quod pro נָשְׁתָה *defecit*, *elanguit*. &c. גְּמַלִּים *cameli*, pro גְּמָלִים a גָּמָל: & קְטַנִּים *parvi*, a קָטָן: & שְׁפַנִּים *cuniculi*, a שָׁפָן &c. &c. עֵירֻמִּים *nudi*, a עֵירֹם: & אֲדֻמִּים *rubri*, ab אָדוֹם: Sic עָמוֹק *profundus*, עָקוֹד *variegatus*

tus crura: &c. &c. Quin & *Schurek* hanc formam ingreditur, ut חֲרֻלִּים *urtica*, a חָרוּל: & בְּרֻדִּים *guttati*, a בָּרוּד &c.

Omissi II. specimina, præter ea quæ *Reg.* LXI. tacta, sunt, נָּבֵל *marcescimus Esaj.* 64: 5. pro נַבֵּל *fut. Hiph.* a נָבַל: *Patach* producto in *Kametz*: יָלִּינוּ *murmurare fecerunt*, pro יַלִּינוּ, iterum *fut. Hiph.* a לוּן; eadem productione facta; quæ & in וַיָּזֶד *& coxit* pro וַיַּזֵד, a נָזַד, ut volunt. Item הָחֵל pro הֵחֵל *illusit*; & הָתֵל pro הַתֵּל *illudere*; &c. &c.

א: *Nil facilius, quam hæc, & alia,* mendi suspicione gravare; & quod ex *Grammatica* expediri nequit, vitiosum pronunciare. Atqui *Grammaticam* suis numeris *absolutam* nec dedit quisquam, nec nos dabimus. Nonnihil tamen lucis per nos quoque accessurum, ut per eos qui ante nos fuere, plurima accessit, confidimus. Observa ergo I. ad *insertum Dagesh forte*, tantum non omnia, quæ adduci solent, fundamentum suum habere in *origine*, vel *antiqua forma:* nam מִקְּדָשׁ non videtur esse מִקְדָּשׁ *Sanctuarium*, ex *Kal:* sed מִנְקְדָּשׁ *locus consecratus*, ex *Niph.* Illud *Nun*, pro more, elisum, & *compensatum*. Est ergo *necessarium Dagesh* hocce. *Necessarium* idem in נָשַׁתָּה *elanguit*, a נָשַׁת, unde per *reduplic. terti radicalis*, נָשְׁתַת, in *fæm.* נָשְׁתָתָה & נָשְׁתְּתָה; quod contrahitur *ἀναλόγως* in נָשַׁתָּה. Ex eadem *norma conjugandi* גְּמַלִּים *Dagesh necessarium*

accepit. Reliquorum par ratio. Rem indicasse sufficit. Latior deductio alibi instituenda.

ב. Ad classem II. quod attinet; ut præfracte negare nolim, *Dagesh forte* per *Euphoniam excidere* aliquando potuisse, ita confirmare sustineo, plerisque exemplis aliam *Radicem* deberi. נָבַל *Esaj.* 64: 5. est a בִּיל; & וַיָּזֶד *Gen.* 25: 29. est a זִיד. Ad eandem rationem cœtera; quibus sigillatim jam insistere nimis longum foret. In הֵהֵל *illusit*, est *typus conjugationis derivativæ* sine *Dagesh*: quo de infra plenius.

Sectio V.

De Nomine.

LXV. Partes orationis *Hebræis* eædem quæ *Græcis*, *Latinis*, omnibus populis. Ad *tres classes* concinne satis omnes illæ partes revocari solent, *Verbum*, *Nomen*, *Particulam*.

א. Ab *Arabibus* distinctionem hanc hausere primi *Grammatici Hebræorum*. In *Gjarumia* habes, *Partes orationis tres sunt*, اسم وفعل وحرف جاء لمعني *Nomen*, & *Verbum*, & *Particula*, *quæ venit in significationem*. Apud *Rabbinos* similiter שֵׁם *Nomen*, פֹּעַל *Actio*, id est *Verbum*: & מִלָּה *vox*, sive *Particula*. Veteres *Stoici* quatuor classes fecere. Alii plures, alii pauciores adhuc, solo *nomine* & *verbo* contenti. Optima divisio *Theodectis*, & *Aristotelis*, apud *Dion. Halic.* in *ὀνόμασι, ῥήμασι, συνδέσμοις*. Eam laudat unice *Quintil.*

L.

L. I: 4. *nomina*, *verba*, & *convinctiones*, reddens: ut *nomina* exhibeant *materiam*, *verba vim sermonis*, in *convinctionibus* autem *complexus eorum indicetur*. Consulendus de hisce G. J. *Voss*. L. 3. *Art. Gram. Cap.* I. & seq. qui dubium censet *utrum Orientales hac in re imitati sint Græcos; an Græci potius secuti sint exemplum Orientalium*. Mihi *Arabes* ex *Aristotele* hausisse, planissume liquet.

ב. *Arbitrarium* ferme hoc *genus divisionum:* ac proinde non est quod nimium ei deferatur. Ea optima, quæ plurimum lucis, & opis, adfert. Idem dixerim de *Methodo Grammaticam texendi* secundum has orationis partes. *Arabes*, & *Judæi*, a *Verbo* incipere solent, quod tanquam *Radix* sit, unde *nomina* & *particulæ* propagentur. Non pessimo id consilio factum: nam *nominum tractatio* non sane expedite processerit, nisi *Conjugandi formæ*, ex parte saltem, innotuerint. Fatendum tamen, nec *conjugandi normam*, & *rationem*, satis perspectam esse posse, nisi aliqua *notitia nominis* præluxerit. De *Participiis*, quæ *Nominum* species, res evidens. *Adformantibus Verborum* dignoscendis necessaria item cognitio *pronominum*. His permotus Cl. *Alting.* a *Nomine* orsus, per *Particulas* descendit ad *Verba*. Cl. *Erpen.* in *Gramm. Arab.* ordinem tenuit *Orientalium*; a *Verbo* descendens ad *Nomina*; atque in *Particula* desiuens. Ordo hic concinnus. *Verba* nempe tanquam *Radices* sunt unde *Nomina* propagantur, variis formis, & terminationibus: itemque *Particulæ*; sub quibus *Pronomina*, *Adverbia*, *Præpositiones*, *Conjunctiones*, & *Interjectiones*, continentur. Et harum *densa* illa *sylva* a *Nominibus* ferme succrevit, quin ad classem *Nominum* maximam partem referenda. Nos interim eam nunc *Methodum* sequi maluimus, quæ per *Nomina* & *Particulas* ad *Verba* tanquam ad *Fontem* adscendit: ne *optimæ*, meo judicio, *Grammaticæ Altingianæ* quicquam per nos decederet, sed cum luce uberiore, gratia accederet facilitatis.

LXVI. In *Nomine* consideratur *Derivatio; Qualitas; Genus; Motio; Numerus; Casus; Comparatio; Regimen; Mutatio* denique ex *Regimine*, aliove quo flexu, oriunda.

א. *Derivatio* in omnibus *Linguis* constituit proram & puppim quodammodo *Analogiæ*. De ea id tantum nunc tangimus, quod ad *generalem* ejus *notitiam* pertinet. *Specialis* enucleatio, omnibus fundamentis rite jactis demum suscipienda, nisi in aëre ædificare lubeat. Per *derivationem* ergo nunc intelligimus strictiore sensu *deductionem Nominis* a *primigenio Themate*, quam *Radicem* vocitant. Ea pro indole L. L. O. O. est *verbum simplex*, *tribus literis constans*, & quidem in 3. *Perf. præt. Kal*, ut vulgo volunt, vel potius in *infinitivo* ejusdem *Conjugationis*. Is cum *præt*. ferme consonat, in פָּקֹד , פָּקַד, exiens, quod est *inspicere*, & *inspexit*. Similiter פָּעֹל & פָּעַל *agere*, & *egit*.

ב. Docent passim *Grammatici*, submonuitque etiam Cl. *Alting*. *Nomina* interdum *Radicis* rationem habere, & *verbo* originem dare: ut אֹזֶן *auris*, propagavit אָזַן in *Pih*. & הֶאֱזִין in *Hiph*. *aures præbuit*. Talia bene multa extant. *Græci* & *Latini* similiter *verba* a *Nominibus* derivare soliti: sed hæc est *derivatio secundaria*; ut in *stomachari* a *stomachus*: at *stomachus* neutiquam propterea *primarium Vocabulum*, sive *Radix*. Teneatur ergo *Analogia*, & *Thema* nullum agnoscatur, nisi in *infinitivo* 1. *Conjug*. etiamsi forte tota illa *conjugatio* in reliquiis *Biblicis* non compareat. Ita אֹזֶן *auris* haud dubie ab אָזַן deperdito &c. &c.

ג. *Derivatio nominis* a sua *Radice*, sequitur omnem ejus *conjugandi* rationem. Clarius: omnis *forma conjugationis* suas *propagines* & *derivata* fundit; eo charactere insignitas, quem quæque *conjugatio* possidet. Ex *Kal* descendere censetur quicquid *levem* habet *formam*. Ex *Niphal*, quicquid *gravatum* in principio per נ, ut נַפְתּוּל *lucta*, a פתל *torsit*. Ex *Pihhel* quicquid *Dagesh forte* in medio habet vel *explicitum*, vel *implicitum*; cum punctis *a*, *e*, *i*, ad primam Syllabam, ut אֶחָד, & אַחַד *unus*. חֵרֵשׁ pro חֵרֵּשׁ *surdus*. סָרִיס pro סָרִּיס *Eunuchus*. &c. Ex *Puhhal* quicquid item in medio *Dagessatum*, cum *o* & *u* ad primam *Syll*. ut סֻלָּם *Scala* &c. Ex *Hiphhil* quæ veniunt, *Characteristica He* augentur ad initium cum sono *a*, rarius *e*, & *i*: quod *He* ab

איתן

אית״ן tamen se absorberi patitur: ut מַפְתֵּחַ *clavis* &c. Quæ ex *Hophhal*, sub isto *He* requirunt *o* & *u*. . Denique *Hithpahhel* postulat, cum *duplicata media* anteeunte *Patach*, præmissam *Syllabam* הִת, ut in הִתְחַבְּרוּת *consociatio*, &c. His addendæ & aliæ *conjugationum formæ*, quibus magno damno adhuc caruit *Grammatica Hebræa*.

ד. Plurima *Nominum* seges ex *conjug. Kal* enata, in qua *vis Radicalis* fœcunditatem suam potissimum exeruit. Inde sunt *formæ* מֶלֶךְ *rex*, מַלְכָּה *regina*; מְלוּכָה *regnum*; מַלְכוּת idem. At מַמְלָכָה & מַמְלָכוּת etiam *Regnum*, ex *Hiphil* potius. Ista autem *Derivatio* non inconcinne sic digeritur.

I. *Servatis tribus radicalibus, citra additionem vel detractionem, variantibus* tantum *Punctis*: ut מֶלֶךְ *Rex* a מָלַךְ *regnavit*.

II. *Detractione radicalis unius*, sive per *defectum*, sive per *quietem*: ut לֵב *cor*, pro לֵבָב a לָבַב; ex *defect. media*. אָב pro אָבֶה *pater*, ab אָבָה, ex *quiesc. tert. He*, pro *Jod*, vel *Vaw*. נֵר *lucerna*, quæ & נִיר, a נִיר & נוּר *lucere*, ex *quiesc. media*.

III. *Additione Literæ servilis*, sive *Heemanticæ*, unius, aut plurium, ut מִמְשָׁל *dominium*; masc.: מֶמְשָׁלָה, מֶמְשָׁלָה *dominium*, fæm. term. a מָשַׁל *Dominari*.

IV. *Additione & detractione simul*: ut מֵסַב *circuitus*, pro מְסֹבָב, a סָבַב *circuivit*. מְגִלָּה *volumen*; pro מְגִלָּלָה, a גָלַל *volvit*. תְּפִלָּה *precatio*, pro תְּפִלָּלָה, a פָּלַל, עֵדָה *cætus*, a יָעַד *condixit*: nec non עֵדָה *testimonium*, a עוּד *testatus est*. תֵּת *dare* pro תֶּנֶת, a נָתַן *dedit*: לֵת *parere* pro לֶדֶת a יָלַד *peperit*.

rit. אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת, ab אָמַן *firmus fuit.* בַּת *filia* pro בֶּנֶת a בָּנָה *ædificavit*, unde בֵּן *filius.* &c.

ה. Apparet *Derivatorum formas* alias esse *Nudas*, quæ solis *radicalibus* conflatæ, alias *Auctas*, quibus *Serviles* literæ accesserunt. *Radicales* esse possunt omnes in universum Literæ. *Serviles* tantum *undecim: Reg.* V. Ex his *derivationi* inserviunt solummodo *sex*, vulgo *Heemanticæ* a *Technico* הֶאֱמַנְתִּי *credidi*, dictæ. Cl. *Alt.* minus recte addidit ל, ob duas voculas, male *derivari* solitas. Rectius adjunxisset *septimam* שׁ: quæ in *Dialectis Chald. Syr. Arab.* frequens. Ejus tamen paulo diversum a cœteris jus: ac proinde intra *Sex* hactenus consistimus.

ו. Hæ omnes a *Principio* accedere possunt.

א In אֶצְבַּע *digitus*, a צָבַע *tinxit.* אֶגְרֹף *pugnus*, a גָּרַף *attraxit:* אֶזְרוֹעַ *Brachium*, pro זְרוֹעַ, a זָרַע *sparsit.* אַכְזָב *valde mendax*, a כָּזַב *mentitus est.* אֵיתָן *perennissimus*, a יָתַן *perennis fuit* אַרְבַּע *quatuor* a רָבַע *cubuit.* &c. &c.

ה. In הַרְבֵּה *multum*; a רָבָה *multiplicatus est.* הִתּוּךְ *fusio*, *liquatio*, pro הִנָּתוּךְ, a נָתַךְ *liquare* Rarius genus; quia ex *Hiphhîl* veniens, plerumque absorbetur per *Mem*, & *Thau* &c.

י. In יִצְהָר *oleum*, a צָהַר *splenduit.* יַחְמוּר *capreæ species*, a חָמַר *rubuit:* יַלְקוּט *pera*, a לָקַט *collegit*, &c.

מ In מִזְמוֹר *Psalmus*, a זָמַר *incidit*, *cæsuras fecit.* מִשְׁפָּט *judicium*, a שָׁפַט *judicavit:* proprie *æquavit.* מֶמְשָׁל *Dominium*, a מָשַׁל *dominari.* מַפְתֵּחַ *clavis*, a פָּתַח *aperire* &c. &c.

נ. In נַפְתּוּל *lucta*; a פָּתַל *torquere.* Est rarissimum. נִמְרֹד *Nimrod*, quasi a מָרַד *rebellavit*, est suaviludium.

ת.

ת. In תַּגְמוּל *retributio*, a גָּמַל *retribuit*. תְּפִלָּה *precatio*, a פָּלַל *judicavit*. תַּרְבִּית *fœnus*, a רָבָה *multiplicatus fuit*. תּוֹרָה *Lex*, a יָרָה *jaculatus est ad scopum*. תּוֹשָׁב *inquilinus*, a יָשַׁב *insedit*, *inhabitavit*. תֶּבֶל *confusio*, a בָּלַל *miscuit*, *maceravit*. &c. &c.

Sunt proprie *Augmenta*, quæ vocantur, id est *notæ Characteristicæ Conjugationis*, vel & *modi*, ac *temporis*. Nempe ה signat *Conj. Hiph.* נ aliquando *Niphhal.* מ *particip.* & *infinit.* אית״ן *futurum*, secundum diversas *personas*. Liquet ergo *præformantes* illas *Verborum*, de quibus *Reg.* 112. etiam ad *derivata formanda* adhibitas. In cujusque *derivati indolem*, ac *potestatem*, ad hanc faculam, facile penetrabunt, qui *conjugationum normam* callent.

Omnes a *fine* quoque se adjiciendas præbent, sed diversa ratione, ac potestate.

א. In שֵׁנָא *somnus*, pro שֵׁנָה, a יָשֵׁן *dormitavit*, ex *Chald. Dial.* fere; ubi pro *He fœmin.* solemne est *Aleph*. Conf. p. 33. supra.

ה. *Antec. Kametz*, efficiens *fœm. genus*: ut מַלְכָּה *regina*; a מֶלֶךְ *rex*. חָכְמָה *sapientia*, a חָכַם *solide compactus fuit*. צְדָקָה *justitia*, a צָדַק *recto-rigidus fuit*. &c. Est & ה *antec. Segol*, quod *mascul. genus* indicat, ut אִשֶּׁה *ignitum*, ὁλοκαύτωμα, ab אֵשׁ *ignis*, cujus *Rad.* אָשַׁשׁ. לִבְנֶה *populus* arbor, a לָבַן *albus fuit*, &c.

י. Præmisso *Chirek*, constituit fere *adjectiva*, & quidem *patronymica*, *gentilia*, *possessiva* &c. ut עִבְרִי *Hebræus*. חָפְשִׁי *libertate donatus*, a חֹפֶשׁ *libertas*. מְרִירִי *amarulentus*, a מָרִיר *amarus*, quod a מָרַר *amarum esse*. &c. *Numeralia* etiam sic exeunt, ut שְׁלִישִׁי *tertius*, a שָׁלִישׁ, cujus *Rad.* שָׁלַשׁ: & רְבִיעִי *quartus*, a רָבִיעַ, cujus *Rad.* רָבַע *cubuit*. Item *antec. Patach*, in כִּילַי *avarus* &c. &c. Adjectiva reliqua *forma* עָנִי *adflictus*, &

substant. עֳנִי *adflictio*, habent *Jod Radicale*, a עָנִי.

ם. Anteced. *Cholem*, ut פִּדְיוֹם *redemtio*; מְתֹם. *universitas hominum*, a מְתָה &c. Et *Kametz*, חִנָּם *gratis*. רֵיקָם *inaniter*. אָמְנָם *profecto*. Posteriora tamen magis *composita* videntur, cum *adf.* ם.

ן. format *substantiva* & *adjectiva*, *antec. Cholem*, & *Kametz*; ut פִּקָּדוֹן *depositum*. רִקָּבוֹן *putredo*. זִכָּרוֹן *memoriale*: ex *Pih.* ut ex *Kal* ortum זִכְרוֹן idem. פִּדְיוֹן *redemtio*. a פָּדָה, cujus origo פָּדִי. In *Kametz* exeunt שֻׁלְחָן *mensa*. קָרְבָּן *oblatio* &c. *Adjectiva* sunt עֶלְיוֹן *Altissimus*. רַחֲמָן *Misericors* &c. &c.

ת. Altera *term. famin.* cum ה æquum jus possidet: ut בְּהֵמֹת *bestia*, quæ alias בְּהֵמָה, a *masc.* deperdito בָּהֵם, a *Rad.* בָּהַם *brutus fuit*. מַלְכוּת *Regnum*. &c. Plura ad *Reg.* 70.

A *principio* & *fine* simul accedere quoque possunt. Talia sunt מֶמְשָׁלָה & מֶמְשֶׁלֶת *dominatio*, a מָשַׁל *dominari*: תִּפְאָרָה & תִּפְאֶרֶת *ornamentum*, a פָּאַר *decere*. אַרְבָּעָה & אַרְבַּעַת *quatuor*, a רָבַע *cubuit*. מַתָּנָה & מַתֶּנֶת *donatio*, a נָתַן *dedit*. Hinc contractius מַתַּת *Eccl.* 5: 18. &c. &c.

CI. *Alting.* obtemperare non debuisset *Rabbinis* ל *præformativum* putantibus in duabus voculis, לְאֵל *robur*, & לְאוֹם *natio*. Ad prius quod attinet, haud dubie compositum est, *ad robur*, *Gen.* 31: 29. &c. Posterius non est a *Rad.* אָמַם, unde אֵם *natio materna*: sed a לָאַם *conglutinatus fuit*: unde לְאוֹם *natio fœderata*. Melius adjecisset שׁ ex אֲשֶׁר *Pron. relat.* oriundum:

dum: id enim certissimum jus habet in *Dialectis*: ad quarum normam a לָהַב *flagrare*, derivatum שַׁלְהֶבֶת *flamma*. Nempe a לָהַב antiqua *conjugandi* ratione extitit שִׁלְהֵב, *valde flagravit*. Inde jam שַׁלְהֶבֶת *flagrantia vehemens*. Plura suo loco; ubi ad *Conjugationum Classes* deventum erit.

LXVII. Apparet *Derivationem* esse vel *primariam*, vel *secundariam*. Quum de *Radice* quæritur, tantum prior illa intenditur.

LXVIII. *Qualitas Nominum* vocatur *vis substantiva*, & *adjectiva*. *Substantiva* sunt vel *propria nomina*, vel *appellativa*. Classes *adjectivorum* diversissimæ; suis *formis*, ut in omni *Lingua*, rite discernendæ. *Propria* sunt יְהֹוָה *Jehova*. מֹשֶׁה *Moses*. דָּוִד *David*. שְׁלֹמֹה *Salomo* &c. *Appellativa* אֱלוֹהַּ *Deus*, & *plurative* אֱלֹהִים *Numina*. מֶלֶךְ *Rex*. מַלְכָּה *Regina*. &c. &c. *Adjectiva* sunt גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*. צַדִּיק *justus*, צַדִּיקָה *justa*. עִבְרִי *Hebræus*, עִבְרִית *Hebræa*. שְׁלִישִׁי *tertius*, שְׁלִישִׁית *tertia*.

א. Est in omnibus *Linguis* ingens vis *adjectivorum*, quæ a *Grammaticis* dicuntur translata in potestatem *Substantivam*. Debuissent accuratius loqui, nam *Adjectivum* nunquam potest mutari in *Substantivum*; sed longus & creber usus effecit, ut *Substantivum* omitti queat, sine dispendio sensus. Ita *servus*, qui olim *servus homo*. Item *Sapiens*, *adolescens* &c. Iterum *serpens*, quæ olim *serpens bestia*, & *rudens* pro *fune rudente* &c. *Bidens* pro *ove bidente*. *Tridens*, pro *fuscina tridente*. *Bipennis* pro *securi bipen-*

penni: unde & *ferroque bipenni* extulit *Poëta.* &c. Notum Eruditis genus. Nil tritius apud *Hebræos.* Talia sunt עֹרֵב *corvus*, proprie *nigrans.* זָקֵן *senex.* נָשִׂיא *princeps.* יָצוּעַ & יָצִיעַ *lectus.* Proprie *stratum.* בְּהֵמָה proprie *bruta* scil. *bestia.* &c. &c. Hæc necdum satis enucleata a *Grammaticis*, & *Lexicographis*, alibi latius pertractabuntur.

LXIX. *Genus* est *quadruplex. Masculinum; Fœmininum; Commune;* & *Epicœnum.* Pro *Neutro* fere *Hebræi* usurpant *Fœmininum.*

א. *Masculina* censentur I. *Significatione*, & *natura subjecti.* 1. *Propria Virorum* דָּוִד *David.* עֻזָּה *Uzza.* &c. 2. *Virilium officiorum*; etiam sub *terminatione fæm.* ut פֶּחָה & פַּחַת *præfectus.* קֹהֶלֶת *Koheleth*, *Ecclesiastes.* Sed in his *Synthesis.* &c. 3. *Populorum*, ut אֱדוֹם *Edom*, *Idumæi.* Non tamen perpetuum; ut שְׁבָא *Saba*, pro *Sabæi*, struitur *fœminine Job.* 1: 10. *Fluviorum*, 4. ut יַרְדֵּן *Jordanes*, חִדֶּקֶל *Hiddekel*, *Tigris.* פְּרָת *Euphrates.* אֲמָנָה *Amana*, qui & *Abana*, *Fluvius Damasci*, 2 *Reg.* 5: 12. ubi notabis *termin. fœmin.* pati ante se *adject. masc.* Sic apud *Latinos*, *Corniger Mosella. Magnus Garumna.* &c. In his *Synthesin* commissam recte docet *Voss.* L. 3. c. 10. *Montium*, 5. ut סִינַי *Sinai*, כַּרְמֶל *Carmelus.* לְבָנוֹן *Libanus.* Etiam quæ *fœmin. terminationis*, per eandem *Synthesin*, ut *summum Oetam* dixit *Senec. Trag.* in H. F. 6. *Mensium*. ut נִיסָן *Nisan*, תִּשְׁרִי *Tisri.* &c. Horum origo fere *adjectiva*, ad חֹדֶשׁ *mensem* facta *adjectione*; ut *Latinis* quoque *Martius*, *Aprilis*; quin *September*, *October* &c.

II. *Terminatione*, censentur *masculina* esse; 1. quæ exeunt in

radicalem literam, ut דָּבָר *verbum.* נֶטַע *planta.* מַטָּע *plantatio,* מִמְשָׁל *dominium* &c. &c. 2. Quibus ה *servile antec. Segol* additum, ut תָּפְתֶּה *Tophet Esaj.* 31: 33. אִשֶּׁה *Holocautoma.* &c. 3. Desinentia in י *servile*, ut עִבְרִי *Hebræus.* עַרְבִי *Arabs.* שְׁלִישִׁי *tertius.* &c. 4. Quæ exeunt in ם *servile*, ut פִּדְיוֹם *redemtio.* &c. 5. Item quæ in ן *servile*, ut שֻׁלְחָן *mensa.* קָרְבָּן *oblatio.* רַחֲמָן *misericors.* עֶלְיוֹן *summus.* רָצוֹן *voluntas*; a רָצָה *adhæsit* rei. הָמוֹן *multitudo*, ab הָמָה *strepere.* &c. &c.

Quæ ab hac *Regula* deflectunt, & cum *radicali litera* ad finem, ut & cum *He antec. Segol*, in *gen. fœm.* occurrunt, vel ad *communia* pertinent; de quibus infra: vel ad *Epicœna:* vel per *Synthesin* adhibita videntur. Hæc alteri occasioni seponenda. Singularis plane structura in *numeris Cardinalibus*, quæ a *tribus ad decem sub termin. fœmin.* dicuntur *masculina* esse, & *contra*: ut אַרְבַּע בָּנוֹת *quatuor filiæ:* & אַרְבָּעָה vel אַרְבַּעַת בָּנִים *quatuor filii.* Atqui revera אַרְבַּע est, & manet, *masculinum:* ut אַרְבָּעָה *femininum.* Nulla hic *Anomalia*; sed suavissima potius *Analogia.* Res ad *Reg.* XC. aperietur.

ב. *Fœminina* sunt I. *Significatione*, & *natura subjecti*, 1. *nomina propria mulierum*, etiamsi in *radicalem literam* exeant; ut רָחֵל *Rachel.* מִיכַל *Michal*, filia *Saulis* minor: ut major מֵרַב *Merab.* &c. 2. *Muliebrium officiorum*, etiam sub *terminat. masculina*; ut שֵׁגָל *conjux regia:* פִּילֶגֶשׁ *Pallaca*, sive *Pellex.* Similia apud *Latinos*; nec tamen ut *mea Glycerium*; ita *hæc scortum* permittitur. Est ergo *Synthesis.* 3. *Nomina regionum*, etiam sub *termin. masc.* ut מוֹאָב *Moab*, *Moabitis.* אֱדוֹם *Idumæa* &c. Non tamen perpetuum. Nempe *Origine* sunt *masculina*, nisi directe *terminationem fœmininam* habeant, ut פְּלֶשֶׁת *Palæstina:* sed

per *Synthesin* in *femininum* flectuntur, quia *Regio* ut *Mater* quædam spectatur. Eadem ratio 4. *urbium* quoque *nomina* suasit *fœminine* efferre, ut חֶבְרוֹן *Hebron*. &c. Conferss., in *Latinis*, *Voss*. L. 3. *Cap*. 12. יְרוּשָׁלַיִם, & יְרוּשָׁלֵם *Hierosolymæ*, *dualiter* creduntur inflexæ. Ad *Syntaxin* hæc pertinent. 5. *Fœminina*, plerumque, *membra corporis*, etiam cum desinunt in *literam radicalem*; ut בֶּטֶן *Venter*. אֹזֶן *Auris*. &c. Hæc tamen *Communia* fuisse videntur, vivente Lingua: prout *communitas generis* certa in יָד *Manus*, עַיִן *oculus*. זְרוֹעַ *brachium*, aliisque compluribus.

II. *Terminatione* agnoscuntur *fœminina*, quæ exeunt, 1. in *He servile*, & *quiescens*, *antec*. *Kametz*, *Milra*: ut בִּכּוּרָה *fructus præcox*. Ejus *masc*. בִּכּוּר extat *Jes*. 28: 4. cum *He adf*. nec audio *Grammaticos* id *He fœmin*. Ἀνωμάλως censentes. Nullam quoque *Anomaliam* admitto *Esaj*. 59: 5. de quo alias. יְשׁוּעָה *salus*. בְּהֵמָה *pecus*. &c. &c. Huc refer, quæ ex *Chald*. *Dial*. adscivere א: ut שֵׁנָא pro שֵׁנָה *somnus*. 2. Desinentia in ת *servile*; quæ altera *terminatio fœminina* proprie est *Milhel*, sive *penacuta*, habens ante se *geminum Segol*, vicariumve *Patach*; ut & *Tseri*, aut *Cholem*, in *penultima*. Ita מַמְלֶכֶת, מַמְלֶכֶת, מַמְלֹכֶת: *Regnum* &c. Per *accidens* autem fit *Milra*, sive *acuta*, per *contractionem*: de qua distincte ad *Reg*. *seq*. 3. Sine *contractione* etiam ex *Chaldaismo* nudum ת anteced. *Kametz*, aut *Patach*, videtur adhibitum: ut זִמְרָת *Canticum*, דוּכִיפַת *Gallus Sylvestris*. Ast בַּת *filia*, ex בְּנַת, contractum. &c. &c. 4. Etiam ת *præformativum* nonnunquam *fœm*. *genus* signasse videtur: ut in תֵּבֵל *terra frugifera*; vel a יָבַל; vel a בָּלַל &c. Sed hæc, & alia ejuscemodi, altioris indaginis.

Anomala creduntur, quæ sub *termin*. *fœmin*. potestatem *masc-ul*.

cul exerunt. Tale inprimis, quod in *Cardinalibus numeris* usu venit, a *tribus* ad *decem*, ubi שְׁלשָׁה & שְׁלשֶׁת *tres* in *subjectis masculinis* semper, ut contra שָׁלשׁ & שְׁלשׁ in *fœmininis*. Summa in his *Analogia*, qua de ad *Reg*. 90. Talia item מִנְחָה *oblatio*, quod semel *masculine* positum censetur *Lev*. 2: 8. דְּמוּת *similitudo*, *Esech*. 1: 16. & 10: 10. &c. Sed hos, aliosque nodos, rarior *Syntaxis* nexuit, indidem expediendos.

ג. *Communis generis* vocant, quæ sub *una terminatione* vel *mascul*. vel *fœmin*. recipiunt *utrumque genus*, & per *hic* & *hæc* se designari ex æquo patiuntur. Talia sunt, *hic* & *hæc cliens*, quamvis & *clienta* apud *Horat*. extet. *Hic* & *hæc Auctor*, quamvis & *Auctricem* dixerit *Tertull*. *Hic* & *hæc bos*. *Hic* & *hæc Canis* &c. Ad hanc ergo normam *Communia* fuere *Hebræis* 1. Pleraque *animalium nomina*: ut גָּמָל *Camelus*. דֹּב *Ursus*. צֹאן *Grex ovium*. שֶׂה *pecus*. צִפּוֹר *volucris*. &c. 2. Pleræque *formæ Segolatæ*, non determinatæ per se ad aliquid virile, quale in מֶלֶךְ *Rex*, aliisque, cernitur. Sic שֶׁמֶשׁ *Sol*. נֶפֶשׁ *anima*. רוּחַ, pro רֶוַח *spiritus*; דֶּרֶךְ *via*. אֹרַח *iter*. בֶּגֶד *vestis*. סִיר *olla*, cujus origo est *Segolata*. &c. &c. 3. Multa *participia* formæ פֹּקֵד; ut חָצֵר *atrium*, proprie *secludens*. גָּדֵר *maceria*, proprie, *sepiens*. יָתֵד *paxillus*, proprie *pangens* &c. &c. 4. *Numeralia* עֶשְׂרִים *viginti*, אַרְבָּעִים *quadraginta*. שִׁשִּׁים *sexaginta*, *mascul*. &c. מֵאָה *centum fem*. *term*. enunciata. Horum tamen diversa ratio, & structura; ut suo loco tradetur.

ד. *Epicœna* vocantur, quæ sub una *terminatione*, & *uno genere*, utrumque *sexum* consignant. Talia sunt *hic passer*, de *masculo*, & *fœmella*. Item *Hic corvus*. *Elephantus gravidus*: quamvis *Plaut*. maluerit, *Solere Elephantum gravidam perpetuos decem esse annos*. Id τῷ ποιητῇ positum, monet Magn. *Voss*. L.

3.

3. Apud *Plin.* L. 9: 3. *Vitulus marinus parit in terris, pecudis more, educat mammis.* Contra, *hæc aquila*, etiam in *masculo*, & *Ciconia Pietaticultrix*, in utroque sexu. Hac via procedunt בָּקָר *bos, genus bovinum.* אַלּוּף item *bos*, unde *Ps.* 144: 14. *Boves onusti*, pro *onustæ, gravidæ.* שׁוֹר iterum *Bos*; unde *Job.* 21: 10. *Bos ejus concipit.* חֲזִיר *sus*: עַכְבָּר *mus*: רָחֵל *ovis*: אַיָּל *cervus*: unde tamen אַיֶּלֶת quoque ductum, ut *cerva*. Horum *termin. mascula*, etiam *fœmellam* amplectitur. Contra יוֹנָה *Columba*; sub *fœminea* & *masculum*. Distinctionis ergo *Latini* etiam *Columbum* induxere: sed τὸ ἐπίκοινον tenuere in *Ciconia*, quæ חֲסִידָה *Pia* avis, *Hebræis*. &c. &c.

LXX. *Motio* vocatur *flexio* e *masculino* in *fœmininum*, addita *terminatione fœminea*, quæ *Hebræis duplex*, *He quiescens*, in *Kametz*; & *Taw*, varie cadens.

Terminatio prima semper *Milra*, posterior, si *plena*, semper *Milhel*: ut a פּוֹקֵד *visitans* m. est פּוֹקְדָה · פּוֹקֶדֶת *visitans* f. נִפְקָד *visitatus*, נִפְקָדָה נִפְקֶדֶת *visitata* &c. A שׁוֹמֵעַ *audiens* m. שׁוֹמְעָה שׁוֹמַעַת *audiens* f. & a נִשְׁמָע *auditus*, נִשְׁמָעָה נִשְׁמַעַת *audita*. A בָּהַם *brutus*, בְּהֵמָה בְּהֵמַת *bruta*, pecus. A מִמְשָׁל *dominium*, מֶמְשָׁלָה מֶמְשֶׁלֶת *dominatio*. A מִשְׁמָע *auditus*, subst. masc. מִשְׁמָעָה מִשְׁמַעַת *auditio*. *Patach* pro *Segol* adhibitum ex *Reg.* 63. *nota* 4.

Devenimus ad partem *Grammaticæ* non enucleatissime hactenus pertractatam. Primum omnium rite tenendum, *geminam* hanc *terminationem*, *acutam* alteram, alteram *penacutam*, suo jure accedere posse I. ad omne *Adjectivum*, cui potissimum *motio* dicata, nisi quid obstet. Duo autem obstacula sunt. 1. *Vocalis longa immutabilis*, ut פָּקוּד *visitatus*, פְּקוּדָה *visitata*: non פְּקֻדֶת, quia *Schurek* ibi *Characterem* constituens *Part. Pass.* necessario manere debet. Talia sunt, טוֹב *bonus*, טוֹבָה *bona*. גָּדוֹל *magnus* גְּדוֹלָה *magna*. צַדִּיק *justus*, צַדִּיקָה *justa*, non צַדֶּקֶת, quamvis in *Part. Hiph.* admittatur. a מַפְקִיד *visitare faciens*, מַפְקִידָה מַפְקֶדֶת; &c. 2. *Scheva quiescens* in *penultima*. ut אָדוֹם *ruber*, אֲדֻמָּה *rubra*. קָטֹן *parvus*, קְטַנָּה *parva*: non sane קְטֹנֶת, quod turbaret *Analogiam*, quæ requirit ת sine interventu *Schevatis*. Hinc נָסַב *circumdatus*, defectiva forma dat tantum נְסַבָּה *circumdata*; quum forma perfecta reddat a נִסְבָּב, *gemina terminat.* נִסְבָּבָה נִסְבֶּבֶת. Item נִגְלָה *revelatus*, facit נִגְלָה *revelata*, tantum, quia præcedit *Scheva quiesc.* Ad hanc faculam bene multas *Anomalias* dispelles. II. *Gemina* hæc *terminatio* etiam *Substantivis* additur: ut מִשְׁפָּחָה & מִשְׁפַּחַת *familia*, a deperdito מִשְׁפָּח: & עֲטָרָה ac עֲטֶרֶת *corona*, a עָטַר &c. Eadem & hic obstacula. 1. *Vocalis long. immut.* ut דָּג *piscis*, דָּגָה, non דֶּגֶת &c. 2. *Schev. quiesc.* ut מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכָּה *regina*. &c.

ב. Dilucere incipit *origo*, & *ansa*, *terminationum fœmin.* quæ *Analogiam* parum servasse visæ: ut אָחוֹת *soror*, גָּלוּת *exilium*;

7

Imo mea dicitur ... מלכת Jerem. 44. 17. ... Jer. 7. 18. ... Sed pace Observat. ... illud ... לאך ... מלכת, cum def. א. pro מלאכת Opus. nempe, Opus coelorum: seu (Sideribus.)

תַּבְנִית *exemplar.* עִבְרִית *Hebræa.* In his nudum ת accessisse censetur. Atqui est ת *antec. Gemino Segol*, per *accidens* in contractiorem formam missum. Nempe אָחוֹת est pro אֲחָוֶת, ab אָח *frater*, a *Them.* אָחָה & אָחוּ: unde & *Plur.* אֲחָיוֹת *sorores*, a *Singul.* אֲחָיָה, vel אֲחָוָה &c. Similiter גָּלוּת ex גָּלֶוֶת ortum: & תַּבְנִית ex תַּבְנֶיֶת, a בְּנִיָּה, pro בָּנִי *ædificavit.* עִבְרִית item pro עִבְרֶיֶת, a עִבְרִי *Hebræus*, unde עִבְרִיָּה quoque pro *Hebræa.* Sunt & aliæ adhuc contractiones valde commodæ, & venustæ: ut in מוֹצֵאת pro מוֹצֶאֶת *inveniens*; ex *Reg.* 63: *num.* 3. Agmen talium extat. Sic חַטָּאת *peccatum* forte ex חַטֶּאֶת pro חַטָּאֶת, idem cum חַטָּאָה. Est tamen & alia adhuc via, qua vocabulum hoc ad *Analogiam* reduci queat. Abstrusius quid in תֵּת pro תְּנֶת *dare.* אֱמֶת pro אֱמֶנֶת *veritas.* לֶת pro לֶדֶת *parere*, *partio* : אַחַת pro אַחֶדֶת *una.* בַּת pro בְּנֶת *filia.* &c.

ג. Ex *Dial. Chald.* etiam adscitæ *duæ* vel *tres termin.* obiter tangendæ. 1. א ut שֵׁנָא *somnus*, pro שֵׁנָה. Redi ad *pag.* supra. 2. ת *antec. Patach*, vel *Kametz*: ut נְגִינַת *Ps.* 61: 1. &c. מָחֳרָת *Dies posterus.* Consimiliter vulgo חַטָּאת *peccatum*, quasi חַטָּאת &c.

ד. Omnia in summam colligantur, & distinctius enotetur I. *Termin.* simplex ה, cum *accentu* in ultima, II. *Termin.* ת cum *gemino Segol*, vel *Patach*, *accentu* in *penultima.* Ejus contractio 1. וּת ex וֶת ob *Vaw* in *quietem* datum. 2. וֹת item ex וֶת, eadem occasione, 3. ית ex יֶת ob *Jod* in *quietem* missum.

sum. 4. אַתְּ ex אַתְּ ob *Aleph* itidem *quieti* traditum. 5. אַתְּ ex אַתְּ si stat superior conjectura. 6. תְ, ת, ת per *contractionem* cum *elisione literæ mobilis* conjunctam. Omnes hæ formæ ex *Millhel* factæ *Milra*. III. *Term. Chald.* אָ. IV. *Term. Chald.* ת simplicis in ת, & ית sine *elisione*. Addo adhuc V. ת, ut בֹּשֶׁת *confusio*, a בּוֹשׁ *perplexum esse*. מִכְמֶרֶת *rete*, a מִכְמָר &c. &c. De his alibi plura.

LXXI. *Numerus* est triplex, *Singularis*, *Dualis*, *Pluralis*.

I. *Singularis* desinere potest 1. in *consonam* quamcunque, si *Radicalis* sit, prout omnes in universum *Literæ* ad *Radicem* constituendam admittuntur, in omni *sede*, *prima*, *secunda*, *tertia*. 2. in aliquam *sex servilium*, sive *Heëmanticam*, *adformativam*, *Reg.* LXVII. Inde simul repeti poterit, quodnam *genus* quæque *terminatio* vel *Radicalis*, vel *servilis*, efficiat.

II. *Dualis* formatur, per *servilem terminationem*, penacutam, ַיִם, ut יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *duo dies*. סִיר *olla*, סִירַיִם *duæ ollæ*. מֶלֶךְ *rex*, מַלְכַּיִם *duo reges*. מַלְכָּה *regina*, מַלְכָּתַיִם *duæ reginæ*. Apparet, nullum *generis* discrimen inesse: & tum *masculinis*, tum *fœmininis* peræque addi: nisi quod *He fœmin.* quia *in medio quiescere* nequit, ad *motum servilem* exerendum, mutetur in *Taw*. 2. Ex *Syriaca Dial.* etiam obtinuisse videtur ֵים per *Jod quiescens* in *Tzeri*,

 ut

ut שְׁנֵים pro שְׁנַיִם *duo:* & שְׁתֵּים pro שְׁתַּיִם *duæ.*

III. *Pluralis terminatio* gemina eſt, *generis* differentiam adferens.

Maſculina exit 1. in ִים. ut טוֹב *bonus*, טוֹבִים *boni.* מֶלֶךְ *rex*, מְלָכִים *reges.* Ea & ִם, ut גּוֹי *gens*, גּוֹיִם *gentes.* 2. in ִין, ut מְלָכִין *Reges*, *Prov.* 31:3. &c. Ea & ִן, ut אִיִּן *inſulæ*, ab אִי, *Eſech.* 26: 18. Duæ priores magis *Hebraicæ;* duæ poſteriores *Chaldaicæ* magis formæ habentur. Omnes *Milra.* Eſt & 3. *Hebræis* reſtituenda ex *Chaldaiſmo*, *terminatio* ַיִם quæ per *accidens* poteſt eſſe *pluralis*, quum alias ſit *Dualis.* Ita שָׁמַיִם *Cœli* &c. &c. Eſt *Milhel.*

Fœminina exit 1. in וֹת: ut דּוֹר *generatio*, דּוֹרוֹת *generationes.* Scribitur & דּוֹרֹת, *forma defectiva*, ut vocant. טוֹבָה *bona*, טוֹבוֹת, & טוֹבֹת *bonæ.* Nempe *He fæm.* quum in medio *quieſcere* nequeat, nunc plane perit, una cum *Kametz* ſuo. 2. in ָת ex *Chaldaiſmo*, ut תְּהִלָּת *laudes*, pro תְּהִלּוֹת *Pſ.* 9: 15. &c. Eſt rariſſima, nec ab omnibus agnoſcitur. Ambæ *Milra.*

א. Ad *Singularis numeri terminationes Radicales*, tenendum fundamentum *Linguæ*, *Reg.* I. *num.* 4. jactum. Inde elucet nullam *Literam* a *fine* excluſam. Notandum præterea, nullum *Singulare terminari* in *Vocalem*, niſi per *accidens*, quum ſcilicet vel aliqua ex *Literis Radicalibus* אהוי in *quietem* tranſiit, ut מָבוֹא

in-

ingressus: אִי *insula:* עָנִי *pauper:* vel *servilis* aliqua *forma* accrevit: ut עִבְרִי *Hebraeus.* עִבְרִיָּה *Hebraea.* Non tango nunc *Adfixa*, vel *Paragogicas literas*, quippe quae *compositionem* inducant.

ב. Terminatio *dualis* sine *Jod* venire creditur in יְרוּשָׁלַםִ *Hierosolymae;* pro יְרוּשָׁלַיִם, quinque tantum locis ita plene exarato. Confer p. 108. supra. Nobis forma illa *pluralis* esse videtur; qualis indicata in שָׁמַיִם *coeli.*

ג Nempe ut in omnibus *Linguis* nonnulla casu fortuito existunt, ita in *Hebr.* & *Chald. Dialecto* usu venit, ut praeter ִים & ִין *ordinariis*, *extraordinarium* ַיִם & ַיִן adsciseeretur in *pluralibus* multis, quae a *verbis quiesc.* 3. *He*, quorum origo *Jod*, descendunt. Ita שָׁלֵה *liquide tranquillus*, apud *Chald.* in *Plurali* dat שָׁלַיִן. Ad eam rationem שָׁלַיִם pro pleno שְׁלֵיִים vel שְׁלַיִים apud *Hebraeos* natum fuisse videtur. Inde יְרוּשָׁלַיִם designat *possessionem liquide tranquillorum* &c. Haec alibi enucleatius. Consimiliter שָׁמַיִם *coeli*, non *duale* nobis, sed *plurale*, a שָׁמֵה *altus*, pro שָׁמַי cum *Jod mobili*, in *part. praes. altero*, a שָׁמַי *sublimis fuit.* Ejus *plur. perf.* est שְׁמַיִים vel potius שְׁמַיִּים *sublimia, regiones sublimiores; coeli.* Hinc *forma imperf.* per *quietem* sponte exiit שָׁמַיִם, reposito ad *primam Radicalem Kametz.* Certissimum *Linguae Veteris* principium nunc tantum attingo: nam confirmatio, & evictio, liberiora spatia exigit.

ד. Non admittendum, quod magni *Grammatici* tradidere de *termin. plur. absoluta*, in *Chirek longum* sine *Mem*; ut חִצִּי pro חִצִּים *sagittae*, 1 *Sam.* 20: 38. &c. Exempla, quae adduci solent, aliud quid in sinu gerunt; estque eorundem *forma* haud dubie

hic *fingularis*. Longioris hæc, & alterius, difcuffionis.

ה. In *Dialecto Arabum* reperio, nonnunquam *pluralia* exiftere *pluralium*. Idem apud *Hebræos* aliquando factum, fiquet. 1. ex *duali terminatione* addita ad *pluralem fœmin.* in חוֹמֹתַיִם *Efaj.* 22: 11. *duo mœnia*: & לֻחֹתַיִם *duæ tabulationes*, *Ezech.* 27: 4. Sufpicatur Cl. *Alt.* חומות & לחות pro לוחות *fingularia* quoque fuiffe. 2. *Termin. masc. plur.* ad *fœmin. plur.* acceffiffe videtur in רַאֲשׁוֹתָי pro רַאֲשׁוֹתַיִם *cervicalia*: & בָּמֳתֵי ex בָּמוֹתִים *celfa*, *Job.* 9: 8. &c. a *fing. fœm.* בָּמָה. Sed & hic בָּמוֹת *fingulare*, pro בָּמוֹת, non careret fundamento &c. His fimilibusque, jam immorari non licet.

ו. Quæ de *He fœminino non amiffo*, *ob plurale incrementum*, fed in aliud *He*, idque *mobile*, vel & in *aliam aliquam* ex אהוי, trajecto, hic fubdidit Cl. *Alting*. aliam habent *rationem*, & *normam*. Nempe אֲמָהוֹת *ancillæ*, non ab אָמָה, unde אֲמָת, fed ab אֲמָהָה, cujus *Rad.* אָמָה ﺍﻣﺔ. Similiter מְנָאוֹת & מְנָיוֹת, *portiones*, non a מָנָה, fed a מְנִי five מְנִי veteri, cujus *Rad.* מָנִי. Item קְצָוֹת *extremitates*, non a קָצָה, fed a קְצֶו *Segolato* Veteri &c. &c. Stat ergo farta tecta *Analogia*: quæ fancit 1. ut *He fœmin.* in *duali motione* tranfeat in *Taw*, manente *Kametz*: fed in *plurali* plane pereat cum fuo *Kametz*. 2. ut *Taw fœminin.* fimiliter tollatur: nifi quod multa jus acquifiverint iftud *Taw* retinendi, de quibus ad *Reg.* 84.

ז. Gravem *Anomaliam Ling. Hebrææ* impingunt *Grammatici*, quum multa *Mafculina* recenfent, aucta *plurali terminationis fœminina*; אָב *Pater*, אָבוֹת *Patres*. קוֹל *vox*, קוֹלוֹת *voces*. לַיִל *nox*, לֵילוֹת *noctes*. שֵׁם *nomen*, שֵׁמוֹת *nomina*. צָבָא *exercitus*, צְבָאוֹת. &c. &c. Contra multa quoque *fœminina*, quibus *plura-*

ralis masculin. ut אֵילָה אֵילִים *quercus*; בֵּיצָה בֵּיצִים *ova*. פִּילֶגֶשׁ פִּילַגְשִׁים *pellices* &c. &c. Adde נָשִׁים *mulieres*, carens suo *singulari*. Sunt qui *Anomaliæ* addant *contumeliam*, atque etiam hoc nomine *Ling. Hebræam* traducant ut *imperfectam*, *inconstantem*, *confusam*, quæ *certos*, *planosque*, *sensus* præstare vix valuerit. Vanæ hæ, & temerariæ, voculæ. Eas ut confutem, observo 1. non magno judicio usos *Rabbinos* in Catalogo illo texendo; nam omnia illa, vel *communis generis* fuere olim, vel habuerunt *fœmininum singulare*, unde *plurale* istud sit declinatum: ut קוֹל *vox*, haud dubie etiam קוֹלָה fuit, unde קוֹלוֹת *voces*, *tonitrua*. Immitte *Linguam Hebræam* in veterem ditionem; & omnia illa ad justissimam *Analogiam* redibunt. Unum אָבוֹת *Patres* aliquid nodi nectit. Ei diu me adhæsisse fateor. Longius arcessitum, quod Cl. *Hill.* p. 341. *contractionem* statuat ex אַהֲבוֹת *Amores*, unde, subaudito אֲנָשִׁים *Viri*, sic dicti sint *Patres*, quasi *Viri amorum*, *Amantissimi*. Nimis sibi Vir ille *Doctiss.* in talibus captandis indulsit. Manere potuisset intra fines suæ *Radicis*, אָבָה, *voluit*, *promta voluntate fuit*: ut *Voluntas* pro *Caritate*, & *Caritates* pro *Patribus*, invaluerint. Sed & hoc non satis limpidum. En geminam nodi solutionem, quarum alterutram sequendam censeo. Prima est, ut אָבוֹת sit *sing. fœm.* pro *series patrum*, *paternitas*. Altera, ut sit *plur. fœm.* ab אָבוּת item *paternitas*, unde אֲבוּוֹת plene, & per *quietem* 3. *rad.* mox אָבוֹת *paternitates*, ad *series patrum* designandas. Variæ dari possunt rationes, ob quas *Hebræi* hanc *terminationem* elegerint, ad *avos*, *proavosque*, significandos. Quod 2. attinet ad *fœminina* aucta *termin. masculina*, id consimiliter resolvetur, si אֵילָה *Quercus* mactetur primigenio *masculino* אֵיל: item בֵּיצָה *ovum*, deperdito

בֵּיץ

בֵּיץ vel בֵּיִץ, a *Radice* fugitiva בוץ *albus fuit*. Ea apud *Arabes* magno multoque usu contrita, quibus etiam *gemina* hæc *forma* بَيْضٌ & بَيْضَةٌ longe familiarissima. Qui de talibus dubitare possunt, a *Lingua Hebræa* manus abstinere deberent. פִּילֶגֶשׁ *pellex*, in *terminationem* ים jus habet liquidissimum, nam ea sic dicta quasi פְּלַג אִישׁ *divisio viri*. Restant נָשִׁים *fœminæ*, quæ נְשׁוֹת potius sonari debuissent, a *rad.* נָשָׁה *oblitus fuit*. *Neglexit* &c. Et hunc nodum exsolvent nobis *Arabes*, apud quos נְשׁוָֹה نِسْوَةٌ in *forma singulari*, pro *genere fœminarum* conservatum. Id descendit a نَسْوٌ נֶשֶׁו *oblivio*; quod est *derivatum formæ masculinæ*, cujus *plurale* dedit نُسُوٌّ & نُسِيٌّ, i. e. נָשִׁים pro נְשָׁוִים *obliviones*. Id nominis cur *sexui fœmineo* inditum fuerit, sibi quisque facile dicet. Ad *Origines* nostras id pertinet.

†. Tollenda quoque *apparens* illa *confusio*, & *Anomalia*, quam *Grammatici* admissam volunt bifariam. 1. in *masculinis*, utraque *terminatione* auctis; ut לְבָבוֹת לְבָבִים *corda*, a לֵבָב *cor*. גַּבִּים גַּבּוֹת *eminentiæ* a גַּב &c. &c. nam vetus *Lingua* haud dubie habuit quoque *fœmin. singul.* לְבָבָה, cujus contractio לִבָּה *Esech.* 16: 30. extat, unde & לִבּוֹת *corda*, *Ps.* 7: 10. Similiter גַּבָּה extitisse; ad eandemque rationem reliqua quoque prono alveo fluxisse, non ambiget, qui *Pomœria Veteris Linguæ* sibi ante oculos proponet. 2. In *fœmininis*, אֵימָה *formido*, unde אֵימִים & אֵימוֹת: item שָׁנָה *annus*, unde שָׁנִים & שָׁנוֹת &c. eadem clavis succurret: nam אֵימָה est a perdito אֵים vel אַיִם: & שָׁנָה ha-

habuit *singulare masculinum* שָׁנָה *mutans*, nempe *annus* &c. &c.

ח. Restat magnus locus de *Nominibus*, quæ secundum *Grammaticos* vel *singularia* tantum sunt, vel *dualia*, vel *pluralia*. Notum quanta caligo in *Latinam*, & *Græcam*, *institutionem* hinc invecta: dum anxie *regulis* suis adfixi, *Linguam* non ad rectam *Naturæ*, & *Analogiæ*, normam exigunt: sed ad fractos, ut sic dicam, baculos, pro suo quisque captu, penuque. Miraculi loco esset, si *Rabbini* præ reliquis *Grammaticis* hac in parte sapuissent. Ita I *singularia* tantum esse dicuntur, præter *propria Nomina* 1. ut מֹשֶׁה *Moses*: 2. *Nomina metallorum*, ut כֶּסֶף *argentum*, זָהָב *aurum*, &c. 3. *Liquorum*, ut יַיִן *vinum*, יִצְהָר *oleum*, חֶמְאָה *butyrum*. 4. *Virtutum* & *vitiorum*: ut חָכְמָה *sapientia*, נְבָלָה *stultitia*. שִׂנְאָה *odium*. II. *Pluralia* tantum: 1. *Nomina ætatum*, ut נְעוּרִים *pueritia*; עֲלוּמִים *adolescentia*; זְקֻנִים *senectus*. &c. 2. *Alia* pauca, ut חַיִּים *vita*; פָּנִים *facies*, נָשִׁים *mulieres* &c. III. *Dualia* tantum, quæ *res natura*, vel *arte*, *geminas*, denotant: ut שָׁמַיִם *cœli*; מַיִם *aquæ*; מָתְנַיִם *lumbi*. חָפְנַיִם *pugilli*. רֵחַיִם *mola*. מֹאזְנַיִם *bilances*. מִכְנָסַיִם *braccæ*. IV. *Singularia* & *Dualia* tantum, *nomina membrorum geminorum*: ut אַף אַפַּיִם *facies*: item שֵׁן *dens*. אֹזֶן *auris*: עַיִן *oculus*. יָד *manus*. רֶגֶל *pes*. בֶּרֶךְ *genu*. שׁוֹק *crus* &c. &c.

Habeatur ad I. Si *nomina Propria* 1. spectentur in se, ut *individuum* signantia, *naturalem* tunc esse *singularitatem*; nam *unus* tantum *Moses*: ut *unus Cæsar*, *Cicero* &c. Non tamen *Grammatica* refugit *Cæsares*, & *Cicerones*, &c. ut nec *Moses pluraliter* elatos. Eatenus ergo curva est regula. 2. Non difficulter percipere est, cur *argentum*, *aurum*, *æs*, *stannum*, *plumbum*, fere careant *plurali*; quandoquidem *collectiva* iisdem & *generalis*, *vis* adhæret. *Pluralitas* tamen non repugnat iterum *Grammaticæ* rationi: nam & *æra*, *stanna*, *orichalca*, *electra* &c. apud probatos Auctores prostant. Consimiliter 3. *Vina*, *mella*, *musta*, *butyra*

tyra &c. ut *Latinissime* efferuntur, ita & *Hebræissime.* Idem 4. in *virtutibus* & *vitiis* verum: nam ut *sapientias*, *stultitias*, *amicitias*, *inimicitias*, *iras*, *avaritias*, *perfidias* &c. elegantissime *Latini*, sic *Hebræa* tam *Grammatica*, quam *Syntaxis*, admittit תְּבוּנוֹת *intelligentias*: אֲהָבִים *amores*: חֲסָדִים *pietates*; כְּעָשִׁים *iras* &c. adfectusque, aut habitus, consimiles, citra ullam restrictionem. Quod omnium *pluralia* non prostent, *Librorum* tribuendum penuriæ. Non inficior tamen, usum *omnis Linguæ* in his, aliisque, magis inclinare in *singularem numerum*: at eum non *Grammatica* sumere suadet; sed *Rhetorica*, quæ & *Pluralem numerum* suo sibi jure sæpissime trahit.

Teneatur II. *Pluralem numerum* potissimum convenire *Nominibus ætatum*, quia *generalis* est *notio*; vel potius, quia ex *pluralitate* ea ducta: nam נְעוּרִים signat *annos puerorum*: עֲלוּמִים *annos adolescentium* &c. &c. Regula parum firma præterea, nam יַלְדוּת *pueritia*, est *sing. fœm.* ad quam rationem quoque עֲלְמוּת *adolescentiam*, & similia extitisse, indubitatum. חַיִּים *vitas*, potius, quam *vitam*, cur maluerint, in oculos incurrit: & tamen חַי *vita* in *singulari* quoque extare, agnoscit Cl. *Alting. reg.* 85. sub finem. מְתִים *homines*, vel potius *sodales*, *adfines*, habuit olim *sing.* מְתֵה. פָּנִים *facies*, est a *sing.* deperdito פָּנֶה *vertens*; *obvertens*: *respiciens*. נָשִׁים *fœmina*, quasi *oblivia*, ut modo vidimus, a נָשֶׁר *oblivium*. Cur *pluralitas* in his captata, cuivis patet.

Aperta & III. ratio *Dualium* in מָתְנַיִם *Lumbi*, cujus *sing.* priscum מֹתֶן *Lumbus*. Eo tam parum caruere *Hebræi*, quam *Latini*. Similiter חָפְנַיִם *pugilli*, in *sing.* habuit חֹפֶן, a *Radice* חָפַן حفن apud *Arabes* servata pro *manibus junctis capere* fa-

rinam, arenam &c. *Actio* istius verbi est חֹפֶן: *mensura* concinnius חָפְנַיִם effertur. מִכְנְסַיִם *femoralia*, a *sing.* מִכְנָס *velamen*, cur *dualiter* tantum veniant, suus quemque monet vestitus. רֵחַיִם *molæ*, a רֵחֶה *mola*, *geminum* ob *lapidem* molarem. שָׁמַיִם *Cœli*, non *Duale* nobis, sed *plurale*: ut visum supra: ubi & *singulare* ejus productum. מַיִם *Aquæ* similiter *plurale*, a מַי quod Cl. *Alting.* iterum agnoscit *reg.* 85. &c. &c. Omnia excutere, non vacat.

Liquet etiam IV. cur *membra* pleraque, quæ *gemina* finxit Natura, *dualitatem* sequantur. אַפַּיִם proprie sonat *nares*. Cave credas nunquam אַפַּיִם *Nasos*, ubi plures nominandi essent, dicere potuisse *Hebræos*. In שִׁנַּיִם *dentes*, captata *series gemina*: sed quis neget שִׁנַּיִם etiam legitimum fuisse ad *multos dentes* denotandum. Par ratio omnium. Concludimus omnem *numerum* omni Vocabulo competere, secundum *Grammaticam*; sed ex *Rhetorica*, atque adeo *Natura* ipsa, persentisci, quem quodque potissimum sequendum habeat.

ט. *Grammatica*, in memoriæ subsidium, *Declinationes* varias excogitavit; sub quibus cuncta in ordinem redigi possent. Latior usus vocis *declinare* complectitur omnem *motionem*, *flexionem*, *variationemque*, tum *Nominis*, tum *Verbi*. At nunc fere *conjugare* in *Verbis* usurpamus, *declinare* in *Nominibus* per *Casus* variandis. Hos *Casus* quum *Hebræa Lingua* ignoret, Cl. *Alting.* nullas *Declinationum* formas posuit. At Cl. *Buxt.* aliique *duas* statuunt *Declinationes*, *primam masculinorum* in ים : *secundam fœmininorum* in ות. Non sperno: atque ad memoriam sublevandam eam *divisionem* obtinere patimur.

LXXII. *Casus*, quatenus designant *diversos vocis exitus*, a *Nominativo* ad *Ablativum* usque, apud *Hebræos* non dantur: quum *una* tantum sit *terminatio*

singularium, *dualium*, & *pluralium*, secundum istas quidem relationes. *Vis* tamen, & *potestas casuum*, ut a nulla Lingua abest, ita ab *Hebræis* non incuriose sane habita, sed quantum forma vocum permittebat, definita fuit.

א. *Nominativum* nempe indicat *Syntaxeos* ratio, ob quam *appellatio* ista indita ei qui *nominatur*; quique in *recto casu stare* concipitur.

Genitivus percipitur ex *arctiore constructione duarum vocum*, per quam *prioris* quasi accessio fit *posterior* illa, in *Genitivo casu* propterea *Latine* efferenda: ut רוּחַ־אֱלֹהִים *Spiritus Dei*. נֶפֶשׁ אָדָם *anima hominis*. הַר קֹדֶשׁ *mons sanctitatis*. &c. Apparet *vim genitivi* additam vocabulis *posterioribus*, per *pronuntiationem* acceleratam *prioris*. Ni fieret, in *absoluto statu* subsisterent, & *Spiritus Deus*, *anima homo*, *mons Sanctitas*, convertendum foret. *Genitivum possessoris* interdum per *præfixum* ל formari docetur: ut מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Davidis*. Imo vero *Davidi*; in *dativo* per flexum elegantiorem: qualis & in מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *Cant.* 3: 7. *Lectus qui Salomoni*: supple *est*. Hinc ducta particula שֶׁל, etiam inter notas *Genitivi* recensita. Conflata ea ex שׁ, ab אֲשֶׁר *pron. relat.* & ל *dativi* signo: unde שֶׁלִּי *quod mihi Cant.* 1: 6. proprie. Hinc *Eccles.* 8: 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל *ejus causa quod elaborat*, ita resolvendum, *in quantum ad id quod elaborat*: nam אֶל etiam *ad*; quatenus aliquid de *Dativo* isti *præpositioni Latinæ* quoque immistum.

Dativus signatur fere per *præpos.* ל, quæ *tendentiam* infert: ut תֵּן לַמֶּלֶךְ *Da Regi*. *Date* לֵאלֹהִים *Deo* &c. אָמַר לִי *dixit*

mihi

mihi. Habet & alios usus multo venustissimos, qui ad *Syntaxin* pertinent.

Accusativus dignoscitur 1. per particulam אֵת; cujus *Originem & Proprietatem* alibi investigabo, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ׃ *In principio creavit Deus; Cœlos, & terram. Gen* 1: 1. *Nominativus* sentitur per *Syntaxin; Accusativus* adjecto אֵת adstringitur ad præcedens *creavit*; & *ablativus* ex *præpos.* בּ *in* agnoscitur. Sæpissime tamen particula illa omittitur: ut *Ps.* 1: 3. אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן, *qui fructum suum dabit.* Sola ergo vis *Syntaxeos* hic prælucet. 2. *Accusativum* efficiunt insuper multæ præpositiones, præsertim אֶל *ad*, & עַל *super:* nonnunquam & ל, duplici adspectu: 1. quum pro אֶל *ad*, venit: 2. ex *Syriasmo* ut volunt, *Ps.* 136: 16. Sed posterior ille *usus* potius *Emphaticus*, æque *Nominativo* quam *Accusativo* aptus, &c. &c.

Vocativus nullam privam notam habet. Ei inservit sæpiuscule ה *Emphaticum*, sive *Articulus*; ut הַמֶּלֶךְ *ὁ βασιλεὺς, O rex!* הַיָּם *ἡ θάλασσα, O mare! Ps.* 114: 5. הָרוּחַ *τὸ πνεῦμα O spiritus! Esech.* 37: 9. &c. &c.

Ablativus internoscitur partim per *Præpositiones*, partim sine iis. 1. Præpositiones præcipuæ sunt מִן & מ, *ex: ab: de: præ:* עִם *cum.* אֵת *cum.* עַל *super.* בּ *in.* &c. Sine iis 2. per *Ellipsin*; vel *Paragogen*; ut כָּל הַיּוֹם *toto die*, pro בְּכָל *in toto.* בֵּית אֱלֹהִים *Domo Dei*, pro בְּבֵית *in Domo.* יוֹמָם וָלַיְלָה *die & nocte.* &c. &c.

LXXIII. *Comparatio*, & *superlatio*, quæ *declinatione*, id est *finium variatione* per *gradus*, fit, nulla quoque *Hebræis.* Utrumque per *Circumlocutiones*,

 &

& *signantissimas constructiones*, ita præstant, ut *Naturam ipsam* loqui sentias.

א. Circumlocutio *comparativi gradus* fit 1. intercedente *præpos.* מִן *ex*, quatenus *præ* signat. Sic *Job.* 1: 3. גָּדוֹל מִכָּל־בְּנֵי־קֶדֶם *Magnus præ omnibus Filiis Orientis:* proprie, *Magnus ex omnibus.* Sentis τὸ *Eximium*, quod in usum τῷ *præ* se latissime diffudit. *Hab.* 1: 7. קַלּוּ מִנְּמֵרִים *Leves sunt ex Pardis*, i. e. *præ pardis. Magis quam pardi. Magis pardis:* secundum illud: *O luce magis dilecta sorori &c. Quid magis est durum saxo &c.*? 2. Plenius effertur יוֹתֵר מִן *excellens ex, præ.* 3. Sunt qui עִם *cum* etiam *Comparationi* inserviisse velint: ut *Job.* 9: 26 *Dies mei prætervecti cum navibus papyraceis:* id est, *præ*; ut non *collationis* tantum, sed & *prælationis*, sit. Ego ultra *collationem* necdum procedo in ista particula. Sed 4. fidenter *Hebræis* restituo *vim comparativam* sub *negativa* לֹא *non*, in structura *Esaj.* 51: 2. שִׁכֻּרַת וְלֹא מִיָּיִן *Ebria, & non vino* i. e. *multo magis inebriata.* Adfert hæc circumlocutio *gradum incomparabiliter majorem*, ut ad *Job.* 30: 28. monui.

ב. *Superlativum gradum* circumscribere in *Adjectivis* I. potest. 1. *Articulus He*, ut הָעִיר הַגְּדוֹלָה ἡ πόλις ἡ μεγάλη. *Jon.* 1: 4. הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας. 2. *Repetitio*; ut רַע רָע *malum malum*, i. e. *pessimum.* 3. præmissa *negatio*, ut לֹא טוֹב *non bonum*, pro *pessimum.* 4 Interventus *præpos.* ב, *Articulo* addito, vel & omisso; ut הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים *Magnus inter Anakæos*, & גָּדוֹל Prius tamen signatius. 5 *particula* מְאֹד *valde*; ut טוֹב מְאֹד *Bonum valde. Optimum.* Etiam *geminationem* 6. hic factam טוֹב מְאֹד מְאֹד *bonum valde, valde*, dubium esse nequit. Nem-

pe,

pe II. *particula repetita* efficit *superlationem maximam*, & מְאֹד מְאֹד *valde valde*, est *quam intensissime*, *Esech.* 9: 9. item בִּמְאֹד מְאֹד *Exod.* 1: 7. Origo talium *substantiva*: nam מְאֹד *intensionem* proprie notat. Ita מַעְלָה מַעְלָה *sursum sursum*, i. e. *celsissime*, proprie sonat *celsitatem versus*, *celsitatem versus* &c. &c. Scilicet *substantiva* III. formant *superlativum* 1. in *absoluto*, ut עֶבֶד עֶבֶד *servus servus*, pro *vilissimo*. 2. in *constructo*; ut עֶבֶד עֲבָדִים *servus servorum*. 3. Unius radicis derivatum geminum, ut שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה *vastatio*, & *evastatio*: *Job.* 30: 3. i. e. *vastitas vastissima*. 4. Diversarum Radicum *Synonyma*; ut מְטַר גֶּשֶׁם *pluvia imbris*: חֹשֶׁךְ אֲפֵלָה *tenebræ caliginis*. 5. Quum *substantivum* loco *adjectivi* apponitur, *superlationem* simul infert; ut הַר־קָדְשִׁי *mons Sanctitatis meæ*; pro *sanctissimus mons meus*. 6. *Nomen Dei* additum per *compositionem*, vel *constructionem*, ut שַׁלְהֶבֶתְיָה *flamma Dei*; pro *maxima*: אַרְזֵי־אֵל *Cedri Dei*, pro *altissimæ*. &c. &c. Horum tamen diversa & vis, & ratio, de qua in *Syntaxi* anquirendum. Et præcedentibus inde major lux inferenda.

3. *Superlativum gradum* efficere quoque censetur *He Paragogicum*, aliquam *finis variationem* efficiens. Accedit I. *substantivis* tam *mascul.* quam *fœminin.* ut מָוְתָה *mors acerbissima*, *Ps.* 116: 15. Et נַחְלָה *torrens vehementissimus*, *Ps.* 124. 4. יְשׁוּעָתָה *salus ulla*, *Ps.* 3: 3. עַוְלָתָה *iniquitas summa* &c. a simplicibus עַוְלָה, יְשׁוּעָה, נַחַל, מָוֶת &c. &c. II. *Adjectivis* ut שְׁפָלָה *humillimum*, a שָׁפָל *humile* *Esech.* 21: 26. בֹּעֵרָה *ardentissimus*, *Hos.* 7: 4. a בֹּעֵר *ardens* &c. &c. III. *Particulis*, ut מַטָּה *infime*,

me, a מַטֶּה *descensus*, quod a נָטָה *inclinavit*. &c. IV. etiam *verbis* accrescit, ut נִפְלָאתָה *Mirificentissimum fuit*, pro נִפְלְאָה 3. *fœm. præt. Niph.* a פָּלָא. Ea *Paragoge* infra *Reg.* 151. incudi reddetur.

ד. Restituenda *Hebræis forma comparativa*, & *superlativa*, per *Aleph servile* in *principio*, quam אַפְעַל vocitant *Arabum Grammatici*, ab omni *Radice* descendens. Sic אַכְזָב est *mendacior*, & *mendacissimus*. אֵיתָן pro אֵיתָן *perennior*, & *perennissimus*, a יָתַן *jugiter fluxit*. &c.

LXXIV. *Absolutum statum* vocant *Grammatici*, quum vocabula arctiore vinculo *regiminis* non sunt connexa. *Regimen* autem, sive *statum constructum*, dicunt *copulationem* illam, qua prius vocabulum ita *regit* posterius, ut *Genitivo casu* veniat efferendum ad normam *Ling. Latinæ*. In פְּרִי עֵץ *fructus arboris*; prius *Regimen* tenet; posterius *regitur*. Prius proprie dicitur esse in *statu constructo*, non posterius, quia pronunciatio *prioris* solummodo acceleratur; *posteriore* statum *absolutum* retinente, i. e. ordinariam suam *formam*, & *moram in pronunciando*; nisi & ipsum *regat casum Genitivum*, ut פְּרִי עֵץ הַחַיִּים *fructus arboris vitæ*. Harum trium Vocum *pronuntiatio* sic temperanda, ut *duæ priores*, detracto veluti accentu, quam celerrime perveniant ad *tertiam*, haud secus ac si *Mackaph* sive *Hyphen* intercederet; פְּרִי־עֵץ־הַחַיִּים: nam si lentius pronuntientur, *in absoluto* starent; sensusque esset: *fructus*, *arbor*, *vita*, sine

ſine ulla *conſtructione*. Raptim ſic per conſtructionem continuatam exeunt hæc *quatuor* יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי אַבְרָהָם׃ *Dies-annorum-vitæ-Abrahami*. Ad *Regimen* etiam revocari debet *ſtatus Adfixionis*.

א. Tralucet ex *Conſtructione* hac, & *Pronuntiandi ratione*, ſimplicitas, & vis, Naturæ: ſimulque ratio, ob quam prius vocabulum, ſi poſſit, *aliquid mutationis pati* debeat in *literis*, vel *vocalibus*. Si poſſit, inquam, nam tum *Literæ*, tum *Vocales*, ſæpe ſunt in conditione *immutabili*: ut פְּרִי עֵץ *fructus arboris*, nec in *literis*, nec in *vocalibus*, quicquam mutationis ſubire potuerunt. At in יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי *Dies-annorum-vitæ*, & *literæ* & *vocales* mutationem paſſæ; nam in *abſoluto* erat יָמִים שָׁנִים חַיִּים *Dies*, *anni*, *vita*.

ב. *Vocabula* quæ *conſtructionem* hanc admittunt, ſunt I. *Subſtantiva*; ut in allatis exemplis. II. *Adjectiva*; ut גְּדֹל הָעֵצָה *Magnus conſilii*: pro גָּדוֹל. Et כְּבַד פֶּה *gravis oris*; pro כָּבֵד &c. III. *Participia*, quæ *Adjectivis* accenſeri ſolent; ut מְשַׂמְּחֵי לֵב *exhilarantes cordis*, *Pſ.* 19: 9. עֹבְרֵי דֶרֶךְ *Tranſeuntes viæ* &c. pro עֹבְרִים. IV. *Infinitiva*, quæ *Subſtantivis* non abſimilia; ut שְׁתוֹת יַיִן *Bibere vini*, pro שָׁתָה: & קְנוֹת בִּינָה *comparare intelligentiæ*, pro קָנָה. V. *Particulæ* plurimæ, quippe quæ & ipſæ ad cenſum vel *Subſtant.* vel *Adjectiv.* pertineant: ut בֵּין הָאוֹר *inter lucem*, pro בַּיִן: & אֵין כֶּסֶף *non eſt argentum*; proprie *vacuitas argenti*; pro אַיִן. &c. &c.

ג. *Constructio* etiam locum habet, in bene multis, in quibus

posterius genitivo casu reddi nequit, ut חוֹסֵי בוֹ *fidentes in eum*, *Ps.* 2: 12. pro חוֹסִים &c. &c. Sed a *Syntaxi* hæc pendent potius, atque *arcana* quadam *ejusdem ratione*; quam nunc exequi haud licet. Idem intellectum velim de *Anomalia status absoluti*, pro *constructo*: ut טוּרִים אֶבֶן *ordines lapidum*, pro טוּרֵי *Exod.* 28: 17. &c. &c. Est potius *appositio*. In aliis item aliud quid subest. *Syntaxis* explanabit, atque *Analogiam* fartam tectam præstabit.

LXXV. Accedimus ad *Arcem* quasi *Punctaturæ*: *mutationem*! nempe tum *Literarum*, tum *Vocalium*, quæ per *Derivationem*, *motionem*, *declinationem*, & *constructionem*, vocabulorum, existere solet. Ea, ut quod res est dicam, nihil in *Grammatica Hebr.* indigestius adhuc, & confusius. Opera ergo danda, ut & ea ad *Naturalem simplicitatem* simul, simul *evidentiam* revocetur. Omnis *mutationis principium*, & *causa*, in *pronuntiandi ratione* sita; quæ vel ob *accentum tonicum*, vel ob *regimen*, partim in *Literis*, partim in *Vocalibus*, aliquid immutari postulavit. *Accentus tonicus* I. *mutationem* inducit, quum, ob *incrementum* vocis, *tono* ad *ultimam*, vel *penultimam*, descendente, *Regulæ* XLIX. & L. obtinere debent. Id fit 1. in *motione*: ut גָּדוֹל גְּדוֹלָה *magnus*, *magna*. 2. In *Declinatione*: ut גָּדוֹל גְּדוֹלַיִם גְּדוֹלִים *Magnus*, *magni duo*, *plures*. 3. In *adfixione*; ut גְּדוֹלִי *magnus meus*. Hæc ad *Reg.* L. ipsa vis pronunciandi cuivis dictat. Ad *Reg.* XLIX. ab eadem promanat, ut תֹּם *perfe-*

fectio 1. in *motione* præbeat תְּמָה 2. In *declinatione* תְּמִים *perfectiones*. 3. In *adfixione* תְּמִי *perfectio mea*. Appellatur *incrementum* vocis *manifestum*. II. *Incrementum* ejusdem *occultum*, per *Regimen* nascitur, ut *Reg. præced.* vidimus: unde & *multiplex mutatio* per illud inducta; ob eandem *pronunciationis legem*. Ea postulat 1. ex *Reg*. L. ut efferatur גְּדָול כֹּחַ *magnus roboris*, pro גָּדוֹל. 2. ex *Reg*. XLIX. ut sonetur עַם הָאָרֶץ *populus terræ*, pro עָם &c.

א. Circa *mutationem* porro teneatur; I. non alias *literas* eam subire, quam *serviles*: nec tamen omnes. *Mutatur* tantum 1. *He fœmin. anteced. Kametz*. 2. *He mascul. antec. Segol*; substitutum pro *Vaw* vel *Jod*, ut גּוֹלֶה *revelans*: פֶּה *os*. מַחֲנֶה *castrum* &c. 3. *Termin. Dualis* ַיִם: & *plur.* ִים Non mutantur *reliquæ Heemanticæ* fini additæ: ut nec *He paragogicum*, quod in *nominibus* semper *penacutum* efficit: ut *He fœmin*. facit *acutum*. Immutabilis quoque *term. plur. fœm.* וֹת; quin ei in *Regimine*, & *Adfixione* superadditur *Jod*; ut *Reg. sequenti* & XCV. monebitur. *Vocales* II. quæ *mutationem* pati possunt, dignoscuntur sua sponte, ubi *Analogia Linguæ*, & *derivandi norma* innotuit. Secundum hanc nulla non *mutabilis*, nulla non vicissim *immutabilis*. Unum modo exemplum promam. פָּקִיד *præfectus*, dat 1. in *motione*: פְּקִידָה. 2. in *declinatione*: פְּקִידִים *præfecti*. 3. in *adfixione*: פְּקִידִי *præfectus meus*. 4. in *Regimine*: פְּקִיד בַּיִת *præfectus domûs*. At סָרִיס *Eunuchus*, pro סָרִיס, dat in *plur*. סָרִיסִים itemque in *Regimine* סָרִיסֵי הַמֶּלֶךְ *Est*. 4:5.9. quamvis & סְרִיסֵי extet, quod alterius est *formæ*, a סָרִיס *part. pass. Kal.*

 ut

ut פָּקִיד : quum alterum illud ex *Pibhel* derivetur.

De hac jam *mutatione* qua *Literarum*, qua *Vocalium*, ita præcipere conabimur, ut evidenti & certa ratione cuncta nostra niti appareat.

LXXVI. *Mutationem* notabilem ſubit *He fæmininum*. I. In totum ex *Reg.* LXXI. tollitur una cum ſuo *Kametz*, accedente *plur*. וֹת : ut טוֹבָה טוֹבוֹת *bona*, *bonæ*. II. Tranſit in ת, alteram notam *fœminini*. 1. Ante *term. dualem*, ut טוֹבָה טוֹבָתַיִם *bona*, *duæ bonæ*. שָׂפָה שְׂפָתַיִם *Labium*, *labia*. 2. In *adfixione*; ut שְׂפָתִי *Labium meum*. 3. in *Paragoge*, ut שָׂפָתָה *Labrum vægrande*. אֵימָתָה *terror vægrandis*. 4. in *Regimine* ut שְׂפַת הַיָּם *litus maris*.

א. Omnis hæc *mutatio* per *Dialectos Chald. Syr.* & *Arab.* mirifice & confirmatur, & illuſtratur: nam apud *Aramæos* א eodem modo vel ejicitur, in *plur. fœm.* formando, vel tranſit in ת propter *Dualem*, *Emphaſin*, *Adfixionem*, & *Regimen*. Ea collatio arguit, non tam ה mutari in ת, quam quum duplex *terminatio fœminina* ſit, poſteriorem potius iis in acceſſionibus uſurpari. Apud *Arabes* illud *He fœmin.* ſcribitur ة, הּ, pronunciandum ut ت *Taw*, iiſdem incrementis adſcitis; prout in *plur. fœm.* etiam plane tollitur. Ex horum *Dialecto* etiam diſcimus, tantam conjunctionem per *Regimen* factam, ut nil propius, intimiuſque, fieri queat citra confuſionem: & מְדִינַת הַנָּבִיא *Civitas Prophetæ*, pronunciatum fuiſſe, non *Medinat-Hannabî*, ſed, *Medinatannabî*. Hoc indicare operæ pretium duxi, ut *Natura conſtructionis*, & *veteris Pronunciationis Hebrææ*, diſtin-

ſtinctius percipi poſſet ab iis, qui judicio in hiſce pollent.

ב. Bonum factum, quod Cl. *Alting*. *Anomalias*, quas hic congeſſerant multi, ad limpidam reduxerit *Analogiam*, in vocibus גֻּלָּהּ *Lecythus ejus*; פִּנָּהּ *angulus ejus*: &c. Nempe non deſcendunt a *fœmininis formis* גֻּלָּה, פִּנָּה, &c. ſed a *maſculinis* deperditis גֻּל, פֵּן &c. Talia negare, eſſet ſibimet oculos eruere: nam ad גֻּלָּה *fœmininum*, perveniri non potuit niſi per *maſcul.* גֻּל. Similis reliquorum conditio. Ad *Reg*. 71. idem hoc fundamentum *Veteris Linguæ* indicatum.

LXXVII. Inſignem *mutationem* patiuntur *termin. dual.* ַיִם, & *plur. maſc.* ִים; tum in *Adfixione*, tum in *Regimine*. Abjicitur nempe ם una cum *Punctis*, manente ſolo *Jod* ad indicium *numeri majoris*. Id autem I. in *Adfixione*, vel *quieſcit*, vel *movetur*, vel *otiatur*, pro varia *adfixi* natura & conditione. *Quieſcit* in דְּבָרֶיךָ *verba tui*, m. a דְּבָרִים. *Movetur* in דְּבָרַיִךְ *Verba tui*, f. *Otiatur* in דְּבָרָיו *verba illius*. II. In *Regimine* autem ſemper *quieſcit* in *Tzeri*; ut דִּבְרֵי אֱלֹהִים *verba Dei*: עֵינֵי אָדָם *oculi hominis*. Terminatio *plur*. וֹת conſtans eſt, in *Regimine* nihil plane ſubiens; ſed in *Adfixione* inſuper adſciſcens *Jod* ad eandem legem *quietis*, *motus*, & *otii*. Sed hoc ad *Reg*. XCV. remittimus.

א. Iterum *Dialecti* pulchre concinnunt; in quibus ſimiliter *termin. fœm.* ת, اتٌ, invariata manet: *dualibus* & *maſc. pluralibus* mutatis ad *propiorem nexum* cum ſequenti *genitivo*. Nempe

pe & *Adfixio* eſt ſpecies *ſtatus conſtructi*, ſive *Regiminis*, in quo דְּבָרַי non *verba mea*, ſed *verba mei*, ſive *meæ perſonæ* valet: & דְּבָרֶיךָ *verba tui*. &c. &c.

LXXVIII. Terminatio ſingularis in ֶה, cadens in *derivata maſculina verborum quieſcentium tertia He*, & pauca alia a *perfectis* ducta; I. accedente *incremento finali manifeſto* plane perit. Id fit 1. in *motione:* ut גּוֹלֶה גּוֹלָה *Revelans* נִגְלֶה נִגְלָה *revelatus, revelata*. מַחֲנֶה מַחֲנָה *caſtrum*. 2. in *dual.* & *plur.* ut מַחֲנַיִם & מַחֲנִים *caſtra*, a מַחֲנֶה. 3. in *adfixione*; ut מַחֲנִי *caſtrum meum*. שָׂדִי *ager meus*, *a* שָׂדֶה. 4. in *Paragoge*, retracto etiam accentu, ne cum *He fœmin.* confundatur, ut מַטָּה *infime*, pro מַטֶּה *deſcenſio*, *declinatio*, a נָטָה *declinavit*. מַעְלָה *ſumme;* pro מַעֲלֶה *adſcenſio*, a עָלָה *ſuperavit*. II. in *Regimine* manet quidem *He*, ſed *Segol* in *Tzeri* abit, ad clarius indicium Radicis: ut שְׂדֵה אִישׁ *ager viri:* pro שָׂדֶה.

א. Cuncta hæc non temere, nec fortuito, ita facta; multa minus ficta: ſed ex intima *Analogia* profecta. Ut eam inſpiciendam dem, teneatur *Origo* certiſſima *Verborum Quieſc. tert. He*, quarum ultima proprie *Vaw*, vel *Jodh*, גָּלָה *revelavit*, nempe, eſt pro גָּלַו & גָּלַי; ut *Reg.* 132. demonſtrabitur. Inde ſtatim I. elucet, ut גּוֹלֶה *revelans* m. per *Legem quietis* in *fœm.*

fœm. facit גֹּלָה: in *plur.* גֹּלִים &c. fic omnia *Derivata* in ה exeuntia eandem normam fequi debere. Si *Radicalis* fuiffet *Litera He*, non potuiffet tolli : nunc deletur quia *fervilis* eft; & quia 3. *radicalis* in *quietem* conceffit. II. quoque apparet, cur in *Regimine* manere debuerit idem illud *He* : fi enim jam periiffet, *Radix* vix amplius internofci potuiffet: nam שַׂר אִישׁ vel שַׂר אִישׁ longe diverfum fundit fenfum. Non debuit etiam mutari in *Taw*, quia cum *fœminino He* confufum fuiffet. Ad clarius quinimo indicium *Radicis*, *Segol* commutatum in *Tzeri*, quippe cujus *fonus* nonnihil in 1. inclinans, aptus natus, ad ideam *Jod Radicalis* movendam, in 3. illa fede: שְׂדֵה אִישׁ, & שְׂדֵי אִישׁ cum *Jod mobili*, non multum fono abludentibus; nam prius *Sdhei*, *Tzeri* ut *Tzeiri* pronunciato, refonuit; pofterius *Sdhej* per *Jota* enunciatum.

ב. Cuncta hæc ex *Dialectis* lucem infignem fœnerantur. Præfertim ex *Arabum* illa, luce liquidius eft, magnam femper curam geftam, ne *verba quiefcentia* tertia *Vaw* & *Jod* nimium ab *Origine* deflecterent, aut cum alio genere verborum confunderentur. Id demonftrare, non eft hujus loci. Ab eadem cura eft, quod *Chaldæi* & *Syri* 3. *rad. Jod* in *hifce formis* plerumque reftituant ex *Aleph Vicario*; ut in fundamentis *Aramæis* inculcatur.

ג. *Anomalum* cenfetur פֶּה *os*, cujus *plur.* 1. non tantum פִּים *ora*; fed etiam פֵּיוֹת, & geminata forma פִּיפִיּוֹת. Ejufdem *adfixio*, 2. item præbet, פִּיךָ *os tuum* &c. Quin & *Regimen* 3. exigit פִּי יְהוָה *os Jehovæ*, non פֶּה. Ut & in hifce *Analogia* reflorefcat, fciatur *Radicem* effe פָּיָה vel potius פָּיָי. Inde primitus plena *forma* fuit פֶּיֶי vel פֶּיִי *Segolatum*, quod in פֶּיֶה, nec non פְּיִי ex *lege quietis*, mox trajectum. Hinc duplex contractio, altera פֶּה, altera פִּי: illa in *abfoluto*; hæc in *conftructo*, nec non *adfixione*, (quæ & ipfa *conftructio*, five *regimen*) meri-

ritissimo obtinuit. Alias *Anomalias* a *Grammaticis* hic enotatas alibi discutiemus.

ֶה *mascul.* in אִשֶּׁה *holocaustum &c.* ex *Jod servili* ortum, eisdem legibus subjacet. Ratio alibi latius exequenda.

LXXIX. In *Vocales* quoque ex omnibus hisce *multiplex mutatio* invecta. Aliquid jam tactum *Reg.* LXXV. ubi ex *Reg.* L. ostendimus, in omni *declinatione*, quæ *accentum* deducat, *Kametz antepenultimum* perire. Hinc quoque pendet *Canon* infiniti usus, *Kametz* & *Tzeri penultimas in voce regente*, sive *constructa*, si *mutabiles* sint, *tolli*, *ad accelerandam pronunciationem:* ut דְּבַר יְהוָה *Verbum Jehovæ:* a דָּבָר: לְבַב אֱנוֹשׁ *cor hominis*, pro לֵבָב: יְדֵי אִישׁ *Manus Viri;* pro יָדַיִם · כְּלֵי בֵּית *vasa domus*, pro כֵּלִים.

א. Visum nempe *Reg.* LXXV. *Regimen* arctissimum inducere nexum inter duas voces, & *tonum* ferme omnem tunc in *ultimam* incumbere. Ergo illæ *Vocales* ut *antepenultimæ* ab *accentu tonico* spectandæ: atque iterum *Natura* ipsa in hisce fida dux, & auctor: quæ ad *statum constructum* ab *absoluto* discernendum hanc *mutationem* adhibere debuit, ubicumque modo potuit, i. e. ubi *forma Vocabuli* id permittebat. Hinc dilues facile *Anomalias* retenti *Kametz*, vel *Tzeri:* quod ipsa *Analogia* jubente videlicet factum in quibusdam. E. G. אֵזוֹר חֲלָצָיו *cingulum lumborum ejus.* חֵקֶר אֱלוֹהַּ *scrutinium Numinis.* Est enim in his, aliisque, *Tzeri* illud *immutabile*, ob peculiarem *derivati formam*, quam efficit. Idem de *Kametz* dictum esto.

LXXX. *Kametz ultimum*, quod in aliis *incrementis finalibus* manere potest, ob *Regimen* tamen ple-

plerumque corripitur in oppositam brevem. Sic לְבַב אִישׁ verbum *Jehovæ*, pro דָּבָר: & לְבַב אִישׁ *cor viri*, pro לֵבָב &c. &c.

א. Ratio *mutationis* naturalis, & evidens; si attendamus ad *legem Regiminis* sæpiuscule insinuatam. Nempe propter *arctiorem* illum *nexum*, & *celeriorem pronuntiationem*, illud *Kametz* videtur incurrere in *Scheva quiescens*, citra *accentum*. Ut ergo ad *Reg.* XLIX. ex עָם *populus*, existit עַמִּי *populus meus*, & עַמִּים *populi*; ita necessario quoque existere debuit עַם יְהוָה *populus Jehovæ*. הַר הַזֵּיתִים *mons olearum*, pro הָר. &c. &c.

ב. Ut tamen ista *Regula* grano salis adspergenda; ita tenendum, *Kametz* in multis manere. Et quidem 1. in *fœmininis*, quæ in ָת exeunt; ut מְנָת כּוֹס *portio calicis*; *Ps.* 11: 6. Nempe duplex *forma* fuisse videtur מָנָה, & מְנָת. Prior dat מְנַת *Jer.* 13: 25. Posterior *Kametz* retinet; videturque signantius quid ferre. 2. in *formis* פָּקָד: ut שְׁאָר הָעִיר *reliquum urbis*. 1 *Chron.* 11: 8. שְׁאָר עֵץ *reliquum arboris*. כְּתָב אֱמֶת *scriptum veritatis* *Dan.* 10: 21. Aliquando etiam 3. in *formis*, ָם & ָן *servili* *auctis*; ut אוּלָם *porticus*. מַתָּן *donum* &c. 4. in *derivatis verborum quiesc. med.* sæpissime: ut עָב טַל *nubes roris*. At עַב הֶעָנָן *Exod.* 19: 9. est *densitas nubis*; a *Rad.* עָבָה *spissus fuit*. 5. in יָם *mare*, cujus *thema* יָמם, per *privam legem*: ut יָם הַמֶּלַח *mare salis*. יָם פְּלִשְׁתִּים *mare Palæstinorum*; *Exod.* 23: 31. ibidem habes יַם־סוּף *mare algæ*, sive *Rubrum*, per *Mackaph*: unde correptio omitti non potuit. Liquet *vivam pronunciatio-*

 nem

nem unice attendendam, ut de his, aliisque, sanum judicium feramus.

ג. Quod de speciali *Anomalia* ꝫ *Kametz*, in *Tzeri* commutati, in tribus הָבָל *vanitas*, חָלָב *lac*, לָבָן *albus*, traditur, admitti non debet. Prius הֲבֵל *Eccl.* 1: 2. est ab הָבָל. Secundum חֲלֵב *Esaj.* 60: 16. a חָלָב. Tertium לְבֶן־שִׁנַּיִם *albus dentium*, *Gen.* 49: 12. a לָבָן. Has *formas* olim extitisse, tam parum dubitandum, quam ipsas *Radices*.

LXXXI. *Tzeri* ultimum I. in *Regimine* amat manere: potuit tamen pro sua natura corripi in *Segol;* pro quo & *Patach* nonnunquam substitutum, ex affinitate superius *Reg.* LXIII. indicata. II. in aliis *incrementis finalibus*, quæ *accentum* deducunt, alia constanter illud abjiciunt, substituto *Schevate;* alia id retinent, pro varia *indole*, & *forma*, quæ cuique vocabulo addita.

א. Ad *Regimen* I. quod attinet, totum genus percipere erit ex מַקֵּל שָׁקֵד *baculus Amygdali*, & מַקַּל לִבְנֶה *baculus Populi.* Nempe processus hic; מַקֵּל מַקֶּל מַקַּל quæ tria æquum jus tenuisse videntur. Ad eam rationem אוֹבֵד עֵצוֹת *periens consiliorum*, pro אוֹבֵד: & קַן־צִפּוֹר *nidus avis*, a קֵן. Ad eam rationem כְּבַד פֶּה *gravis oris*, pro כָּבֵד *Exod.* 4: 10. עֲרַל שְׂפָתַיִם *præputiatus labrorum*, pro עָרֵל: pro quo & עֲרֶל dici potuisset, ut אֲבֶל־אֵם *lugens matris*, &c. *Ps.* 35: 14. *Tzeri* re-

retentum in עֲקֵב עֵשָׂו *calcaneus Esavi*, pro עָקֵב: & יְוֵן מְצוּלָה *fermentans profundi*, pro יָוֵן &c. Nullis ergo hic opus exceptionibus: ut nec *conditionem* illam moror, de *Tzeri* in *Patach* mutando, quum in *penultima* est *Kametz*. Non debuissent talia in *Grammaticam* introduci.

In nominibus *formæ* מִפְקָד & מִפְקַד eadem *simplicitas naturæ* servanda, secundum quam habes מַפְתֵּחַ בֵּית־דָּוִד *Clavis Domus-Davidis*: manente *Tzeri*. מִזְבַּח אֲדָמָה *altare terræ*; ubi in *Patach* abit. Item מִשְׁעַן לֶחֶם *fulcrum panis*, pro מִשְׁעָן & מַרְבֵּץ צֹאן *cubile gregis*, pro מַרְבֵּץ. Quod in *absoluto* hic reponant מַשְׁעֵן, & מַרְבֵּץ, nihil est. Posset etiam illis, similibusque formis, reddi מִשְׁעָן & מַרְבָּץ, quod prætulerim: factumque a Cl. *Cocc.* in *Lexico*.

ב. In *Motione*, *declinatione*, & *adfixione* II. *Tzeri* abjicitur 1. in *part. præs.* פּוֹקֵד unde פּוֹקְדָה *visitans f.* פּוֹקְדִים *visitantes*; פּוֹקְדִי *visitans mei.* 2. in *adjectivis formæ* פִּקֵּד, ut אִלְּמִים *muti*, ab אִלֵּם, & חֵרְשִׁים *surdi*, a חֵרֵשׁ: item מֵאֲנִים *abnuentores*, *Jer.* 13: 10. &c. &c. 3. in *Partic. Pih.* & *Hitpah.* ut מְפַקֵּד מְפַקְּדָה &c. &c.

Retinetur contra *Tzeri*, 1. in iisdem *Participiis*, quum vim *Substantivi* quodammodo adsciscunt; ut בּוֹגֵדָה *Prævaricatrix*, *Jer.* 3: 8. זוֹלֵלָה *vilissimum prostibulum*. *Thren.* 1: 11. Alibi illustrandum genus hocce, late fusum per totam Linguæ ditionem. 2. In *partic. præs. form.* פָּקֵד, quæ faciunt פְּקֵדָה quamvis & פְּקֶדֶת, quod ת *geminum Segol*, vel *Patach* postulet. Sic רְעֵבִים *esurientes*, צְמֵאִים *sitientes*, יְרֵאִים *timentes* &c. Hinc

medicina, pro male luxatis *Linguæ* membris, largiſſima. V. G. בְּהֵמָה *brutum*, בְּהֵם, ſibi reddi poſtulat. מְהֵרָה *cito*, ad מָהֵר *feſtinans*, nos revocat, ut בִּמְהֵרָה ſit *in feſtinanti*. Infinitum talium agmen. 3. In *nominibus formæ* מַפְקֵד. Huc pertinet מַקְהֵלִים *cœtus*, proprie *congregatoria*. מוֹסֵרוֹת, מוֹסֵרִים, *vincula caſtigatoria*. מַזְמֵרוֹת *falces putatoriæ* &c. A מַקֵּל *baculus*, pro מַנְקֵל, extat tamen מַקְלוֹת *Zach.* 11: 7. & alibi, per מַקְלָה. 4. In aliis nonnullis, ut פַּרְדֵּסִים *Paradiſi*; אַבְנֵטִים *balthei* &c. &c. de quibus alibi. 5. In *Derivatis verborum quieſcentium*, *med.* ut עֵדָה *teſtimonium*, a עֵד, quod a עוּד: & עֵדִים *teſtes*. Compenſat nempe mediam *Radicalem*. 6. In *derivatis quieſc. prima*, & *tertia*, major libertas fuiſſe videtur, vel *tenendi*, vel *abjiciendi*, ut שֵׁמוֹת *nomina*, a שֵׁם, quod a שָׁמָה *altus fuit:* unde tamen in *adfixione* ſingulari ſemper שְׁמִי *nomen meum*, שִׁמְךָ *nomen tuum*, שְׁמוֹ *nomen illius*.

Privum quid habet בֵּן *filius*, in *Regimine* dans tripliciter בֶּן בִּן בֵּן; non בַּן, quum tamen in *plurali* extet בָּנִים *filii*, non בֵּנִים: unde & *filiæ* בָּנוֹת, ex בַּת pro בֶּנֶת. *Radix* בָּנָה *ædificavit*. Hinc primitus בָּן quoque fuiſſe, æque ac בֵּן, veriſimile.

LXXXII. *Chirek longum finale*, ſuæ quoque *mutationi* obnoxium, aliud in *nominibus formæ* פִּקִּי, quæ *ſubſtantiva*, aliud in *formis* פָּקִי, quæ *adjectiva*

va participialia; aliud denique in עִבְרִי *Hebræus*, תַּחְתִּי *inferior*, similibusque *Denominativis*.

Ad *Classem Substantivorum* I. quod attinet, cur ex אֲרִי *Leo*, fiat אֲרָיִים *Leones*, sub *Reg.* LXXXVI. commodius tradetur. *Origo* nempe horum *Segolata*. Hic tantum tangenda paucula *monosyllaba*, inde per *contractionem* orta; quæ 1. assumunt *Dagesh forte* in *Jod*, e *quiete* in *motum* transiens: ut פִּיּוֹת a פִּי *os*, quod & פֶּה pro פֵּיֶה. 2. in *quiete* manent, *Jod plurali* cum *Jod radicali* colliquescente: ut פִּים pro פִּיִּים, quod stare nequit. Sic צִי *navis*, צִים & צִיִּים *naves:* עִי *cumulus*, עִים & עִיִּים *cumuli*. אִי *insula*, אִיִּים & אִים *insulæ* &c.

Classis II, ut עָנִי *pauper*, pro עָנִיי, ad *formam* פָּקִיד, nihil habet non rectum, & regulare; si modo *Derivatio* ista teneatur, quam indicamus. Ut enim פְּקִידִים, ita עֲנִיִּים sponte existit; unde per compendium scriptionis עֲנִיִּים. Sic נְקִיִּים *insontes*, a נָקִי pro נָקִיי a *rad.* נָקָה, cujus *Origo* נָקִי *purus fuit*.

Classis III. *Gentilium*, & *denominativorum*, liberiora adhuc jura habet: & a עִבְרִי triplex nascitur *pluralis*. 1. per *Dagesh*, עִבְרִיִּים. 2. per *colliquefactionem*, עִבְרִים. 3. per *dissolutionem*, עִבְרִיאִים; altero *Jod duplicato* nempe in א ad molliorem pronunciationem ab-

abeunte. Sic a עַרְבִי *Arabs*, habemus עַרְבִיִּם, עַרְבִים & עַרְבִיאִים &c. &c. &c.

א Etiam *participia* secundæ Classis subiisse *contractionem*, patet ex שָׁנִים *dibapha*, a שָׁנִי pro שָׁנִיי; a *rad.* שָׁנָה sive שָׁנִי *iteravit*. Non dubitandum præterea, quin נְקִיאִים fuerit dictum sæpe, scriptumque, pro נְקִיִּים: qua occasione, in *singulari* quoque exarari cœpit נָקִיא *Joel.* 3: 19. pro נָקִיי *insons*.

ב Quid *mutationis* pati queat *Chirek longum* aliis occasionibus, necdum persequimur. Hic tantum monemus illud pro *immutabili* frustra haberi. Constans quidem esse solet: ut פָּקִיד *visitatus*, nec ob *Regimen*, nec ob reliquam *declinationem*, illud amittit: at מַפְקִיד *visitare faciens*, dat מַפְקִידָה מַפְקֶדֶת. &c. Cur עִיר in *plurali* præbeat עָרִים sub *Reg.* LXXXVII. ostendetur. Alia aliud in tempus sepono.

LXXXIII. *Cholem* aliud *mutabile* sua natura, aliud *immutabile*. Sola *Analogia* hic veras, & firmas, leges sancit. Hoc profundam requirit discussionem. Teneatur nunc tantum, *Cholem ultimum* in plerisque manere: ut אוֹר *lumen*, facit in *Regim.* אוֹר פָּנִים *lumen vultus*; in *plur.* אוֹרִים *lumina*: in *adfixione* אוֹרִי *lumen meum*. Similiter in גָּדוֹל *magnus*, גִּבּוֹר *fortis*. שִׁכּוֹר *ebrius* &c. &c. Attamen צִפּוֹר *avis*, צִפֳּרִים *aves* dat: & אַרְמוֹן *palatium*, אַרְמְנוֹת. Posses restituere אַרְמֹן &c. Sed hæc alias.

א Multam fuisse affinitatem soni, inter *Kametz*, obscuriuscule pronunciari solitum, & inter *Cholem*, supra monuimus. Hinc mirum videri non potest, *Cholem* & *Kametz* nonnunquam alternari. In *Dialecto Chaldaica* solemne, ut pro *Hebr*. *Cholem* substituatur *Kametz*: & אֱלוֹהַּ *Deus*, effertur ibi אֱלָהּ. Similiter אֱנוֹשׁ *homo*, fit אֱנָשׁ: at רֹאשׁ *caput*, in רֵאשׁ translatum: יוֹם *dies*, formam istam retinuit, etiam in *plurali* exhibens יוֹמָת *dies*. Hæc lux necessaria erat ad illustrationem *trium* illorum, quæ *Cholem* in *Kametz* dicuntur trajicere in *plurali*, אֲנָשִׁים *homines*, רָאשִׁים *capita*, יָמִים *Dies*. Nempe אֱנוֹשׁ etiam olim fuit אֱנָשׁ: at רֹאשׁ est *Segolatum*, pro רְאֶשׁ, quod & רֶאֶשׁ, ac רְאֵשׁ, unde רֹאשׁ per *contractionem*. Ejus *plurale* verum est רְאָשִׁים ex *Reg*. LXXXVI. unde mox רָאשִׁים; quamvis & רֹאשִׁים semel, iterumve, prostet. Tertium יוֹם item *Segolatum*, pro יֶוֶם vel יֹוֶם, unde יְוָמִים & mox יָמִים; quamvis & יוֹמִים rejiculum non sit; ut patet ex *Chald*. *Dial*. In *Duali* certe etiam *Hebræi* יוֹמַיִם tenuerunt. Alia alibi. In omnibus rite attendenda *Linguæ* tum varietas, tum libertas. V. G. צִדְנִיֹּת *Sidoniæ*, pro צִידֹנִיּוֹת, a *sing*. *masc*. צִידוֹנִי *Sidonius*, exhibet vestigium venerandum liberioris, & formationis, & pronunciationis. Talia qui culpat, vel negligit, bona sua ignorat. Idem de *Nehem*. 13: 32. dictum esto.

LXXXIV. Quid *mutationis* subire queat, vel non queat, *Schuurek*, ex sola quoque *Analogia* patescit. Hic tantum attingimus, quod de *terminatis* in וּת, יּת,

יתּ, & וּת, *fœmininis* neceſſario tenendum. Nuſpiam confuſiores *Grammatici.*

Ordior I. a *ſimpliciſſimo* ית, quod ex יִּית contractum eſſe, monui *Reg.* LXX. quum ergo עִבְרִית *Hebræa* in *plurali* facit עִבְרִיּוֹת *Hebrææ*, obſervatur quod ipſa *Natura* ſuggerit, in hoc proceſſu ſimpliciſſimo עִבְרִי עִבְרִיָּה עִבְרִיִּת עִבְרִיִּים עִבְרִיּוֹת. Quivis ſentit, עִבְרִיתוֹת non quadrare in hanc ſeriem. Sic עַרְבִיּוֹת *Arabiſſæ*, a עַרְבִית vel potius עַרְבִיָּה: & מִצְרִיּוֹת *Ægyptiæ*, a מִצְרִית, vel magis מִצְרִיָּה &c. Hinc reliqua ſponte ſe dabunt.

Pauca II. in וֹת exeuntia *pluralem* nobis reliquere. Ab אָחוֹת *ſoror*, habemus 1. mira flexione, אַחְיוֹת. *Job.* 1: 4. Hanc nemo extricaverit, niſi mecum eat ad *Originem* & אָח *frater*, quæ eſt אָחִי, in *fœm.* אֲחִיָה & אֲחִיִת, nec non אֲחוּה & אֲחוּת, unde in *ſing.* per *quietem* אָחוֹת: ut in *plur.* per *motum* אַחְוָות & אַחְיוֹת. Admiſſum tamen 2. retento *Taw*, extra ordinem, אַחוֹתִים *ſorores*, *Hoſ.* 2: 3. adſcita *termin. maſc.* ad evitandam *Cacophoniam*: בָּמוֹתִים *celſa*, & alia, Vid. *Reg.* LXXI.

Multa III. in וּת deſinunt, quorum item duplex ratio. 1. ut ת *fœm.* abjecto, *Dagesh forte* inſeratur in *Vaw*, *movendum*, quod ad *Euphoniam* trajicitur

tur deinde in *Jod:* ut מַלְכֻוּת, *regna*, & mollius מַלְכְיוֹת, a מַלְכוּת *regnum.* חֲנִיוֹת *cellæ*, a חָנוּת. 2. ut manente *Taw fœmin.* item *termin. masc.* fiat מַלְכוּתִים *Regna.* Sic כְּרִיתוּתִים *excisiones*, *Jer.* 3:8. אַלְמְנוּתִים *viduitates*, *Esaj.* 54:4. זְנוּתִים *Scortationes*, *Jer.* 3:2. &c. &c. Hæc tamen non usque quaque certa.

א. Ad hanc legem etiam exeuntia in ית nonnunquam *plur. masc.* augentur; ut חֲמִישִׁתָיו *quintæ partes ejus*, quasi a חֲמִישִׁיתִים *Lev.* 5:24. חֲנִיתִים & חֲנִיתוֹת *hastæ*, a חֲנִית, pro חֲנְיַת; cujus radix חָנָה pro חָנַי *clinare*, *inclinare.*

ב. Nempe ת *fœmin.* in formando *plurali* plerumque quidem, æque ac ה, abjicitur. Licentiam tamen hanc *Dialectus Hebræa* præ reliquis sibi fecit, ut *Thaw* aliquando retinuerit, atque in *jus Radicale* quasi immiserit. Sic a שָׂפָה *labium*, in *plur.* שְׂפוֹת: sed שְׂפָתוֹת a שְׂפַת *Chaldaico*, vel שְׂפֶת *Hebræo*, si mavelis, propagatum. Curatius hæc enucleari merentur.

LXXXV. Hactenus de *Longarum mutatione.* Circa *breves* spinosior adhuc præceptio. *Patach ultimum* in diversis formis occurrens, ad *incrementum finale*, quo *accentus* deducitur, necessario immutandum: ex *Reg.* XLVIII. Ad eam omnia sic ex facili & limpido fluent. I. Multa producunt *Patach* in *Kametz:* ut שַׁד *uber*, שָׁדַיִם *mammæ.* Ejus *Radix* שָׁדָה *fudit*, *profudit copiose*, unde & שַׁדַּי *Omni-*

sufficiens, ex *Pih*. &c. אֲגַם *stagnum*, אֲגַמִּים *stagna*. אֶצְבַּע *digitus*, אֶצְבָּעוֹ *digitus ejus*. אֶצְבָּעוֹת *digiti*. אַרְבַּע *quatuor*, אַרְבָּעִים *quadraginta* &c. II. Multa adsciscunt *Dagesh forte*, vel *necessarium*, ut קַוָּם *linea ipsorum*, *Ps*. 19: 5. quia *Radix* קָוָה: & חַיָּה *fera*, proprie *viva*, a חַי *vivus*, quia *Radix* חָיַי &c. vel *Euphonicum*, ut vulgo vocatur, quod tertiæ *Radicali* inscribitur: de quo *Reg*. LXIV. actum. Sic אֲגַמִּים *stagna*, ab אֲגַם; alia forma: & מְעַטִּים *pauca*, a מְעַט &c. item גַּלְגַּלִּים *rotæ*, a גַּלְגַּל. *Radix* גָּלַל *volvit*. מַטְעַמִּים *cupediæ*, a מַטְעַם &c. &c. III. Multa substituunt *Scheva*, & *novam* inde *Syllabam* constituunt, ut שְׂלָו *pinguicula*, *coturnix*, שַׂלְוִים *Num*. 11: 31. Ad *Segolatorum* pertinet ditionem, de quibus *Reg. seq*. Similiter דְּבַשׁ *mel*, facit דִּבְשִׁי *mel meum*. Fundamentum omnium harum *mutationum* in *Analogia*; & cujusque vocis tum *Radice*, tum *forma*.

Analogum quoque, ut quod maxime, in *Regimine* ex *terminatis* in ַי oriri ֵי: qualia דֵּי מַחְסֹרוֹ *sufficientia egestatis ejus*, pro דַּי: & גֵּי הָרִים *vallis montium*, a גַּי, quod pro גַּיְא.

ℵ. Nempe prius est a *Rad*. דָּיָה vel דָּיַי; unde cum *adfixis*

af-

assumitur *Dagesh*, ut fiat דַּיֶּךָ *sufficientia tui*. דַּיָּם *sufficientia eorum*. Posterius a גַּיְא. Utrumque ad formam פִּיר *Reg.* LXXXVIII. Ergo דֵּי & גֵּיא in *Regimine*. גֵּיא *Esaj.* 40: 4. est ex גַּיְא *Segolato*. De forma peculiari hujus voculæ in *plurali* גֵּאָיוֹת &c. &c. mox plura distinctius.

ב. Anceps est מֵי *Num.* 19: 13. 20. quod pluralis est a מַיִם; Cl. *Altingio* a מַי, *aqua*, antiquo *singulari*. Non rejiendum; nam *Radix* est מָיָה, מַיִ, unde מַיִן vel & מַיִ, quod, *tertia* in *quietem* data, מַי sonari cœpit; ut גַּיְא pro גֵּיא. De *forma* מַיִם ad *Reg.* LXXXVII. aliquid submonebitur.

LXXXVI. Necessario quoque immutandum *Segol*, in *nominibus Segolatis*, quæ vocantur. Sunt *formæ*, quibus *Segol*, vicariumve *Patach*, in *ultima*; in *penultima*, *Segol*, *Tzeri*, *Cholem*. דֶּרֶךְ *via*. סֵפֶר *liber*. קֹדֶשׁ *Sanctitas*. לַהַב *flamma*. בֶּטַח *fiducia*. פֹּעַל *actio* &c.

Segolatis quoque accensenda *monosyllaba*, quæ pro ultimo *Segol* habent *Scheva quiescens*; ut חֵטְא & חֵטְא *peccatum*; נֵרְדְּ & נֵרְדְּ *Nardus*. קֹשְׁט *veritas*. In his vetus pronunciatio relucet per unam *Syllabam*, quæ in *Dialecto Arabum* obtinet.

Ad *Segolatorum* ditionem pertinent item *Monosyllaba* multa, quæ cum *Scheva mobili* ad primam radicalem, exeunt in *Patach*, *Segol*, *Tzeri*, *Cholem*;

lem; ut דְּבַשׁ *mel.* שְׁכֶם *humerus.* פְּקֹד *visitatio.* Hæc pronunciatio *Chaldæis*, & *Syris*, familiarissima.

Hinc enata *nomina formæ* פְּקִי, quarum *origo* פְּקֶה, vel potius פְּקִי פְּקוּ, *Vaw* vel *Jod mobili;* necnon פֶּקֶי, פֶּקֶי; & פְּקוּ, פְּקִי. Hæc *accentu* ad finem rapto, raptim per unam Syllabam enunciata פְּקִי *Pkei*, & mox פְּקִי *Pkî.* Talia sunt פְּרִי *fructus;* מְרִי *rebellio:* יֳפִי *pulchritudo.* חֳלִי *morbus* &c &c.

Ad *Segolata* quoque referri debent nomina *formæ* פֵּיד & פֶּוֶד, quæ descendunt a *quiesc. med. Jod* & *Vaw;* per *motum* illius *mediæ*: unde & per *quietem* subnatæ *formæ* פֵּיד, פִּיד, פּוֹד, פֹּד. Omnes olim פַּיְד, פֵּיְד, פִּיְד: itemque פַּוֶד, פֶּוֶד, פּוֹד. Ut עָוֶל *iniquitas*, æque ac עָוֶל &c. Sed de his seorsim *seq. Reg.*

Hæc omnia *Radicalem* habent *qualitatem.* Formantur etiam *Segolata* per *Taw servile*, sive *fœmininum. Reg.* LXX. affatim dabit exemplorum.

Horum omnium simplex admodum, & expedita, ratio, regulis anxiis impedita, ita a nobis declaratur.

I. In *singulari* numero *nihil mutationis* 1. per *Regimen* inducitur: nam שֶׁבַע *septem*, & תֵּשַׁע *novem*,

æque *abſolutæ* ſunt *formæ*, quam שֶׁבַע & תֵּשַׁע 2. in *Adfixione*, ultima *Vocalis* abit in *Scheva quieſcens*, & *penultimæ longæ* corripiuntur in *breves* oppoſitas; *Cholem* in *Kametz-Chatuph*, vel *Kibbutz*: & *Tzeri* in *Chirek breve*, vel *Segol*. At *penultima*, ſi *Patach* fuerit, ſuo jure manet; ſi *Segol*, vel manet, quod rarius, vel tranſit in *Patach*, quod frequens; vel abit in *Chirek breve*, quod frequentiſſimum. Ita קֹדֶשׁ *Sanctitas*, dat קָדְשִׁי *Sanctitas mea*. גֹּדֶל *magnitudo*, גָּדְלוֹ *magnitudo ejus*. אֵשֶׁת *uxor*, אִשְׁתִּי & אֶשְׁתִּי *uxor mea*: נֶגֶד *coram*, נֶגְדִּי, quod perpetuum: קֶצֶף *ira*, קִצְפִּי & קֶצְפִּי *ira mea*: מֶלֶךְ *rex*, מַלְכִּי *rex meus*. פַּחַד *pavor*, פַּחְדִּי vel פַּחֲדִי: פְּרִי *fructus*, פִּרְיִי *fructus meus*. שְׁבִי *captivitas*, שֶׁבְיֵךְ *captivitas tua*. מַמְלֶכֶת *regnum*, מַמְלַכְתִּי *regnum meum*. 3. Eædem plane leges obtinent in *motione*, ſive *declinatione fœminina*. Scilicet *Segolata Radicalia* vel ſunt *maſculini generis*, vel *Communis*: adeoque admittunt omnia *motionem* in ָה. Sic חָרְבָּה *vaſtitas*, a חֶרֶב deſcendit: אֶבְרָה *ala*, ab אֵבֶר: מַלְכָּה *regina*, a מֶלֶךְ: & כִּבְשָׂה *agna*, a כֶּבֶשׂ *agnus*. De his plura *Reg.* LXXXVIII. Tenent quoque leges eædem 4. accedente *He paragog.* quod vocem *Milhel* relinquit: ut חֹרְשָׁה *Sylvam verſus*. קֵדְמָה *orientem verſus*. נֶגְבָּה

austrum versus. אַרְצָה *terram versus*, ab אֶרֶץ &c. &c.

II. *Dualium formatio* 1. ad easdem leges procedit plerumque; ut ab אֹזֶן *auris*, fit אָזְנַיִם *aures*: ab אֵבֶר *ala*, אֲבָרַיִם: a מֶלֶךְ *Rex*, מַלְכַּיִם. a בֶּרֶךְ *genu*, בִּרְכַּיִם *genua*, quæ & בְּרָכַיִם, itemque בַּרְכַּיִם, efferri potuisse, manifestum. Ad eam rationem a דְּלִי *situla*, existere debet דְּלָיַיִם, דִּלְיַיִם, דַּלְיַיִם, *duæ situlæ*. Cur notem, infra dabitur. Hæc in *Regimine* dant אָזְנֵי *aures*, מַלְכֵּי *Reges*. בִּרְכֵּי *genua* &c. Nonnunquam, 2. ad normam *Pluralium*, ultimum punctum in *Kametz*, penultimum in *Scheva*, abiisse videtur. Sic דְּרָכַיִם *bivium*, pro דַּרְכַּיִם a דֶּרֶךְ *via*. *Prov.* 28: 6. דְּלָתַיִם *valvæ*, pro דַּלְתַּיִם a דֶּלֶת *janua*, *Job.* 38: 8. קְרָנַיִם *cornua*, pro קַרְנַיִם a קֶרֶן *cornu*. Consimiliter לְחָיַיִם *maxillæ*, a לְחִי. Et horum forma *constructa* redit ad קַרְנֵי, דַּלְתֵי, דַּרְכֵּי &c. ex *Reg.* LXXIX. & LVII.

III. *Pluralia* item bifariam eunt; 1. Usitatissima est *forma*, quæ pro *ultimo puncto* substituit *Kametz*; pro *penultimo*, *Scheva*: et ab omnibus ex æquo fiat פְּקָדִים. Sic קֳדָשִׁים *Sanctitates*, a קֹדֶשׁ, cum *Chateph-Kametz* & רְמָחִים *lanceæ*, a רֹמַח: סְפָרִים *libri*, a סֵפֶר: מְלָכִים *reges*, a מֶלֶךְ: נְרָדִים *Nardi*, a נֵרְדְּ item

item חֳלָיִים *morbi*, a חֳלִי: & חֲלָיִים *monilia*, a חֲלִי &c. &c. 2. Satis tamen usitata quoque *norma* illa *singularium*, secundum quam existit רְכָסִים & רְכָסִים *salebræ*, pro רְכָסִים, a רֹכֶס: & תִּשְׁעִים *nonaginta*, a תֵּשַׁע *novem*, שִׁבְעִים *septuaginta*, a שֶׁבַע *septem*. עֶשְׂרִים *viginti*, a עֶשֶׂר *decem*. רַחֲמִים *viscera*, *miserationes*, a רַחַם & רֶחֶם *uterus* &c. &c.

Horum omnium *Regimen* ex *Reg*. LXXIX. & LVII. facit קָדְשֵׁי *Sanctitates*, רִכְסֵי *salebræ*: סִפְרֵי *libri*: מַלְכֵי *reges*: בִּגְדֵי *vestes*: constantissime servata ea *Vocali*, quam in *Adfixione* sua numerus singularis adscivit.

Idem monitum esto de alia adhuc *mutatione*, quam *Adfixio gravior* in *plur. numero* inducit, ut מַלְכֵיכֶם *reges vestri*, ex מְלָכִים: & קָדְשֵׁיהֶם *Sanctitates eorum*: &c. &c.

א. Ut *Natura Segolatorum* clarius adhuc patescat, sciri velim quatuor principes *Dialectos*, *Hebr. Chald. Syr.* & *Arab.* in hac copiosissima sobole *verbalium formarum*, tam sororie conspirare, ut vel hinc eas *unum corpus Linguæ* constituere, ab omnibus, qui in his aliquid videre, & judicare, possunt, agnosci debeat. *Dialectus Hebræa* tulit, ut *Segolata radicalia* fere *bisyllaba* essent: ut עֶבֶד *servus*. Attamen & עֶבֶד vel עַבְד tum scriptum, tum quotidie pronunciatum fuisse, periti rerum, vel me tacente, jam persensere: idemque ex נֵרְדְּ pro נֵרֶד *Nardus*, קֹשְׁט pro קֹשֶׁט *veritas*, aleæ dubitationis exemtum. *Dialectus Arabum*

hanc

hanc pronunciandi rationem perpetuo observans, *Hbabd* & *Hbebd* sonat pro *servo*, ita tamen ut plebs malit *Hhebed*. Docti addunt *nunnationem*, *Hbabdon* & *Hbebdon* resonantes. At *Chald.* & *Syri* maluere עֲבַד vel עֲבֵד *Hbbad* & *Hbbed*. In hac varietate *formæ absolutæ*, omnes tamen, *Adfixione* facta, concinunt in עַבְדִּי *Hbabdî*, vel & *Hbebdî*, *servus meus*: ut *Sanctitas mea*, omnibus est *Kodschi*, vel *Kudschi*, קָדְשִׁי, קֻדְשִׁי; quum, in *absoluto*, *Dialectus Hebræa* velit *Kodesh*; *Arabica*, *Kóds*, & *Kúds*: *Chaldaica*, & *Syriaca*, *Kdush*. Qui *Masorethas* volunt *Auctores* esse *Punctorum Vocalium*, hæc, & similia, fundamenta *Punctaturæ* nunquam satis videntur attendisse. Tam parum illi hæc invenere, quam *Chaldaicam*, *Syriacam*, & *Arabicam*, *Dialectum* condiderunt.

ב. Ad leges *mutationis* a nobis positas quivis in vasta hac sylva tramitem, qua eundum sit, facillime reperiet. Distinctius tamen submonendum, ingentem numerum *Segolatorum* periisse: indeque factum, ut nonnunquam membra membris non satis respondeant. E. G אֹמֶר *dictum*, in *adfixione* dicitur dare אִמְרִי *dictum meum*: in *fœm.* אִמְרָה: in *plur. constr.* אִמְרֵי: quum *Analogia* אֲמָרַי &c. postulasset. Vitium est *Grammaticorum*, non *Linguæ*: omnia enim hæcce descendunt ab אֵמֶר. Talia qui colligere volet, atque in ordinem redigere, *Grammaticam Hebr.* multo *Anomaliarum* onere levabit. Rectissime observatum a Cl. *Alting.* קָדָשִׁים *Exod.* 30: 10. & 26: 33. non esse a קֹדֶשׁ, sed a קְדָשׁ pro קֹדֶשׁ: prout שָׁרָשִׁים *radices*, *Hos.* 14: 6. non a שֹׁרֶשׁ declinantur, sed a שְׁרָשׁ pro שֹׁרֶשׁ. Adhæret tamen ad שִׁקֲתוֹת הַמַּיִם *canales aquarum*; quasi a שֶׁקֶת descenderet. Atqui a שֹׁקֶת vel שֹׁקַת id derivandum: unde *plur. absol.* dat שְׁקָתוֹת: & *constr.* שִׁקְתוֹת. Quod ad *Scheva compositum*, confu-

sulatur *Reg.* LIV. Plura alias.

3. Solus usus finire potuit, quæ *Vocalis* cuique voci fuerit tribuenda secundum tres *classes*, quas indicavimus. אָזְנִי *auris mea*, per *Kametz Chatuph* efferri solet. Certaret tamen qui אָזְנִי illegitimum censeret. A מֵצַח *frons*, habemus מִצְחִי *frons mea*, sed & מִצְחוֹ haud dubie enunciatum. Supervacua ergo in his præceptio: קֶצֶף *ira*, reliquit קִצְפִּי, & קָצְפִּי, *ira mea*. Etiam קִצְפִּי dictum, omnia arguunt. Si interim reliquias *Biblicas* attendere, Lectionemque sine punctis firmare velimus; tenentur pro hac ultima classe: 1. *Segol* servari in גֶּלֶל *orbiculus stercoris*. הֶבֶל *vanitas*. חֶבְרַת *socia*, חֶלֶד *felicitas ævi*. נֶגֶד *coram*. נֶכֶד *nepos*. שְׁכֶנֶת *vicina*. Hæc Cl. *Alting*. Adde בְּהֶמֶת *pecus*, unde בְּהֶמְתִּי: &c. &c. Item שֶׁבִי *captivitas*. תֶּלִי *pharetra* &c. potest enim *Catalogus* bona accessione augeri. 2. *Patach* fere adsciscitur quando *prima* est *gutturalis*, itemque *media gutturalis*, vel *Resch*; aut si *vocabulum* ultra *tres radicales* extendatur. i. e. in plerisque *formis fœmineis* per ת. Sic אַבְנִי *lapis meus*, ab אֶבֶן: עַלְמָה *virgo*, a עֶלֶם *adolescens*: קַרְנַיִם *cornua*, a קֶרֶן, in *constr.* קַרְנֵי etiam *pluraliter*, ex קְרָנִים: sic דֶּרֶךְ *via*, dat דַּרְכִּי &c. &c. Item מֶמְשַׁלְתִּי *Dominium meum*, a מֶמְשֶׁלֶת &c. Plura sub *Reg.* LXXXIX. Dicitur tamen בִּרְכַיִם *genua*: & גְבִרְתִּי *Hera mea*, a גְּבֶרֶת; i. e. *Lingua* se sub jugum mitti non patitur. *Patach* quoque postulat, quamvis nulla harum conditionum adsit, longum agmen: ut גֶּפֶן *vitis*. דֶּלֶת *janua*. טֶנֶא *corbis*. יֶלֶד & וָלָד *puer*. כֶּלֶב *canis*. כֶּסֶף *argentum*. מֶלֶךְ *rex*. נֶפֶשׁ *a-*

nima. סֶלַע *petra.* פֶּלֶג *rivus.* צֶלֶם *imago.* צֶלַע *costa.* קֶשֶׁת *arcus.* שֶׁוַע *vociferatio.* שֶׁמֶן *oleum.* Et hanc collectionem multum ampliare est. A קֶדֶם *ante*, fit קַדְמַת & קֶדְמַת a קֵץ *extremitas*, est קִצְוֵי in *plur. constr.* ex קְצָוִים, *Ps.* 48: 11. Hæc sibi quisque inter legendum cumulet mislim, quam ut omnia cum p ulvisculo corradam.

ד. Admonet ultimum illud, ut planius paulo again de *Segolatis* פִּקְדָה, פְּקֻדָּה, פִּקְדָה, unde orta *nomina formæ* פְּקִי. Sic dicti etiam possunt hæc *Verbalia*, substituto *He* *noefe* pro *Jod* vel *Vaw*, radicalibus. Ita קָצֶה *finis*, pro קְצוֹ. Ejus *plurale* ex *Reg.* LXXVIII. קָצִים. Nulla ergo *Anomalia* in כֵּלִים *vasa*, quod non a כְּלִי directe descendit, sed ab ejus sorore כֵּלֶה. Item לְחָיִים *maxillæ*, non a לְחִי, sed a לְחָה: מֵעַיִם *viscera*, non a מְעִי, sed a מֵעֶה. Hinc explanavi *Job.* 10: 17. עֵדִים *instrumenta*, a עֵדֶה, unde עֵדִי. *Dialecti* hæc ita sanciunt, ut nihil nec evidentius, nec firmius. Huc pertinent פֶּה *os*, pro פִּיהַ: & שֶׂה *ovis*, pro שִׂיהַ &c. &c.

ה. Est adhuc aliud subtiliusculum. *Formæ* פְּקִי etiam in *plur.* adsciscere possunt *Aleph* pro illo *Jod*: ut פְּתָאִים *simplices*, pro פְּתָיִים, a פֶּתִי. Anomaliam præbuit vetus scriptio פְּתָא pro פֶּתַח. Hinc reliqua sponte se dabunt.

ו. Monendum restat, terminationem *servilem Taw fœminini* antec. *gemino Segol*, aut *Patach*: itemque *Segol*, & *Cholem*, vel *Tzeri*, dare quidem *dualem*; quia *Taw* ibi admittitur; sed *pluralem* non dare, quia *Taw fœmin.* tum fere abjici solet: ut *Reg.* LXXI. dictum. Ita מַמְלְכְתַיִם *duo regna*, rectissime a מַמְלֶכֶת

sed

ſed מַמְלְכֻוֹת non videtur admiſſum; quum מַמְלָכוֹת a מַמְלָכָה pronius ſit, commodiusque. Apparet cur *participia* cum duplici *flexione fœminina* in *ſingulari*, in *plurali* unam tantum recipiant. Errant ergo Docti *Grammatici*, & *Lexicographi*, quando מַחְלְקוֹת *diviſiones*, 1 *Sam.* 23: 28. arceſſunt a מַחֲלֹקֶת. Reſtituendum ex genio *Linguæ* derivatum *maſc.* מַחְלָק & מַחֲלַק, cum *fœmin.* מַחְלָקָה & מַחְלְקָה: cujus *altera termin.* מַחְלֶקֶת, מַחֲלֶקֶת, מַחְלֹקֶת: unde *plurale* propagari non ſolet. Similis ratio in גֻּלְגְּלוֹת *capita*; non a גֻּלְגֹּלֶת ſed a גֻּלְגְּלָה, vel גֻּלְגָּלָה, derivandum. Sic olim extare debuit שֹׁבֶל *ſpica*, cujus *fœm.* שִׁבֹּלָה & שִׁבֹּלֶת. A priori illo *maſc.* deſcendit שִׁבֳּלִים *Gen.* 41: 5. non ſane a poſteriori. Item כְּתֹן *tunica* dedit כְּתֹנָה, unde *plur.* כְּתֳנוֹת: quod a כְּתֹנֶת fruſtra repeti ſolet.

LXXXVII. Admodum liquidas nunc habebimus rationes, in *nominibus formæ* פַּיִד & פָּוֶד, eorumque gemellis פֶּיֶד, פֵּיד, פּוֹד, פָּוֶד. Sunt nempe derivata *quaſi Segolata*, quæ naſcuntur a verbis media *Vaw* & *Jod* præditis, quæ partim *motæ*, partim in *quietem* miſſæ, has *ſex propagines* conformant. *Origo* omnium פֶּיֶד, & פֶּוֶד, quæ ſi ſonentur more, & ore, Orientali, exeunt in *Pejed*, vel *Pejd*; & *Pewedh*, vel *Pewd*. Prius ſponte devergit in פַּיִד, pro *gemino Segol* adſcito *Patach* & *Chirek brevi*: poſterius delabitur in פָּוֶד; aſſumto ad priorem ſyllabam *Kametz*,

pro *Patach*, quod *Waw* labia paulo latius diduci velit. Ex priori Classe, per legem *quietis*, natum mox פֵּיר vel פִּיר: ex posteriore, פוּר vel פּוֹר. De his jam teneatur I. *formas* פֵּיר & פּוּר, *medias suas* in *quietem* dare cum *Vocalibus opportunis* 1. ob *regimen*: ut בֵּית הַמֶּלֶךְ *domus regis*, pro בַּיִת &c. מוֹת הַמֶּלֶךְ *mors regis*, pro מָוֶת. 2. ob *motionem*: ut צֵידָה *venatio*, a צַיִד: עוֹלָה *iniquitas*, a עָוֶל. 3. ob *adfixionem*; ut בֵּיתִי *domus mea*. שֵׁיתוֹ *vepretum ejus*, a שַׁיִת. &c. מוֹתוֹ *mors ejus*. 4. in *duali*: ut עֵינַיִם *oculi*, a עַיִן: & מוֹתַיִם *duæ mortes*: 5. in *plurali*: ut זֵיתִים *oleæ*, a זַיִת: & מוֹתִים *mortes*. &c. &c.

Eædem tamen formæ *motum med. Radic.* retinent 1. accedente *He Paragogico*, quod *ultimam Vocalem* in *Scheva* mutare cogit; non *mobile*, ut vulgo traditur, sed *quiescens*; ex *Analogia* cum *Segolatis* reliquis. בַּיְתָה *Bâj-tha*, *domum versus*. מָוְתָה *Mâw-tha*, *mortem versus*. 2. in *pluralibus*, pro jure, & indole, *Segolatorum*, ultimum punctum in *Kamets*, penultimum in *Scheva*, migrat. Sic עֲיָנוֹת *fontes*, a עַיִן, cujus *constructa forma* redit ad עֵינוֹת הַמַּיִם *fontes aquarum*. עֲיָרִים *aselli*; a עַיִר: qui *Esaj.* 30: 6. עֲיָרִים, a עַיִר: *Masorethica* medicina ibi non indiget Linguæ genius. Sic חֲיָלִים *copiæ*, a חַיִל: תְּיָשִׁים

hirs

hirci, a תַּיִשׁ &c. &c. &c.

II. E converso, *formæ* פִּיר, פּוּר, פִּיר, in *plurali*, sæpe *Jod* suum ex *quiete* in *motum* citant. Sic עֲיָרִים *urbes*; semel *Jud.* 10: 4. a עִיר: contracte עָרִים, quod usitatius. שְׁוָרִים *boves*, a שׁוֹר; quamvis & שׁוֹרִים bene se habeat. דְּוָדִים *ollæ*; a דּוּד; unde & דּוּדִים extat.

א. Nemo nunc in dubium vocaverit, quin עִיר ex עֲיַר; שׁוֹר ex שְׁוַר: & דּוּד ex דְּוַד ortum sit. Duplex ergo jus ut possident, ita exercere potuerunt: nec ambigendum videtur, quin פִּיר & פּוּר cum *adfixis* quoque dare potuerint פִּירִי & פּוּרִי. Ita עֲוָלִי *iniquitas mea*, a עָוֶל; quamvis si עָוֶל malis, eodem reditura res sit. Item עֲיָרִי *asellus meus*, pro עֲיָרִי &c. a עַיִר cujus *origo* עֲיַר. *Dialecti* hoc mysterium *Linguæ* claro in die collocant.

ב. Nominibus *formæ* פֵּיר accensendum גַּיְא *vallis*, una *syllaba* elatum, ut *Arabes* פַּיְד *Paid*, in omnibus hisce adhibere solent. Ut בַּיִת *Domus*, עַיִן *oculus*. עַיִר *asellus*. צַיִד *venatio* &c. Consimiliter שַׁוֶר *bos*. מָוֶת *mors* &c. &c. Ejus *plurale* debet dare, גַּיְאִים, גֵּיאִים, & גְּיָאִים: in *fœmin.* גֵּיאוֹת vel גְּיָאוֹת quod *Ezech.* 35: 8. prostat. גֵּאָיוֹת *Ezech.* 31: 12. & גֵּיאָוֹת 2 *Reg.* 2: 16. sunt alterius formæ: de quibus alias. Ad formam פַּיְר quoque reducendum מַי *aqua*, pro מַיִן; unde in *plur.* מַיִם: ut *Reg.*

LXXI. dictum. Per *reduplicationem* מֵימַיִם, ut פִּיפִיּוֹת *ora*, a פֶּה. Vetus *Lingua* dedit etiam מַיִ, pro *aqua*, *Chaldaice* מוֹי. Apud *Hebræos* inde mansit מוֹ *partic. Enclitica* ex מוֹ oriunda. Quin מוֹ *Aqua* pro מַיִ extat *Job.* 9: 30. & מִי pro מוֹי *Jes.* 25: 10.

ג. Ad *formam* פִּיר reduci debent *Monosyllaba* truncata, אִי *insula*, עִי *acervus*, צִי *navis* &c. quorum flexio indicata *Reg.* LXXXII. Si malis ea contracta dicere ex אַיִי, עַיִי, צַיִי, ut פִּי *os*, ex פֶּיִי, eodem redibitur. Ad *formam* פּוּר sese referunt גּוֹי *gens*: לוֹי *opus plexile*: cujus *primigenium* vel לְוַי *Lewej*, vel לְוִי *Lwi*, dedit לִוְיָה *Prov.* 1: 9. quod proprie πλέγμα. &c. &c.

ד. Imitantur *formam* פּוּר *Segolata* multa a verbis *media Aleph*. Ita בּוֹר *puteus*, qui alias בְּאֵר; ex *Dialecto*, pro בְּאֵר. Item רֹאשׁ *caput*, pro רְאָשׁ, vel רְאֵשׁ, unde רֵאשׁ & רֵאשׁ apud *Aramæos*. &c. &c. &c. Horum omnium prima tantum stamina nunc ponimus. Subtile genus alias detexendum.

LXXXVIII. Nomina *formæ* פִּקְדָה, sunt *flexiones fœmininæ Segolatorum*, quas *Reg.* LXXXVI. indicavimus. Recipiunt eæ ad *primam Radicalem*, pro natura sui primitivi, *Vocalem* brevem, *Kametz-Chatuph*, & *Kibbutz*, a פֶּקֶד; ut חָרְבָּה *vastitas*, a חֹרֶב; טָהֳרָה *puritas*, a טֹהַר; טֻמְאָה *impuritas* a טֻמְאָ

טְמֵא deperdito. *Segol*, & *Chirek breve*, a פֶּקֶד; ut חֶלְקָה *portio agri*, a חֵלֶק & אִמְרָה ab אֵמֶר, *dictum*. Denique *Patach*, *Segol*, *Chirek breve*, a פֶּקֶד, ut עַלְמָה *virgo*, a עֶלֶם *adolescens*. חֶרְפָּה *opprobrium*, a חֶרֶף; & שִׂמְחָה *lætitia*, a שֶׂמַח.

Horum omnium *mutatio* propter *incrementum finale*, vel *occultum*, vel *manifestum*, ad normam *Segolatam* procedit. Nam 1. in *Regimine* dant חֶרְבַּת &c. שִׂמְחַת 2. in *adfixione* חָרְבָּתִי *vastitas mea*. שִׂמְחָתִי *lætitia mea*. 3. cum *He Parag. Milhel*, חָרְבָתָה. שִׂמְחָתָה 4. in *duali*, עַלְמָתַיִם *duæ virgines*. 5. in *plur. absoluto* עֲלָמוֹת *Virgines*. שְׂמָחוֹת *lætitiæ*. חֳרָבוֹת *vastitates*. אֲמָרוֹת *dicta*. חֲרָפוֹת *opprobria* &c. 6. in *plurali constructo* עַלְמוֹת. שִׂמְחוֹת. חָרְבוֹת &c. secundum *primigenii* rationem. Non dubito tamen 7. quin *pluralis absolutus* quoque cadere potuerit in חֶרְפוֹת, חָרְבוֹת &c. &c. prout in *masculinis* usu venire vidimus.

א. Apparet cur vocabula, quæ *servilem literam* in *principio* habeant, nil mutent: ut מִצְוָה *præceptum*, a צָוָה, facit מִצְוֹת; & מִרְמָה *fraus*, a רָמָה, dat מִרְמוֹת. Nempe מִצְוָה est pro מִצְוְיָה; & מִרְמָה pro מִרְמְיָה: ac proinde nihil simile. Ad indaginem Radicis prælucet observatio hæc. Quæritur unde descendat מִנְחָה *donum*. Plurimi derivant a נָחָה *duxit*;

sic *plurale* daret מִנְחוֹת: sed *Thalmudici* flexere מְנָחוֹת; quod arguit *Thema* ab iis constitutum מְנָח.

LXXXIX. Præstructum *Reg.* LXX. geminam esse *terminationem fœmin.* primam *Milra* in ה ; alteram *Milhel*, in ת : & primæ semper locum esse, postremæ non item; ob duo obstacula. Hic submonemus *priorem statui absoluto* potissimum convenire, posteriorem *regimini*, & *adfixioni*. Sic מִלְחָמָה *bellum*, trecenties in *absoluto*; in quo semel tantum מִלְחֶמֶת 1 *Sam.* 13: 22. Contra in *Adfixione* semper מִלְחַמְתִּי *bellum meum* &c. Similiter מִשְׁפָּחָה *familia*, in *absol.* creberrimum, מִשְׁפַּחַת rarum: at frequentissimum in *Regimine*, & *Adfixione*, ut מִשְׁפַּחְתִּי *familia mea*. מִשְׁפַּחַת רָם *familia Rami* &c. Extat tamen מַצֶּבֶת הַבַּעַל *statua Baalis*, a מַצֵּבָה. Usitatius מַצֶּבֶת. Talia tamen certæ legi non adstringenda.

א. Naturam hujus *formationis* in ת non percepere *Grammatici*, quum eam *Trisyllabis* vindicant, & quidem quæ *Literam Heëmanticam cum Vocali brevi in principio habent*. Atqui per totam *Linguam*, qua late patet, flexio hæc diffusa, si modo *obstacula* duo, quæ *Reg.* LXX. indicavi, absint. Sic eunt עֲטָרָה עֲטֶרֶת, *corona*, a עָטַר; לֵדָה לֶדֶת *partio*, a יָלַד *peperit*. גִּשָּׁה גֶּשֶׁת

גֶּשֶׁת *appropinquatio*, a נָגַשׁ. Male *Taw Paragogicum* vocari solet. בְּהֵמָה בְּהֶמֶת *bestia*, a בָּהַם. Omnia *participia* פֹּקֵד sic moventur: פּוֹקֵד *visitans*, dat פּוֹקְדָה פּוֹקֶדֶת, atque ita porro in omnibus *conjugationibus*. Hæc attigisse nunc suffecerit. Quid lucis hinc in *Analogiam* universam Linguæ redundet, alibi distinctius pandetur.

XC. *Cardinales numeri*, gravissima in omnibus *Grammaticis* laborant *Anomalia*; quum a *tribus ad decem terminationes fœmininæ* dicantur poni pro *masculinis*; & vicissim *masculinæ* pro *fœmininis*. Tactum sub *Reg*. LXXX.

Anomalum quoque creditur, quod *formam absolutam*, ac *constructam*, promiscue adsciscere reperiantur.

Utrumque ad justissimam *Analogiam* reducere, operæ pretium. Scilicet I. שָׁלֹשׁ שְׁלֹשָׁה, שְׁלֹשֶׁת *tres*, (ut & reliqua ad *decem*) sunt *voces substantivæ*, *triada*, vel *numerum ternarium* &c. signantes. Harum *forma fœminina* addita *subjectis masculinis*, dictum שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*: & vicissim *forma masculina* juncta *subjectis fœmininis*, ut שְׁלֹשׁ נָשִׁים *trias mulierum*. Habes connubia non injucunda. Quod autem II. promiscue שְׁלֹשׁ נָשִׁים in *constructo*; & שָׁלֹשׁ נָשִׁים, in *absoluto statu* veniat, id a *Syntaxi* pendet: nam prius adfert, *trias mulierum*, posterius *trias mulieres*, per *appositionem*: nec non

 שְׁלֹשֶׁת

שְׁלֹשֶׁת אֲנָשִׁים *trias virorum*; ut שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים est *trias viri*, vel *triada viros*.

א. Ordo primus *numeralium* ab *uno* ad *decem* sic habet.

Unus.	M.	אֶחָד	const.	אַחַד	F.	אַחַת	pro	אַחֶדֶת
Duo.	M.	שְׁנַיִם	const.	שְׁנֵי	F.	שְׁתַּיִם	const.	שְׁתֵּי
Tres.	M.	שְׁלֹשָׁה	const.	שְׁלֹשֶׁת	F.	שָׁלֹשׁ	const.	שְׁלֹשׁ
Quatuor.	M.	אַרְבָּעָה	const.	אַרְבַּעַת	F.	אַרְבַּע		
His omnibus vis *substantiva* subest, nisi quod סָבִיב *circum*, sit *part. pass. circumdatus*. Nempe אֶל est *tendentia*, עַל *superioritas*. מִן *præfectio*. עִם *communio*. De אֵת necdum liquet. נֶגֶד est *occursio*, vel *objectio ante faciem*. אַחַר pro אַחַר est *subsecutio*. עֵבֶר *transitio*. &c. &c. בִּגְלַל est *comp.* ex ב *in*, & גָּלָל *volutio*, *occasio*. בַּעֲבוּר item ex ב, & עֲבוּר *transitio*. לְמַעַן ex ל & מַעֲנֶה *responsio*: quasi *ad responsum*. בִּפְנֵים valet, *in respectibus*. בִּלְעֲדֵי, quod & בִּלְעֲדֵי, *compos.* ex בַּל *non*, & עֲדֵי *usque*,

usque, proprie *trajectiones*, *transitiones*. לְבַד *ad solitudinem*. בְּעַד *in trajectione ad*. לִפְנֵי *pro ore*. כְּפִי *sicut os* &c. Huc pertinent voculæ בְּדֵי *ad*, כְּדֵי, *secundum*, מִדֵּי *ex*. לְמוֹ *ad*. בְּמוֹ *ad instar*, לְמוֹ *ad*; de quibus sigillatim ad *Reg.* CLII.

ג. *Conjunctionum* usum præstant, אִם *si*, כִּי אִם *sed*, גַּם *etiam*; אַף *quoque*. אֲשֶׁר *quia*, *quod*, *quum*. עֵקֶב *quia*. יַעַן *propterea quod*. לָכֵן *igitur*. אוֹ *aut*, *sive*. לוּ *si*. לוּלֵא *nisi*. כִּי *sed*, *nam*, *quod*, *quoniam* &c. &c.

Has *indeclinabiles* appellare liceat: quippe quæ *adfixionem* non admittant. אִם proprie est *intentio*. גַּם *collectio*. De אַף quæro adhuc. אֲשֶׁר *vestigium*. עֵקֶב *vestigii subsecutio*. יַעַן *respondebit*. לָכֵן *ad firmum*. אוֹ *flexio*; לוּ *plicatio*, לוּלֵא *si non*: לָא pro לֹא ex Veteri Lingua. כִּי *ὡς μοι*. &c. &c.

Apud *Latinos* quoque *conjunctiones* multæ a *nominibus* oriundæ: ut *verum*. *vero*. *verum enim vero*. *quemadmodum*. *quamquam*. Additum & *verbum*, in *quamlibet*, *quolibet*, *quovis*. Merum *verbum* est, *Licet* &c. De *Adverbiis*, & *Præpositionibus*, idem submonitum velim.

ד. *Interjectiones* vocamus *particulas*, quæ *adfectum*, *motumque animi consignant* in oratione. Talia sunt הוֹי *Heu*. *Eheu*. אוֹי idem. אֲבוֹי idem. אָח *Ah*, הֶאָח *Euoe*. *io*. אַלְלַי *Væ mihi!* אַחֲלֵי & אַחֲלַי *utinam!* Posterius hoc præfert partim *Regimen plur.*, partim *adfixionem*. Ergo non in totum *indeclinabilia* hæc. Ab אִי, אִיָּה לִי *Eheu mihi* productum. Apud *Latinos*, & e *verbis* quædam *interjectiones* adscitæ: *sis*, pro *sivis*. *Sultis*, pro *si vultis*. *Sodes* pro *si audes*. &c. &c. *Amabo*, subaudit *te*. Hinc genus satis dilucet. De his omnibus alibi plenius agendum.

XCVII.

XCVII. Nemini, lustrato agmine *adverbiorum*, & *præpositionum*, quod in medium dedimus cum *Origine*, mirum accidet, quod *particulæ* plurimæ jam *singularis*, jam *pluralis*, aut *dualis numeri nominibus* dicantur accensendæ: ad quorum normam quoque *adfixa* recipiant.

א. *Singularium* legem observant, אַיֵּה *ubi*, הִנֵּה *ecce*; & הֵן ejus primigenium. אֵת nota *accus.* & *cum.* מִן *a*, *de*, *ex*, *præ.* עִם *cum.* לְעֻמַּת *e regione.* אֵצֶל *apud.* בַּעֲבוּר *propter.* בִּגְלַל *propter.* לְמַעַן *propter.* זוּלַת *præter.* item בֵּלֶת, unde בִּלְתִּי *præter me:* אֶפֶס *præter*, unde אַפְסִי *præter me.* נֶגֶד *coram*, unde נֶגְדִּי *coram me.* Proprie *occursione mei* &c.

Pluralium normam sequuntur, אַחַר *post.* אֶל *ad.* עַל *super.* עַד *usque.* בִּלְעַד *præter.* לְפָנִים *ante.* מִפָּנִים *propter.* Duo posteriora palam *pluralia.* Inde in *Regimine* לִפְנֵי מֶלֶךְ *ante regem: adfacies regis.* Sic לְפָנָיו *ad facies ejus.* Consimiliter מִפְּנֵי מִי *propter quem? A vultibus cujus?* & מִפָּנָיו *propter eum: ejus respectibus.*

Vides simul cur in *Regimine plurali* stare ament, אֱלֵי *ad*, אַחֲרֵי *post*; עֲלֵי *super*; עֲדֵי *usque ad*, בִּלְעֲדֵי *præter.* Illæ formæ *plurales* aliquid grandius adhuc ferunt, quam *singulares* אֶל, אַחַר &c. ut *tempestatibus*, *ætatibus*, quam *tempestate*, *ætate* &c.

Singularium & *pluralium* instar; אַיִן *non est.* עוֹד *adhuc.* בְּעַד *pro.*,

pro, *per*, *propter*. Sic dicitur אֵינָם *non illi*, & אֵינֵמוֹ *Pſ.* 73: 5. Proprietas *Linguæ* dat *Vacuitas eorum*. Planius ad *Reg.* C. עוֹד eſt *ſubſtant. formæ* פּוֹר; a עוּד *iterare*. *Perſeverare*. Inde עוֹדֶנּוּ dictum, *iteratione noſtrum*, & עוֹדֵינוּ *iterationibus noſtrum*. עַד a עָדָה videtur attuliſſe *trajectionem ad* aliquid, unde בְּעַד *pro*, *per*, *propter*. Simplex particula dat, עַד עַתָּה *uſque ad hoc tempus*, q. d. *trajectu ad hoc temporis*. Item in *plurali conſtructo* עֲדֵי עַד *uſque ad perpetuitatem*. Ergo rectiſſime בַּעֲדִי *pro me*, *circa me*: & בַּעֲדֵינוּ *circa nos*, *in trajectionibus ad noſtras perſonas uſque*; *Amos* 9: 10.

Singularium, *pluralium*, ac *dualium* more, בֵּין *inter*. Ejus בֵּינַיִם extat 1 *Sam.* 17: 4. Inde volunt בֵּינֵינוּ *inter nos*, ortum. Ejuſdem *plur. fœmin.* בֵּינוֹת, unde בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos*, *Gen.* 26: 28. & בֵּינוֹתָם *Gen.* 22: 23. *inter eos*. Proprie בֵּין vel בִּין ſonat *diſtinctionem*. Inde apparet, *Analogiam* ipſam talibus formandis præſediſſe.

Singularium & *dualium* ritu תַּחַת *ſub*, *pro*, *vice*, &c. unde תַּחְתִּי, & תַּחְתַּי, *ſub me*, æquo jure. Eſt nomen *Segolatum* pro תֶּחֶת ex *Reg.* LXIII. *num* IV. Ejus *duale* ergo תַּחְתַּיִם ex LXXXVI. Alias dicendum fuiſſet תְּחָתַי. a תְּחָתַיִם. Ita calculos poni video: nec magnopere refragor. Nil tamen impedit, quo minus *plurale* תַּחְתִּים fuerit; ut ex eadem *Reg.* clarum. Idem dictum eſto de אַשְׁרֵי *bene*, *beate*; quod dualium rationem ſequi dicitur; ut אַשְׁרֶיךָ *bene tibi*: *beatum te!* Ejus *Singulare* deperditum אֶשֶׁר *beatitudo*. Inde exſiſtit *Pſ.* 1: 1.

אַשְׁרֵי הָאִישׁ *O beatitates Viri!* Licet sane formes *dualiter* etiam אַשְׁרַיִם *O geminatam beatitudinem* &c. Sed & licet *pluraliter*, ab אַשְׁרִים, altera illa forma a *Chaldæis* unice trita: *O terque, quaterque beatum* &c. אַשְׁרָיו *O felicitates illius cumulatissimas!*

XCVIII. *Particulæ* nonnullæ ab *adfixione ordinaria* nonnihil deflectunt, sive ipsa *pronomina* spectes, sive *puncta agglutinationis*.

א. Circa *Pronomina* I. ipsa 1. loco י assumitur נִי, per *Scheva mutum*, in הִנְנִי *Ecce me*, 1 *Sam.* 12: 3. per *Tzeri* in הִנֵּנִי. Similiter תַּחְתֵּנִי *sub me*, pro תַּחְתַּי. In מִנִּי *ex me*, non agnosco aliud, quam י: Nam *Radix defectiva* מִן לְ״ מִנֵּן *Dagesh forte* addi jubet in *adfixione*. Apud *Syros* מִן effertur: inde מִנִּי, & cum reduplicatione מִמֶּנִּי invaluit.

2. loco ו assumtum הוּ, ab eodem הֵן vel הִנֵּה; ut הִנְנֵהוּ *ecce eum: Eccum. Eccillum*; *Jer.* 18: 3. pro הִנּוֹ. Sic מִנֵּהוּ pro מִנּוֹ *Ps.* 68: 24. & מִנֶּהוּ. *Job.* 4: 12. per *Scheva quiesc.* pro מִנְּהוּ. Pariliter אַשְׁרֵהוּ *Prov.* 29: 18. pro אַשְׁרָיו. Posset tamen *singularis numeri* haberi ista formatio: ut in לַמַּעֲנֵהוּ *propter se*, *Prov.* 16: 4. Rectius tamen ibi teneas מַעֲנֶה *responsum*, ut sit *ad responsum sui*. Redi ad *Reg.* XCV. *nota* ב.

3. pro ם & ן addita הֶם & הֶן ad עִם, ut עִמָּהֶם *cum illis*,

Jon.

Jon. 1: 3. pro עִמָּם. Sic מִנְּהֶם *Job.* 11: 20. alias מֵהֶם. Item אֶתְהֶם *eos*, & אֶתְהֶן *eas*. Quidni? quum הֵם & הֵן antiquissima habeant jura.

ב. Quod ad *Puncta* II. pro *Tzeri* 1. *Kametz* sumit נוּ in *gemino* אֵת tam *accus.* quam *ablat.* cum; ut אוֹתָנוּ *nos*, & אִתָּנוּ *nobiscum*. item עִם, unde עִמָּנוּ *nobiscum*. Imitatur & כֹּל *universitas*, dans כֻּלָּנוּ *universitas nostrum*. Nempe & קִימָנוּ *adversa nobis factio*, *Jobi* 22: 20. occurrit: itemque מוֹדַעְתָּנוּ *cognatio nostra*, *Rut.* 3: 2. Liquet sonos *a* & *e* in hac *adfixione* obtinuisse; quod & in *verbis* factitatum. Per *Scheva quiescens* enunciatum הִנְנוּ *ecce nos*: 2 *Sam.* 5: 1. pro הִנֵּנוּ. Cum *Nun Epenthetico* etiam dictum הִנֶּנּוּ. Hinc *Tzeri* correptum in *Segol*. De eo ad *Reg.* CL. At מִמֶּנּוּ istud *Segol* habet ex *Syriasmo*, sine *Nun Epenthet.* 2. *Kametz* quoque anteit *fœm.* ךְ in gemino אֵת iterum: nec non עוֹד *adhuc*, עִם *cum*, הִנֵּה *ecce*, מִן *ex*. Extat tamen אִתֵּךְ *tecum*, & מִמֵּךְ *a te*: pro אִתָּךְ &c. Utrumque tenuisse satis liquet. Eadem libertate 3. dictum עִמָּכֶם *vobiscum*, ut עִמָּהֶם *cum illis*.

XCIX. *Particulæ*, quæ *vocalem brevem* habent, in *adfixione* eam vel *producunt* in oppositam longam, vel *amittunt* plane; vel *Dagesh forte* adsciscunt, secundum suam quæque indolem, & originem.

א. Producunt 1. אֶל *ad*; עַל *super*: עַד *usque ad*: בִּגְלַל *propter*: זוּלַת *præter*: בִּלְעֲדֵי *præter*. לְעֻמַּת *e regione*. Sic אֵלַי

ad me. עָלַי *super me* &c. Cum *adfixis gravibus* in *Scheva* redit: ut עֲלֵיכֶם *super vos.* &c. *Scheva* etiam in *Regimine* obtinet; ut אֱלֵי, עֲלֵי &c. Mansit *Kametz* cum *adf. gravi* in עָרֵיכֶם *Job.* 32: 12. ob rationem alibi eruendam. II. *Dagesh forte* recipiunt עִם *cum*, a עָמַם: & מִן *ex*, a מָנַן. Item אֵת, de quo seorsim *Reg. seq.* Sic עִמִּי *mecum.* מִמֶּנִּי *ex me. Præ me* &c. III. *Scheva* postulat אַחַר *post*; ut אַחֲרַי *post me.* Est nempe pro אַחֵר *infin. Pih.* Item בְּעַד *pro*; quod [illegible] עַד, a *Rad.* עָדָה descendenti, liberum fuerit, vel *producere*, vel *abjicere* suam vocalem.

C. Peculiarem curam merentur aliquot *particulæ*, quarum *Origo* privum quid popoſcit.

א. Primo אַיֵּה *ubi*, & הִנֵּה *ecce*, habent *He paragogicum*; antec. *Tzeri*: cum *Segol* occurrit הִנֶּה *Gen.* 19: 2. Utrumque tollitur accedentibus *adfixis*: ut אַיּוֹ *ubi ille.* הִנּוֹ *ecce ipsum.* Prius derivatur ab אַי, in Veteri *Lingua*, *Quis*? *Qualis*? Apud *Arabes* est *Pron. interr.* Eodem modo usurpasse *Hebræos*, patet ex אֵי *ubi? quo loci?* أين; אֵי זֶה *quis hic*? אֵי לָזֹאת *quare? cur* i. e. *cui rei.* Item אֵיךְ & אֵיכָה *quomodo*? per *compositionem quî tibì, quomodo?* كيف. In אֵיכָכָה *Est.* 8: 6. habes primo כָּךְ *sic tibi*, cum *He parag.* כָּכָה, & אֵי, *qualiter tibi*? &c. &c. Radix est אַיֵּה i. e. אַיְיֵ: unde vides *Dagesh forte* esse necessarium. הִנֵּה est ab הֵן; cujus *Thema* הָנַן. Ergo & illud necessario *Dagesh* accepit.

ב.

ב. Secundo אֵין *non est*, reddi solitum, creditur *verbum* esse, quod יֵשׁ *est*, *existit*, per negationem respondeat. Atqui utrumque Characterem evidentem *Nominis* gerit. Teneatur ergo יֵשׁ a יָשָׁה *solidus fuit*; inferre *soliditatem*, sive *solidam* rei *essentiam*: & contra אַיִן, formæ פַּיִר *Reg.* LXXXVII. a Rad. אין *vanum esse*, designare *inanitatem*, *vacuitatem*, & *non-existentiam*. Hinc gravi non minus, quam pulchra, *syntaxi*; *Ps.* 135: 7. אֵין־יֶשׁ־רוּחַ בְּפִיהֶם *Vacuitas soliditatis Spiritûs in ore eorum*. Pro *penitissime nullus Spiritus*. Hinc jam אֵין כֶּסֶף *non est argentum*, proprie *vacuitas argenti* &c. *Reg.* LXXXVI. Si postponatur, alia forma כֶּסֶף אַיִן, *Argentum*, *vacuitas*; *non datur*; aliam arguit structuram. Sentis cur dici queat אֵינִי *vacuitas mei*, & אֵינֵנוּ *vacuitates nostrum* &c. &c. &c. An אִין, 1 *Sam.* 21: 9. & אִי 1 *Sam.* 4: 21. *Job.* 22: 30. huc pertineant, alibi discutiendum. מֵאַיִן *unde*? certissime hinc diversum. Est *plurale* antiquum ab אִי, de quo paulo ante.

ג Tertio אֵת bifariam se habet in *adfixione*: tum qua *accusativum* signat; tum qua *ablativum* per *cum*. 1. *Tzeri* ante *gravia adfixa* corripit in *Segol* ut אֶתְכֶם *vos*. אֶתְהֶם *illos*. 2. *Tzeri* mutat in *Cholem*; ut אוֹתִי *me*, & *mecum*. 3. *Tzeri* resolvit in *Chirek* & *Dagesh forte*: ut אִתְּךָ *te*, & *tecum*. Hæc varietas pendet ab *Origine*, quæ mihi quidem necdum plane comperta. Ad *Syntaxin* spectat, etiam אֵת cum *Passivis*, & *Neutralibus*, dare *rectum casum*, ut אוֹתוֹ possit esse αὐτὸς ἐκεῖνος. *Neh.* 9: 32. 2 *Sam.* 11: 26. &c. &c.

ד. *Quarto*, de בֵּין, ex בַּיִן oriundo, formæ פַּיִר, jam egi

Reg. XCVII. Non miraberc proin nec *duale* ejus בֵּינַיִם, nec *Pluralia* בֵּינִים & בֵּינוֹת: quibus *adfixa* pleno jure annecti queant. בֵּינִי ergo est *distinctione mei*; בֵּינֵינוּ *distinctionibus nostrum*. בֵּינוֹתֵינוּ idem, grandiore sono.

ה. Quinto לְעֻמַּת *e regione, juxta*, etiam in *Plurali* dicitur facere לְעֻמּוֹת *Ezech.* 45: 7. Sic *Taw* esset *servile*, & a עָמַם descendisset עֻמָּה; in regimine לְעֻמַּת cum *præf.* לְ. Huc inclinat Cl. *Cocc.* in *Lex.* quum sit, *notionem ejus convenire præpositioni* עִם *cum: & usurpari ad denotandum* conjunctionem, ut & proportionem *in fine*. At *Cl. Alt.* ת statuit *Radicale*; & לְעֻמּוֹת habet pro alia *terminatione singulari*, a עֻמַּת. Id verissimum *Origines* pervincent. Nunc modo teneatur, esse *formam* ex *Pyhbal*, quæ designet *proportionem fili ad filum*. Derivatum nempe est עֻמַּת, unde *constructe*, præmisso לְ, ortum לְעֻמַּת: in *adfixione* לְעֻמָּתוֹ 2 *Sam.* 16. 13. *e regione ipsius*. Pro עֻמַּת etiam עֻמּוֹת, *formæ* פְּקוֹד, in *infin. Pyhbal*, puram putam fervat *Analogiam*.

ו. בֵּלֶת *præter*, deducitur plerumque a בַּל *non*, quod & בְּלִי, cujus *Rad.* בָּלָה. Sic ת foret *fœmin.* & *servile*. Nobis potius est *Radicale*, a בָּלַת *secuit, præsecuit*. Apud *Arab.* id residuum. Inde בֵּלֶת *præsectio*: quæ usurpata pro *exceptione*; ut בִּלְתִּי sit proprie *præsectione* i. e. *exceptione mei*; *me excepto*: *præter me*. Illud *Jod paragogicum*, quod alias semper adhæret, sub *Reg.* CLI. illustrabitur.

CI. *Particulæ inseparabiles*, quæ & *præfixa*, sunt *octo*, משֶׁה וְכָלֵב dictæ, in quibus *He* bis connumerandum. מ ex מִן notat *ex*, *a*, *præ*. שׁ ex אֲשֶׁר *qui*, *quæ*, *quod*. Primum ה facit *Articulum*. Secundum, est *interrogativum*, *an?* ו est *copulativum*, *Et*. כ valet *sicut*. ל notam *Dativi*, & *ad*, ב *in*, designat.

CII. *Præfixum* מ per *Chirek* & *Dagesh forte*, semper repræsentat primigenium suum מִן; cujus *Nun* exclusum per *duplicatam* sequentem compensatur: ut מִבַּיִת *e domo*, pro מִנְבַּיִת; quod coaluit ex מִן־בַּיִת.

Ante *gutturales*, & *Resch*, quæ fere *Dagesh forte* respuunt, pro *Chirek* oritur *Tzeri* ad compensationem: ut מֵאֶרֶץ *e terra*, pro מִאֶּרֶץ, ex מִנְאֶרֶץ. Item מֵיְהוָה *a Domino*; quia secundum *Masorethas* saltem אֲדֹנָי est מֵרֹאשׁ *a capite*, pro מִרֹּאשׁ. Potuisse tamen *Chirek* retineri, cum implicito complemento, dubitari nequit ex iis quæ *Reg*. LX. adstructa. Hinc מִחוּץ *ab extra*, *Gen*. 19:16. מִחוּט *a filo*, *Gen*. 14: 23. *Esaj*. 14: 3. מֵעָצְבְּךָ *a dolore tui*; & מֵרָגְזְךָ *a tremore tui*: secundum MSS.

Per *Scheva* ut præfigatur, non patitur origo. Ergo מִלְאֹם *Gen*. 25: 23. *præ natione*, est pro מִלְּאֹם: ex *Canone* quo *Dagesh forte* ex *literis Schevâtis* sæpissime excidere dicitur. Sic מִיְמֵי *a diebus*, pro מִיְּמֵי.

ad

ad *Euphoniam* &c. Retentum tamen *Dagesh* etiam in *Jod Schevato; Dan.* 12: 2. &c.

א. Supra *Reg.* XCVIII. visum, *Dialectum Syriacam* sonare מֵן: indeque tractum מֵנִי, & מִמֶּנִּי *ex me. præ me* &c. Illuc referendum 1 *Chron.* 15: 13. לְמַבָּרִאשׁוֹנָה *inde ab initio*, mutato *Segol* in *Patach*, ad pleniorem sonum. At *Ps.* 55: 22. in מַחֲמָאוֹת פִּיו, non est *compositum*, *præ butyraceis*; sed reddendum ibi, *Glabra sunt Butyracea oris ejus*. Nempe ut solide *Cocc.* in *Lex.* monuit, *Kametz penult.* mansit, quia est forma מַעֲמַקּוֹת. Hoc in pronunciatione viva magnam tulit Emphasin. In מְרַאֲשֹׁות *regiones capitis*, nulla quoque *compositio* cum nostro מ *Gen.* 28: 11. & alibi: est enim *præformativum*: ut recte iterum Cl. *Cocc.* aliique tenuere.

CIII. *Præfixum* שֶׁ per *Segol* & *Dagesh forte*, repræsentat primigenium suum אֲשֶׁר *pronomen relativum. Reg.* XCIII. Sic *Cant.* 3: 7. מִטָּתוֹ שֶׁלִּשְׁלֹמֹה *Lectus ejus*, *qui Salomoni*, pro אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה.

Accipit & *Patach*, ex *Dialecto*, qua אֲשַׁר dictum: ut עַד שַׁקַּמְתִּי *usque quo surrexi*, proprie, *usque ad quod surrexi. Jud.* 5: 7.

Ante *indagessatas* compensatio neglecta in שֶׁעָבַרְתִּי *Cant.* 3: 4. ubi adhuc alia exempla reperientur.

Facta compensatio in שָׁאַתָּה *eo quod tu*: *Jud.* 6: 17.

Etiam

Etiam *Scheva* admisit *Eccl.* 2: 22. in שְׁהוּא *quod ipse*; & 3: 18. in שְׁהֵם *quod ipsi*. Id factum ad celeriorem pronuntiationem de industria: ut שְׁהֵם gemino accentu *Tonico* insignitum, *Thren.* 4: 9. lentius quid, & miserabile, adfert.

א. Ex hocce שׁ, & ל *Dativi*, conflata *Particula* שֶׁל, separatim posita *Ecclef.* 8: 17. בְּשֶׁל אֲשֶׁר יַעֲמֹל. Vere tamen cohæret; valetque ibi, *in eo ad quod laborat homo* &c. Hinc multi *Grammatici* texuere tabulam *Pronominum Genitivorum*, שֶׁלִּי *mei*, שֶׁלָּנוּ *nostrum*; שֶׁלְּךָ *tui*, atque ita deinceps. Proprietas *Linguæ* ibi dat, *qui mihi*, *qui nostrûm*, &c. &c.

CIV. *Præfixum* ה, *Articulum* constituens *Græcum*, ex הוּא *ipse*, resectum creditur. Accedit per *Patach* sequente *Dagesh forti*, ut הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεὺς, הַגָּדוֹל ὁ μέγας. Id ex *Schevata* litera plerumque excidit. הַיְשׁוּעָה *salus*. &c.

Ante *indagessatas* compensatio vel institui, vel negligi, potest, ut הֶחָי, & הַחַי *vivus*. הָעִוֵּר & הַעִוֵּר *cæcus*. Quæ *Rabbini* hic tricati, abjicienda: nisi cum iis *Syllabas* numerare lubeat; indeque leges figere, mox refigendas.

Amat & *Segol* ante *Gutturales*, præsertim *Kametzatas*, ut הֶחָכָם *sapiens*. הֶעָרִים *urbes*. הֶחָי *vi-*

vus. Etiam cum aliis factum, patet ex הֶחֳרָבוֹת *Esech.* 36: 35. Potest tamen & *Patach* retineri in omnibus hisce; nec vitiosum censendum הֶחָכָם &c. ac proinde *Anomalum* dici non debet הָהָרָה *montem versus* &c.

א. Articulum ὁ, ἡ, τό, ut *Quintil.* monet, *Latinus sermo non desiderat.* Fuere tamen qui *hic*, *hæc*, *hoc*, eum in usum detorsere: unde & *Priscian.* L. XII. *hic* vocavit *Pronomen articulare.* Eum castigavit magnus noster *Vossius* L. III. C. 1. Ceterum *Articulum non desiderare Latinum Sermonem*, gloriosius dictum putem, quam verius. Tale quoque illud J. C. *Scalig.* de *Caus.* L. L. *Cap.* CXXXI. *His declaratis satis constat Græcorum articulos non neglectos a nobis, sed eorum usum superfluum.* Atqui, ne de *Græcis* jam loquar, *Orientales* nostri incredibilem quandam vim orationis, cum elegantissima brevitate, per *Articulum* assecuti. Hoc in *Syntaxi* declarandum; atque exemplis rite instruendum.

ב. Viri quidam Docti suspicati, hocce ה non ex הִיא *ipse* ortum, sed ejus primigenium esse הַל; quod *Arabibus* etiamnum *Al.* Ita זַיִת, الزَّيْت, *olea*, *articulo* auctum, *Alzait*, & mox *Azzait.* שֶׁמֶשׁ, الشَّمْس, *Sol*, *Alsjêmes*, & mox *Assjemes.* Mihi hac de re necdum satis liquet. Non placet *Articulum* istum ingeri *Prov.* 30: 31. in phrasi מֶלֶךְ אַלְקוּם quasi esset *Rex populi.* Est omnino, *Rex*, *cave resistas ei:* vel *contra quem stare non est.* Latet aliquid in אַל־אוֹדוֹת 2 *Sam.* 13: 16. & אַל פְּשַׁטְתֶּם 1 *Sam.* 27: 10. ubi *interrogantis* esse videtur: ut & הַל יְהוָה *Deut.* 32: 6. disjunctim. Hæc liberiora spatia requirunt.

J. Por

3. Poteſtas *Articuli* quadruplex fere in *Dial. Hebraea*. I. *Demonſtrativa*, ut הָעָם ὁ λαὸς, *Populus*. Non cadere dicitur *demonſtratio* hæc 1. in *nomina propria*. 2. in *Regimen*, ſive *voces conſtructas*. 3. in *voces adfixione determinatas*. Hæc tamen non abſolute vera: & dantur occaſiones, in quibus omnia hæcce ſub ditionem *Articuli* cadant. *Syntaxis* hæc enucleare debebit. II. *Relativa*, 1. cum *nomine participiali* frequentiſſime; ut הַנּוֹלַד־לוֹ *is qui natus ei*, *Gen.* 21: 3. Cum *Particulis* 2. admodum *Emphatice*, וְהֶעָלֶיהָ 1 *Sam.* 9: 24. Potuiſſet ibi dici וַאֲשֶׁר עָלֶיהָ; vel ſignantius adhuc וּמַה שֶּׁעָלֶיהָ & *quicquid ſuper eam*. Sic *adfixionem* amat; ac *conſtructionem*. 3. cum *verbis*, הֶהָלְכוּא *qui iverunt*, *Joſ.* 10: 14. &c. &c. III. *Vocativa*, ut הַבַּעַל *O Baal!* 1 *Reg.* 18: 26. הַבַּת יְרוּשָׁלִָם *O filia Hieroſolymorum*. Et hic *conſtructionem* libenter admittit. IV. *Localis* הַפְּלִשְׁתִּים *verſus Philiſtæos*, 1 *Sam.* 13: 20. Addo V. *Aſſeverativam*, per *Ecce*, *Sane*, *Profecto*, *Vere*, reddendam. *Job.* 22: 15. הַאֹרַח *Profecto viam ſeculi ſervas*. Sed *Codices* optimi habent הַ cum *Patach* non producto. Huc forte reducenda loca illa, in quibus *He* noſtrum additum vocibus *adfixione determinatis*; ut בְּתוֹךְ הָאָהֳלִי *in medio ecce tentorii mei*, *Joſ.* 7: 21. Examinandum ulterius. Majore cum fiducia hic ordino illos textus, qui vel cum *Patach*, vel cum *Chateph Patach* quoque, enotati ad *Job.* 4: 21. & in *Indice Comment.* &c. &c.

CV. Alterum *He*, quod *Interrogativum* dici ſolet, præfigitur per I. *Chateph Patach*, quod ſequente alio *Schevate* in *Patach* ſponte abit, ex *Reg.* LIX. ut

הֲלֹא *annon?* הֲיִקְרֶה *an eveniet? Num.* 11: 23. הַלְמַעַנְךָ *an propter te?* הַבְּרָכָה *an benedictio? Gen.* 34: 31. Obtinet etiam *Patach* II. ante *gutturales*: ut הַ אֱמֶת *an veritas? Gen.* 42: 16. הַאֵינְךָ רֹאֶה *an non es videns? Jer.* 7: 17. Adhibetur III. & *Segol*: הֶאָנֹכִי *An ego? Num.* 11: 12. *Dagesh forte* sub hisce *implicitum*. Nam IV. accedit sæpissime per *Patach sequente Dagesh*. 1 *Sam.* 10: 24. הַרְּאִיתֶם *an vidistis?* Nec opus, ut litera *Schevata* sit. הַיִּיטַב *an bonum erit? Lev.* 10: 19. Ergo nec mirum V. si *Kametz* & hic occurrat; הָאַתֶּם *an vos? Jud.* 6: 13. & *Jud.* 12: 5. הַאֶפְרָתִי אַתָּה *An Ephratæus tu?* Non *Anomala* censenda, quæ sexcenties quotidie nasci potuere.

א: Multis sese, aliosque, tricis liberassent *Grammatici*, si *He Demonstrativum*, & *He interrogativum*, iisdem per omnia legibus illigassent, & simpliciter modo dixissent, utrumque diversimode accedere posse; per *Patach*, libere producendum in *Kametz* ante *gutturales*: per *Segol*; per *Chateph Patach* etiam nonnunquam, ubi celerior pronunciatio quæsita. Certe *He* illud *Asseverativum*, quod *Reg. præc. num.* V. posui, nihil aliud in *Origine*, quam *Demonstrativum*, esse, palam est. Locis, in *Indice* ad *Jobum* productis, addenda series ea quæ *Cap.* 40: 21. & seq. extat. Nempe in Veteri Lingua erat, הַאִם *Ecce vere*, cum *adfirmatione*, & *An vere?* cum *interrogatione*. Hinc ansa præbita, ad junctas hasce particulas disjungendas, duplici illo usu; ut הֲ, sequente אִם in altero versiculi membro, vel *confirmaret*, vel *verumne* quid esset, *interrogaret*. Ad *Syntaxeos* jura hæc pertinent.

CVI.

CVI. *Præfixa* וכלב accedunt vel per *Scheva*, vel per *Kametz*, ut וָרֶכֶב וָסוּס & *currus*, & *equus*. Si sequatur *Scheva compositum*, pro *simplici* illo *Schevate* adsciscitur *Patach*, *Segol*, vel *Kametzchatuph*, ex *Reg*. LVIII. Exempla ibi posita.

Circa singula sigillatim multa *Rabbini*, syllabarum nimis curiosi aucupes. Nos ea tantum trademus, quæ firmis principiis nituntur.

ו. *Vaw*, cujus diversissimos usus *Syntaxis* docet. 1. *Kametz* amat ante voces *monosyllabas*, & *bisyllabas penacutas*: ut קַח וָלֵךְ *cape & vade*. קְחוּ וָלֵכוּ *capite*, & *vadite*. &c. Non tamen perpetuum. Nempe *Euphonia* hæc rexit.

2. Extra ordinem recipit *Patach* sequenti *Dagesh forti*, quando *conversivum* est *futuri* in *præteritum*. וַיֹּאמֶר & *dixit*. Suspicor *He Emphaticum* isti *punctaturæ* subesse: ut ad *Reg*. CXLVI. exponetur.

3. Quum *Scheva simplex* possidet, facile delabitur in *Schurek*, i. e. ex *motu* transit in *quietem*. Id ante *Labiales* בומף perpetuum: ut וּבֶגֶד & *vestis*, pro וְבֶגֶד &c. *Mobile* manet *Vaw* ante easdem, si *Kametz* habeat: ut וָבֶגֶד & *vestis*; וָבֹהוּ & *inane*. וָוֶלֶד & *puer*. וָמֶלַח & *sal*. וָפַחַת & *fovea*.

4. Transit quoque a *Schevate mobili* ad *Schurek*, quum sequitur aliud *Scheva simplex*: vel potius *Schurek* illud pro *Chirek* existit, ex *Reg*. LVII. sub finem. וּלְמֶלֶךְ & *Regi*, pro וִלְמֶלֶךְ. Similiter וּלְכוּ & *vadite*, pro וִלְכוּ. Manet tamen *Chirek* illud in וִהְיִיתֶם & *fueritis*; itemque in וִחְיֵה & *vive*; pro quo & וֶחְיֵה, *Reg*. LVIII. nota ד.

5. Per

5. Per accidens etiam accipere potest *Patach*, vel *Tzeri*: ex eadem *Reg. nota*, ב, & ג. Illuc redeatur.

ב. Pro *Schevate simplici*, item *Kametz* assumit sæpiuscule *Lamedh*, ante *monosyllaba*, & *bisyllaba penacuta*: sive *nomina* sint, sive *formæ infinitivæ*; לָבוֹא *ad intrandum*. לָצֵאת *ad egrediendum*. לָקַחַת *ad capiendum*. לָשֶׁבֶת *ad sedendum in æternum*. &c. Pro iis occurrit quoque לָשֶׁבֶת, לָבוֹא, לָצֵאת, &c. quas *formas* jam *infinitivas* negare, non rationis est. Si *structuram* diversam esse tradidissent, quæ diversam traxerit *pronunciationem*, & *punctationem*, dixissent quod cum re, & ratione, conjunctum. Inde quoque est, quod *Pausas* potissimum *Kametz* occuparit: ut לָנֶצַח *in sempiternum* &c.

ג. *Kametz* quoque postulant fere *Beth*, *Caph*, & *Lamedh*, ante *pronomina separata*, ejusdem conditionis, *Monosyll.* & *Bisyll.* scil. בָּזֶה *in hoc loco*. כָּזֹאת *sicut hoc*. כָּהֵנָּה *sicut hæc*. לָאֵלֶּה *istis*.

ד. *Beth*, & *Lamedh*, cum *adfixis pronominibus* quoque *Kametz* sibi vindicant: exceptis tribus י, ךָ, ו, quæ *ordinarium punctum* servant, ad normam *singularium*. ut בִּי *in me*, בְּךָ *in te*. בּוֹ *in illo*. Item לִי *mihi* &c. Reliqua sic eunt; בָּנוּ *in nobis*, בָּךְ *in te f.* בָּכֶם. בָּכֶן *in vobis*. בָּהֶם, בָּהֶן *in illis*: nam בָּהּ *in ea*, itemque בָּם & בָּן per se jus habent in *Kametz*.

ה. Privum quid in *adfixione* habet *Caph*: quod ex Veteri Lingua adscivit מוֹ, ex מַן *aqua*, *species*; cui *syllabæ encliticæ* tunc *adfixa* nude accedunt, *Kametz* quoque possidens in כָּמוֹנִי *sicut ego*; כָּמוֹנוּ *sicut nos*. כָּמוֹךָ *sicut tu*. כָּמוֹהוּ & כָּמֹהוּ *sicut ille*. כָּמוֹהָ *sicut illa*. Cum *adfixis gravibus* sine מוֹ venire potest: ut כָּכֶם *sicut vos*: & כָּהֶם *sicut illi*. Si מוֹ interseratur,

Sche-

Scheva addendum τῷ *Caph*: ut בְּמוֹכֶם *sicut vos.* כְּמוֹהֶם *sicut illi.*

Hæc *adfixionis* ratio inita, ne confusio existeret cum *conjunctionibus* כִּי *quoniam:* כָּךְ *sic.* כֹּה *ita:* quæ ex *Caph similitudinis* & *adfixo* conflata, aliam quandam vim, & relationem, induere cœperunt: quod obiter tangimus nunc; ut periti cernant, quam limpido alveo fluat *Lingua Hebræa*; quamque necesse, *fontes* ejus junctis manibus, viribusque, detergere; atque ad priscum nitorem revocare.

ו. *Beth*, *Caph*, & *Lamedh* solent *He Emphaticum* excludere ad *Euphoniam*, & pronunciationem tum commodiorem, tum rapidiorem, atque ita per *accidens* in ejus *Puncta*, & *jura*, succedunt. בַּבַּיִת *in domo*, pro בְּהַבַּיִת: & לֶעָפָר pro לְהֶעָפָר *in pulverem.* כָּעֶבֶד pro כְּהָעֶבֶד *sicut servus.* בַּחֹדֶשׁ *in mense*, pro בְּהַחֹדֶשׁ &c.

Sæpissime tamen *He* retinetur, & antiqua obtinet tum scriptio, tum pronunciatio: ut בְּהַשָּׁמַיִם *in cœlis: Ps. 36: 6.* כְּהֶחָכָם *sicut Sapiens.* לְהָעָם *populo* &c. &c. Hæc *Anomala* quo jure vocentur, non exputo: quum formis hisce antiquissima jura competant. Nempe *Anomalum Grammaticis*, quod mancis ipsorum regulis non respondet: & quum ipsi claudicent, vitium *Linguæ* imputant; eique talos quasi suffringunt.

ז. Eadem *præfixa* כלב aliquando excludunt *He Characteristicum infinitivi Niphal*, *Hophhal*, *Hitpahhel* & *Hiphhil*; ejusdemque *Puncta* sua faciunt. Ea sunt *Patach*; ex *Hiph.* לַשְׁמִיעַ *ad audire faciendum*, pro לְהַשְׁמִיעַ. *Segol*, בֶּהָרֵג *in interfici*; pro בְּהֵהָרֵג ex *Niph.* item *Chirek* בִּכָּשֵׁל *in impingi*, pro בְּהִכָּשֵׁל Idem in *Hitpah.* existere potuit. In *Hophhal* obtinere debuit *Kametz-Chatuph* & *Kibbutz.* Hæc de *brevibus.* *Longæ* quibus locus dari potuit, sunt *Kametz*, *Tzeri*, *Schurek* in *Hiph. Niph.* & *Hoph. verborum imperf.* &c. &c.

ח. Ra-

η. Rarum, & solivagum, לֵרֹא 1 *Sam.* 18: 29. quod est pro לֵירֹא *ad timendum*, in *infin. kal*, citra exclusionem ullam. Usitatius quidem לִירֹא; sed ut *verba quiesc. prima Jod* in *fut. kal* æque per *Tzeri*, quam per *Chirek*, in *quietem* ire possunt: ita dubium esse nequit, quin in *infin. kal* complura talia extiterint. Ea *Anomala* gratis quis dixerit, quum *Analogiæ* rationem potius compleant, & rotundent. *Beth* & *Caph* idem juris & hic tenuerunt. Aliud adhuc *Tzeri*, ut & *Patach*, sub כלב oriundum ex *contractione* per *quietem*, cum אֱלֹהִים *Deus*, אֲדֹנָי *Dominus*, aliisque vocabulis, dabit *Reg.* LVIII.

Sectio VII.

De Verbo Perfecto.

CVII. Accedimus ad *tertium* e *partibus orationis*. *Verbum* dicitur; quod a *nomine* discernitur per *conjugandi* inflexiones. Subtilius *Verbum* definitur, *Vox flexilis cum adsignificatione temporis*, *personæ*, & *modi*. Crassiore Minerva dicas, *Verbum* esse, quo *actio*, *passio*, vel & *status intermedius*, signatur, cum *determinatione temporis*: ut פָּקַד *visitavit*. נִפְקַד *visitatus est*. יִפְקֹד *visitabit*. יִפָּקְדוּ *visitabuntur*. &c. &c.

CVIII. In *Verbo* distincte observanda *Tempora*, *Modi*, *Personæ*, *Genera*, *Numeri*, *Formæ conjugandi* cum *sua* sibi *significatione*, & *Mutationes literarum*, ac *vocalium*.

א. Minus rite Cl. *Alt.* ponit *quinque tempora*, *præteritum*, *participium*, *infinitivum*, *imperativum*, & *futurum*. Natura tantum *tria* admittit, *præteritum*, *præsens*, *futurum*: quin si subtilius inquiras, *præsens tempus* proprie dari non potest, quum *momentorum successio* illa rapidissima ex *futuro* mox *præteritum* efficiat, ita ut in *præsenti puncto* nihil stare queat. Sapienter ergo antiquissima orbis Lingua *præteritum* tantum, & *futurum*, in *verbis* agnoscit. *Participium* per se *tempus* nullum adfert, utpote *nomen adjectivum*. In *præsentis* tamen rationem venit adjectis *pronominibus*, ut apud *Latinos* etiam *visitans ego*, *tu*, *ille*. In *infinitivo* quoque nulla *certi temporis* adsignificatio; nisi aliunde definiatur. Denominatio ipsa id indicat. *Imperativus* æque ad *futurum* se porrigit, quam ad *præsens*, ac proinde *tempus imperativum* quomodo dici queat, non exputo. Quomodo *præt. imperfectum*, & *plus quam perfectum* apud *Hebræos* consignari potuerint, alibi indicandum.

ב. *Modorum* in *Gramm. Hebr.* parca mentio: in *Latina* obtinent *Indicativus*, *Imperativus*, *Subjunctivus*, *Infinitivus*, *Participialis*. Variatum hic, quin luxuriatum, a Veteribus, docebit *è mivo Voss.* de A. G. L. 5: 8. Is *tres* tantum *modos* admittit. *Indicativum*, *Imperativum*, *Subjunctivum*. Calculum huncce sequitur Cl. *Periz.* ad *Sanct. Min.* L. 1. 13. *Subjunctivus* tamen non adeo firmo nititur talo: saltem non idem habet juris, & antiquitatis, quod *Indicativus*, & *Imperativus*; quos solos Lingua *Hebræa* nobis exhibet: ita ut *Indicativus modus* in se contineat *præteriti* & *futuri* formas differentes: in *imperativo* autem unam tantum permittat. *Imperativo* destitui *passiva*, præter *Niphal*, non tradidissent *Grammatici*, si ad naturam omnium Linguarum attendissent potius, quam ad raritatem exemplorum in reliquiis Biblicis. Proferuntur tamen duo ex *Hophhal.* Dantur plura: *Passivis* proinde illis locus a nobis in *Paradigmate* concedetur. *Participium* in *Kal* duplex, *præsens*, & *præteritum* vulgo dictum; in reliquis *conjugationibus* unum tantum. *Infinitivus* omnibus conjugationibus duplex; alter *absolutus*, alter *constructus*. Redi ad *Reg.* LXXIV. unde discrimen percipietur. In Pahal duplex Erras iterum, ...

ג. *Personæ tres*, In *Paradigmate* initium fit a *tertia*, quia ea reliquis simplicior: nam פָּקַד פָּקֹד *inspicere*, in 3. *præt. kal* etiam notare possunt *inspexit*: quum 2. & 1. *adformantem* requirant. Confer *Reg.* XCV. Hæ *tres personæ* tantum in *præteritum* & *Futurum* cadunt. *Imperativi* vis in solam *secundam* fertur.

Participium & *Infinitivus* proprie sunt *Nomina*; ac proinde *personis* directe insigniri non debuere.

ז *Genus* triplex: *masculinum*, *femininum*, *commune*. In *Græca*, & *Latina*, *Lingua*, omnis terminatio est *Communis generis*; nam *Vir* & *mulier facit*: sed *Hebræi* 3. *femin.* a *masc.* distinguunt: atque *secundis* etiam *personis* discrimen addidere, ob rationes ad *Reg.* CXIV. & CXV. tangendas.

ח. *Numerus* geminus: *singularis* & *pluralis*. *Dualem*, qui in *Nominibus* & *Particulis* obtinet, *verbis* non addit Dialectus *Hebræa*, ut nec *Aramæa*; sive quod minus necessarium judicatum sit, sive quod non satis commode id fieri potuerit. Dialectus *Arabum* tamen *dualitatem* in verbis quoque observat. Ad *Reg.* CXV. distinctius quid submonebitur.

ט. *Conjugationes* ut in aliis *Linguis*, ita in *Hebræa*, diversimode recensent *Grammatici*. Nempe *quatuor* numerant multi, primam *Kal*, sive *Pahal*; cum passivo *Niphal*: secundam *Pihel*, cum pass. *Puhal*; tertiam *Hiphil*, cum pass. *Hophal*: quartam *Hitpahel*. Ita *Bertram*. *Buxtorf*. *Erpen*. Plures. Alii maluerunt *septem*, הִתְפַּעֵל, הָפְעַל, הִפְעִיל, פֻּעַל, פִּעֵל, נִפְעַל, פָּעַל. Cum his stat *Alting*. noster. R. *Dav. Kimchi* in *Michlol*, adjecta forma *Pohel* פּוֹעֵל, *octo* enumerat. Quidni *novem* potius? nam *passivum* ejus dat פּוֹעַל *Pohal*. *Pagnin*. L. 3. *Cap.* 3. pro *senario* contendit *numero*, ut *conjugatio prima* sit פָּעַל. *Secunda* נִפְעַל. *Tertia* פִּעֵל & פֻּעַל. *Quarta* הִפְעִיל & הָפְעַל. *Quinta* פּוֹעֵל. *Sexta* הִתְפַּעֵל, ad quam & הִתְפַּעֵל reduci debeat. Ibidem *Cap.* 4. *naturalem adferre* conatur *rationem*, qua vincat, *nec plures*, *nec pauciores*, statuendas. Leget eam, qui volet. Nobis demonstratio illa plane nulla. Digestio alias sic satis concinna, & commoda. Multæ tamen *formæ* supersunt, quas hinc divelli, res & ratio prohibent. Nempe פִּעְלֵל & פַּעְלֵל ex geminata *tertia radicali* oriundum; cum הִתְפַּעְלֵל. Item פְּעַלְעַל

פְּעַלְעַל ex geminatione *sec.* & *tert. rad.* existens. Adde per שׁ conformatum שִׁפְעֵל vel שַׁפְעֵל, cum שֻׁפְעַל, & הִתְשַׁפְעֵל, pro quo mox הִשְׁתַּפְעֵל. His idem jus comparatum, quod superioribus; ac proinde apparet *Defectus*, quo *Grammatica Hebraea* laborat, nimis angustum præbens conspectum *conjugationum*, vel potius *specierum*, secundum quas *Primigenium Thema* potest variari, ad vim *frequentativam*, *intensivam*, *effectivam*, *declarativam*, *reciprocam*, *inchoativam*, *imitativam*, *meditativam*, *desiderativam* &c. &c. *nota* quadam peculiari, & *characteristica*, designandam. Ut hoc penitius intelligatur, ante oculos sibi proponat quisque *species* verborum apud *Latinos*: ea enim facula quicquid hic obscurum facile discutiet. Habent illi I. formas *frequentativas*, ut *dicto* & *dictito*, a *dico*, *dictum*. *Gesto* & *gestito*, a *gero*, *gestum* &c. *Prenso* & *Prensito* a *Prendo*, *Prensum* &c. II. *intensivas*, ut *facesso* a *facio*. *Lacesso* a *lacio*. *Capesso* a *capio*. *Cesso* a *cedo*. *Incesso* ab *incedo*. *Petisso*. *appetisso*. *incipisso* &c. Item *vexo* a *veho*, *vexum*, pro *vectum*. *Taxo* a *taxum*, pro *tactum*, cujus vetus Thema *tago*. &c. III. *Inchoativas*, ut *calesco*. *ardesco*. *splendesco*. *tremisco*. *obdormisco*. *integrasco*. &c. Summ. *Vossius continuativas* eas appellat; alii *augmentativas*. IV. *Desiderativas*, vel *Meditativas*, ut *esurio*, *dormiturio* &c. V. *imitativas*; ut *patrisso*. *Atticisso* &c. VI. *Frequentativas* cum *Diminutione*; ut *Cantillo*: *Sorbillo*: *Conscribillo*. VII. *Imitativas* cum *Diminutione*; ut *albico*: *candico*: *nigrico*. VIII. Alias adhuc accessiones *derivativas*, varia potestate, ut *farcino*, *suffarcino*, a *farcio*. *Sarcino* a *sarcio*. *Lurcinor* a *lurcor*. Item *ustulo*, ab *uro ustum*: *pastulo* a *pasco pastum*, pro *pascitum*: & productius adhuc, *pensiculo*, a *pendo pensum*. *Missiculo* a *mitto missum*. Qui omnes hasce *species verborum* in totidem *conjugationes* converteret, minus ele, ac perite, facere censeretur: vel ad *primam*, enim, vel ad *tertiam* cunctæ redeunt: *una* tantum ad *quartam*. Fateor *conjugationem* cum *Varrone* dici posse omnem *formationem*; sed jam id nominis aliam notionem adscivit ex constanti usu *Grammaticorum*: ac proinde qui vel *quatuor*, vel *septem*, *conjugationes* fuisse *Hebræis*, tradunt, non aliud utique intendisse potuere, quam quod ex *Grammatica Latina* omnibus, a teneris, insinuatum. Hinc præjudicatæ opiniones exortæ: & sunt qui nescio quid peregrinum, corruptumve, sibi fingunt, quando audiunt in *Dialectis Orientalibus* plures dari

conjugationes: atque apud *Arabes* ad *tredecim* uſque eaſdem multiplicari. Atqui hæ nil aliud, quam *formationes derivativæ*, quæ totidem *ſpecies* conſtituunt, ſecundum quas *ſignificationes* verborum hoc vel illo modo variari queant. Has *modificationes*, ut ſic dicam, primigeniæ formæ, *numerum ſeptenarium* exceſſiſſe apud *Hebræos*, nemo in dubium vocaverit. Certe *Abraham Balmeſ.* fuiſſe notat e Veteribus *Rabbinis*, qui *undecim* בִּנְיָנִים *ædificationes*, i. e. *conjugationes*, percenſuerint. Potuiſſent vel ad *Octodecim* progredi: nam in eorum calculo non comparent *formæ* הִתְפַּעֲלֵל, פֻּעֲלַל, פְּעַלַל: nec הִתְשַׁפְעֵל, שְׁפָעֵל, שַׁפְעֵל: ut nec פְּעַלְעַל. Hunc tamen computum neutiquam noſtrum facimus: quin omnia hæcce aliter digerenda, quam hactenus factitatum.

7. Præſtruendum aliquid e *Latino* fonte. *Tres conjugationes* poſuere *Comminianus*, *Diomedes*, & *Donatus:* ut *primæ* eſſent quæ in 2. *præſ. indic.* facerent *as*; velut *amas* &c. *Secundæ* quæ *es*, velut *doces: tertiæ* quæ *is*, partim correpte, velut *legis*; partim producte, velut *audis*. Ex hoc diſcrimine moduli *Chariſius* & *Priſcianus*, *quatuor* induxerunt *conjugationes*; quæ nunc ubique obtinent; *Characteriſtica* a plerisque poſita penultima *infinitivi*, *amare*, *docere*, *legere*, *audire*. Ad hanc rationem ſi *conjugationes Hebraicas* conſtituere velimus, ſummum *tres* exiſtent pro *triplici terminali puncto*, *Patach*, *Tzeri*, *Cholem*, in *Infinitivis*, ac *Præteritis*, fere occurrente. Ita dicitur פָּקֹד, פָּקֵד, פָּקַד *inſpicere* & *inſpexit.* הִפָּקֹד, הִפָּקֵד, הִפָּקַד *inſpici.* פַּקֹּד, פַּקֵּד, פַּקַּד, *inſpectare:* פֻּקֹּד, פֻּקֵּד, פֻּקַּד *inſpectari* &c. &c. ut *quarta conj.* addatur propter הִפְקִיד nulla cauſa eſt; nam iſtud *Chirek longum* pro *Tzeri* venit: & *mutabilis* eſt *conditionis.* Progredior ulterius, & ajo cum Cl. *Danzio*, *ſtricte loquendo conjugationem non niſi unicam eſſe.* Grande paradoxum! & tamen nil verius; nam *diverſitas* iſta *puncti terminalis* nullam certam *formam* infert; multo minus *Characteriſticam* figit *diverſæ conjugationis.* Id alias latius, ſi opus fuerit, adſtruam: nunc fundamentum hoc pro *Hebræa* non ſolum, ſed & pro *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*, *Lingua*, poſuiſſe contentus ero: omnium enim *Dialectorum* hic una eademque fuit indoles, ut omnes ab una ſtirpe ſuccreverunt.

ח.

ח. Non optimo consilio, & delectu, primi Hebræorum *Grammatici* pro *Paradigmate* sumsere verbum פָּעַל *fecit:* quippe quod propter mediam *Gutturalem* nescio quam turbelam, & confusionem, induxit. Certe in geminum incurritur vitium, quum *Kal* sive *Paăl*, *Niphal*, *Pihel*, *Pyhal*, *Hiphil*, *Hophal*, *Hitpahel*, scribitur, & fere cum accentu ad penultimam pronunciatur, a Doctis juxta, indoctisque. *Kal* קַל dicta prima forma, a קָלַל *levis fuit*, q. d. *levem*, *simplicem*, nulla *nota characteristica* auctam, & *gravatam* quasi. Reliquas כָּבֵד *gravis* nomine insigniunt. Vel hinc agnoscas non esse totidem *conjugationes*, sed *species verborum*. Prima alias *Paăl*, melius *Pahal*, vocitatur, a sono, quem reddit *Paradigmaticum* illud vetus פָּעַל *fecit*. Hinc נ præposito in *secunda forma*, נִפְעַל *Niphhal*: atque ita porro. Vides tamen sponte, multo commodius *Paradigma* præbiturum fuisse פָּקַד *Pakád*, *inspexit*; vel aliud quodcumque *Verbum perfectum*; nulla gutturali præpeditum. Hoc si obtinuisset, jam recto talo starent *Niph-kádh*; *Pik-kédh*; *Puk-kádh*; *Hiph-kîdh*, *Hoph-kádh*; *Hithpak-kédh*; atque neminem in *Syllabarum* ratione nutare paterentur. Si quis interim veteres *appellationes* retinere velit, eas sic reformet, ut perpetuo *Niph-hál*, *Pih-hêl*, *Pyh-hál*, *Hiph-hîl*, *Hoph-hál*, *Hithpah-hêl* exaret. Satius est *Gutturalem* contra regulam duplicari, quam *notam characteristicam formationis* intercipi, & extingui. Ab eodem *Themate* פָּעַל invaluit ut *participium passivum* vocetur *Pahûl* פָּעוּל, non tantum in *Kal*, sed & in *Niph-hal*, *Pyh-hal*, & *Hoph-hal*. Inepte: ut nec valde aptum, lucidumque, quod ab eodem *Paradigmate* ansa arrepta, *Phe* usurpent pro *prima* radicali, *Ain* pro *secunda*; & *Lamedh* pro *tertia*. Inde mostella hæcce locutionum, *Verba quiescentia Phe*, *Ain*, & *Lamedh*, pro *prima*, *secunda*, & *tertia radicali:* quæ *Rabbinicæ Scholæ* lubenter relinquimus.

ט. Accedimus ad *Species Verborum*, sub unam omnes *conju-*

gationem, ex sententia nostra, redigendas. Hic autem vel crassius, & populari via; vel subtilius, & erudita ratione, procedere licet.

Prior Catalogus hic esto.

1	*Kal*, sive *Pahal*,	פָּעַל	*fecit.*
2	*Niphhal*	נִפְעַל	*factus est.*
3	*Pihhel Dagess.*	פִּעֵל	*factavit.*
4	*Pyhhal Dagess.*	פֻּעַל	*factatus est.*
5	*Hiph-hil*	הִפְעִיל	*facere fecit.*
6	*Hoph-hal.*	הָפְעַל	*facere factus est.*
7	*Hithpahhel Dagess.*	הִתְפַּעֵל	*factitavit reciproce.*
8	*Hothpahhal Dagess.*	הָתְפַּעַל	*factitatus est, reciproce.*
9	*Pohel*	פּוֹעֵל	*factavit alteri.*
10	*Pohal*	פּוֹעַל	*passivum ejusdem.*
11	*Hithpohel*	הִתְפּוֹעֵל	*factavit alter alteri.*
12	*Pehal-hal*	פְּעַלְעַל	*identidem factitavit.*
13	*Pih-lal.*	פִּעְלֵל	*fecit, cum habitu.*
14	*Pyhlal*	פֻּעְלַל	*factus est, cum habitu.*
15	*Hithpah-lel*	הִתְפַּעְלֵל	*factitavit, cum habitu.*
16	*Schaph-hel*	שַׁפְעֵל	*sane fecit.*
17	*Schoph-hal*	שֻׁפְעַל	*sane factus est.*
18	*Hith-schaph-hel* vel *Hisch-taph-hel*	הִתְשַׁפְעֵל הִשְׁתַּפְעֵל	*Cupivit ut faceret alter.*

Sunt

Sunt aliæ adhuc formæ, *Pebolbal* פְּעוֹעַל ex פְּעַלְעַל, quæ *Arabibus* אִפְעַוְעַל XII. *flexio*: & פְּעַוֵּל *Pebauwal*, quæ iisdem אִפְעַוֵּל XIII. Item *Nepobal* נְפוֹעַל juxta *Balmesium*; & נִפַּעֵל *Nippabbel*. Item *Tiph-bel* תִּפְעֵל, ut תִּרְגַּל apud *Hoseam*: & *Tepaabel* תְּפַעֵל, omisso *He*. His tamen, aliisque, jam locum non fecimus, partim quod commode subordinari possint: ut פְּעוֹעַל sub פְּעַלְעַל; partim quod non omnium jura æque liquida sint. Alteri ergo curæ hæc reponere liceat.

Alter Catalogus hicce

1	*Pabal*	cum passivo	*Niph-hal.*
2	*Pibbel*	cum pass.	*Pybbal.*
3	*Pobel*	cum pass.	*Pobal.*
4	*Hiph-bîl*	cum pass.	*Hoph-bal.*
5	*Hithpabbel*	cum pass.	*Hothpabbal.*
6	*Hithpobel.*		
7	*Pebalbal.*		
8	*Pib-lel*	cum pass.	*Pyblal.*
9	*Hithpablel.*		
10	*Schaph-bel*	cum pass.	*Schoph-bal.*
11	*Hisch-taph-bel.*		

†. Distinctius cujusque *speciem*, *characterem*, & *significationem*, perstrinxisse, juvabit.

I. *Kal*, sive *Pabál*, פָּעַל *fecit*, constat *tribus Radicalibus*, quarum prima *Kametz* habet; *secunda* ordinarie *Patach*; non raro tamen *Tzeri*; aliquando & *Cholem*: ut existat *Pabêl*, & *Pabôl*. Appellatio קַל *levis*, indicat *simplicem* tam *formam*, tum *significationem*. Ea vel *transitiva*, ut פָּקַד *inspexit*, שָׁבַר *fregit*: vel *intransitiva*, ut שָׂמַח *lætus fuit*, proprie *enodis fuit*. צָמַח *micuit*,

cuit, *germinavit*, Poteſtas *neutralis* fere obtinet, quum *ſecunda* habet *Tzeri*; ut חָמֵץ *fermentuit*. חָפֵץ *voluit*. Attamen & *tranſitiva vis* in his nonnunquam ſervata, ut אָהַב & אָהֵב *amavit*. Quæ in *Cholem* exeunt ſemper *intranſitiva*; יָגֹר *timuit*. קָטֹן *parvus fuit*.

II. *Niph-hal* נִפְעַל formatur præpoſito *Nun*. Hoc cum *prima radicali* in unam ſyllabam coaleſcit, in *præt*. & *part*. ubi eapropter *Kametz* perit. At in *Infinitivo*, qui מָקוֹר *fons*, manet *Kametz*, præmiſſo הִנָ ut exiſtat הִנָּפֵעַל, הִנָּפְעַל, הִנָּפְעֵל, *fieri*. Aliquando tamen & נִפְעַל ibi conformatum; ut difficile ſit finire, quænam facies antiquiſſima ſit. De eo alibi. *Significatio* eſt *paſſiva*, quæ non præcedenti tantum *kal*, ſed & aliis conjugationibus nonnunquam, reſpondere dicitur. Alii exiſtimant *formam* hanc per ſe efficere *conjugationem*, quæ *mediam* quandam *poteſtatem* geſſerit, nunc *active*, nunc *paſſive*, nunc *reciproce*, venientem. Pro *activa neutrali* adducitur נִשְׁבַּע *juravit*, נִלְחַם *pugnavit*, &c. Sed prius valet *jusjurandum adactus fuit ſeptem victimis*. Poſterius *conſertus fuit cum alio*. Vis *reciproca* a *Latinis* quoque, ſuis *paſſivis* ſæpe addita: ut *cuſtodiri* apud *Cicer*. pro *ſeſe cuſtodire*. Ad eam ergo rationem poſſet & נִשְׁמַר *cuſtoditus eſt*, vel *ab alio*, vel *a ſeſe*. נִפְקַד *inſpectus eſt* tum *paſſive*, tum *reciproce*. Si *Kal* ſit *neutrale*, geminatur *paſſio*, ut נִשְׂמַח *lætus factus eſt*, vel *ad lætitiam actus eſt*. אָמֵן *firmus fuit*, נֶאֱמַן *firmus factus fuit*. Hæc ipſa tamen arguunt non eſſe *paſſivum* S *Kal*: ſed ejus tum *formam*, tum *vim*, per ſe ſtare. Interim mori recepto indulgendum; & incipientium memoriæ ſerviendum cenſui, vulgari ordine retento.

III. *Pih-hél* פִּעֵל *factavit*, pro *charactere* habet *Dagesh forte* in *media radicali*, cum *Chirek*, nonnunquam *Patach*, & *Segol*, ad *primam*, &

& *Tzeri*, vel *Patach*, ad *secundam*. Sic in *præt.* existit & פַּעַל, *Pah-bâl*, nec non פֶּעַל *Pebbêl*, vel *Pebbâl*. In *præt.* *Chirek* tamen frequentius: extra *præt.* *Patach* fere obtinet. *Significatio* cum *duplicata media* quasi *duplicatur*, quæ 1. adfert *intensionem simplicis Kal*; tum *transitive*, ut פִּקֵּד *inspectavit*; tum *intransitive*, ut שִׂמֵּחַ *valde lætatus est*. צִמֵּחַ *valde micuit*; *germinavitque*. 2. *effectionem*, ut שִׂמֵּחַ iterum *lætificavit*. צִמֵּחַ *germinare fecit*. In *neutralibus* hæc *vis effectrix* potissimum se exerit. *Transitiva* tamen eandem nonnunquam admittunt, ac proinde פַּעֵל etiam valet *factare fecit*, & פִּקֵּד *inspectare fecit*. De aliis usibus hujus *speciei* alias.

IV. *Pybbal* פֻּעַל *factatus est*, haud dubie est *passivum* præcedentis. Ejus *character* est *Dagessata media* cum *Kibbutz*, vel *Kametz-Chatuph*, ad *primam*, & *Patach* ad *secundam radicalem*; ac proinde *Pob-bal* etiam appellari posset.

V. *Pôbêl* פּוֹעֵל *factavit invicem*, male vulgo confusum cum *Pib-bel*, quum & *Character*, & *significatio*, differant. Apud *Arabes* non solum, quibus فَاعَلَ, sed & *Aramæos*, crebra hæc forma, quæ per *Vaw quiescens* & *mobile* efferri potest, ut שׁוֹתֵף & שְׁוֹתֵף *communicavit*. Dilucet *character*, qui est *Vaw quiescens* in *Cholem insertum post primam radicalem*, cum *terminali Tzeri*. Talia sunt יוֹדֵעַ *notificavit*. שׁוֹפֵט *judicavit*. שׁוֹרֵשׁ *Radicavit*. זוֹרֵם *exundavit*. &c. &c.

VI. Ejus *passivum Pôbal* פּוֹעַל *factatus est invicem*, per se jam satis claret.

VII. *Hiph-bil* הִפְעִיל *facere fecit*, formatur per *He* cum *prima radicali* in unam syllabam coiens per *Chirek*, vel *Segol*; in

praet. extra illud per *Patach*. Terminale punctum est fere *Tzeri* & *Chirek longum*. Respondet *speciei* verborum *effectivae* apud *Graecos*, in *αινω* & *υνω* exeunti, ut *ψυχραίνω reddo ψυχρὸν frigidum: frigefacio. μεγαλύνω magnifico.* Ita הִפְקִיד *inspicere fecit.* הִשְׂמִיחַ *laetificavit.* Nunquam potest esse *Activa simplex*, nam הֶעֱמִיד *constituit*, est *stare fecit*, a עָמַד *stetit* הִשְׁלִיךְ *jecit*, *projecit*, est, *fecit porrigi*, vel *recta pergere fecit*. Non etiam *Neutralis*, nam הֶאְדִּים *rubuit*, est *semet rubrum fecit.* הִקְשִׁיב *auscultavit*, est *purificavit aurem*, per *ellips.* vocabuli אֹזֶן &c. &c. Haec ad *syntaxeos* ditionem pertinent.

VIII. Ejus *passivum Hoph-hal* הָפְעַל *facere factus est*, habet *Characterem* הָ, per *Kametz-Chatuph* vel *Kibbutz* connexum cum prima radicali, terminali puncto *Patach* adhibito. Ergo *Huph-hal* dici aeque posset. Observandum, vel *unam*, vel *geminam* recipere *passionem*: nam הָפְקַד sonat partim *inspicere factus est*, partim *inspici factus est*.

IX. *Hith-pah-hel*, הִתְפַּעֵל *factitavit*, a *Pihhel*, & *Pah-hel*, propagatum est, geminata *intensione*, vel potius *frequentia* ad *intensionem* accedente. *Nota Characteristica* est *geminatio mediae*, qua *intensio*; & *praemissio syllabae* הִת, qua *frequentia* signatur. Terminale punctum est *Tzeri*, vel *Patach*. Sic הִתְפַּקֵּד *inspectitavit*, hic demum recte per *visitavit* exprimitur. Multam exerit significandi virtutem: nam 1. *reciproce* venire amat; ut הִתְקַדֵּשׁ *semet sanctificavit*. 2. Prona est haec forma ad *jactationem*; ut הִתְעַשֵּׁר *divitem se jactavit*; proprie *divitem se fecit*. Omnia jam exequi non licet: sed 3. omitti nequit vis *passiva* ex *Dial. Aramaea*; secundum quam הִתְפַּקֵּד etiam verti potest, *visitatus est*.

X. Ejus *passivum Hothpah-hal* הָתְפַּעַל, vel *Huth-pahhal*, ad-

me-

modum potens, significat enim *passionem ab alio provocatam in se ipsum*. Exemplo res clarior fiat. הִכַּבֵּס Lev. 13: 56. *Lavandum sisti a semet*: pro הִתְכַּבֵּס: nam הִתְכַּבֵּס est *semet lavandum sistere*, & *semet lavare*. Scribitur & הָתְפָּקְדוּ Num. 2: 33. *visitandum sisti a sese*: nam & פֻּקַּד pro פָּקַד pronunciatum: nisi & hæc forte diversa adhuc sit *species*; quam tamen Catalogo nostro non inseruimus.

XI. *Hith-pôhel* הִתְפּוֹעֵל *factavit invicem*, suo jam charactere satis lucet. *Significationes* ejus diversas quoque nunc persequi haud vacat. Et hinc *Hothpôhal* ductum, simile vero.

XII. *Pehalhal* geminata *sec. & tert. rad.* פְּעַלְעַל, *gradum*, ut sic dicam, *superlationis* infert in suum *Thema*. Ita חֲמַרְמַר est *supra modum turbulentus fuit*. חֲלַקְלַק *supra modum glaber fuit*. Talia tum in reliquiis Biblicis, tum in Dialectis, ἀνὰ νοῦν. Hic autem subordinamus פְּעוֹעֵל vel פְּעַרְעַל; quin & פְּעַעַל, quæ supra attigi.

XIII. *Pih-lel* duplicata *ultima rad.* פְּעֲלַל; infert *habitum faciendi*: nisi quod potissimum applicetur *neutralibus*. Ita a שָׂעַר *horruit*, exstitit שַׂעֲרֵר & propter *Guttur.* שַׂעֲרֵר *Reg.* LIII. *num.* IV. unde שַׂעֲרוּרָה *cohorrescentia*. Seges talium; præsertim si huic *speciei* restituas densam, quam fudit, sobolem, quæ *Dagesh forte* in tertiam insertant; ut גְּמַלִּים *cameli*, pro גְּמַלְלִים &c. אֲדֻמִּים *rubri*, pro אֲדֻמְמִים &c.

XIV. *Pyhlal* פֻּעֲלַל *passivum* ejus, nil habet quod scrupulum movere queat; nisi forte, quod *neutralia* illud vix admittant. Id nos usque quaque verum: unde & IX. *conjug. Arabum* nonnunquam *passive* inflexa.

XV. *Hith-pah-lel* הִתְפַּעְלֵל, & hic *frequentiam* adfert cum *habitu* conjungendam. Hinc הִשְׁתַּחֲוָה *semet identidem curvavit*; vel *identidem curvatus fuit. Adoravit*. Est a שָׁחָה pro שָׁחַו: unde שְׁחַוְו, הִתְשַׁחֲוָו & per *quietem* ultimi *Vaw* הִתְשַׁחֲוָה: per transpositionem הִשְׁתַּחֲוָה &c. &c.

XVI. *Schaph-hel* שַׁפְעֵל conformatum præmisso illo שׁ *servili*, cujus mentionem feci ad *Reg*. LXVI. p. 163. Est crebrum in *Dial. Chald.* & *Syr.* ubi ex לְהַב *flagravit* existit שַׁלְהֵב, *inflammatus arsit*. De *Origine* & *vi* istius *præformativæ* alibi inquirendum. Hinc שַׁלְהֶבֶת *flagrantia flammatissima*. Talia sunt apud *Aramæos* שַׁמְלִי *complevit cumulate*, a מְלָא *implevit*. שַׁחְלֵף *commutavit*, a חְלַף &c.

XVII. Ejus *passivum Schuph-hal* שֻׁפְעַל, vel שָׁפְעַל *Schoph-hal*, non est quod nos moretur.

XVIII. Agmen claudat *Hith-schaph-hal* הִתְשַׁפְעַל, vel potius, propter transpositionem hic ferme perpetuam, *Hisch taph-hal* הִשְׁתַּפְעַל. Adfert *vim desiderativam*, *postulativam*, aliasque virtutes, quas *Arabes* servant sub suo استفعل אִשְׁתַּפְעַל *petiit ut faceret*, item *confessus est se fecisse*, & alia, alibi deducenda.

Apparet, si, quod par, non divellamus quæ Natura conjunxit, & *passivas formas* sub *activis* ordinemus, minimum *undecim* emergere *conjugationes*, vel potius *species verborum* ad *unam conjugationem* euntium. Hoc, ni me omnia fallunt, & *simplicitatem* arguit *Naturæ*, & mirificam ejusdem *ubertatem*: quam ad lucem, opemque, *Dialectorum* recuperare gestit *Lingua Hebræa*, ut nativa ejus pulchritudo, & opulentia, multimodis obscurata, denuo enitescat.

Reg

Paradoxum quid, & novum, secutus videbor, quum pro *una sola conjugatione* contendo. Est vetus. Certe *Moses Kimchius* eandem nobiscum sententiam fovere debuit, quum *Octo* concepit *Conjugationes*, sic digestas.

I. *Verborum purorum* i. e. *perfectorum*, ut נִפְקַד, פָּקַד, פִּקֵּד &c.

II. *Verborum primâ Nun*, ut נָתַן, נִתַּן &c. &c.

III. *Verborum prima Jod*, ut יָלַד, נוֹלַד &c.

IV. *Verborum concavorum* i. e. *media Vaw*, vel *Jod*, ut קוּם נָקוֹם &c.

V. *Desinentium* in *He*, vel *Aleph* ut גָּלָה &c. &c.

VI. *Geminantium* 2. & 3. *radicalem*, quæ vocamus *Defectiva med.* ut סָבַב &c.

VII. *Verborum quæ a Nun* vel *Jod incipiunt*, & *in He desinunt*, ut נָכָה, יָגָה &c.

VIII. *Verborum quadriliterorum*, sive eorum quæ *pluribus* constant *literis*, ut כִּרְבֵּל &c. &c.

Hæc, ut quivis cernit, operosa & confusa valde. Majores adhuc turbas dedit *Spinos.* itidem *octo conjugationes* delineans; quibus supra numerum accedant adhuc *defectivorum species non una*, nec non *verba deponentia*, & *quadrata*. Ad I. *conjug.* reducit *verba ordinaria*, sive *perfecta*, per omnes formas. Ad II. *Desinentia* in *Aleph*. Ad III. *Exeuntia* in *He*. Ad IV. *Finita* in ח, ע, vel ר. &c. &c. Vid. *Comp. Gram.* p. 59. Reliqua non persequar, quod satis jam diluceat, quid captaverit, qui cornicum oculos sibi confixisse visus. Nos *verba imperfecta*, sive per *Defectum*, sive per *Quietem*, *primæ*, *secundæ*, *tertiæ radicalis*, non efficere *diversas conjugationes*, infra adstruemus.

CIX. Ad *specierum* distinctionem multiplex *mutatio literarum*, ac *punctorum* præcipue, adhibenda fuit. *Conjugatio* ipsa quoque pro *modis*, *temporibus*, *per-*

ſonis, *generibus*, *numeris*, multam *varietatem* poſtulavit.

CX. *Verbum perfectum ſimplex*, quod in *ſpecies* propoſitas ſe variandum præbet, in 3. *præt. kal*, ejuſdemque *infinitivo*, qui מקור *Fons*, conſtat *literis radicalibus tribus* tantum, iiſdemque *mobilibus*, & *præſentibus*; cum *Kametz* ad *primam*; itemque *Patach*, *Tzeri*, *Cholem*, ad *ſecundam*; ita ut *tertia* habeat *Scheva quieſcens*; & *accentus* adhæreat *ultimæ vocali*. פָּקַד, *luſtravit*; *inſpexit*. יָלַד & יָלֵד *genuit*. קָצֵר *parvus fuit*. יָכֹל *capax fuit*.

CXI. Ad *ſpecies* verborum, eorumque *conjugandi* rationem, *Literæ* quædam *ſerviles* adhibitæ, quæ *præformantium*, & *afformantium*, nomine venire ſolent; a *præfixis*, & *adfixis*, rite diſtinguendæ.

CXII. *Præformantes*, ſunt *literæ Characteriſticæ* ab *initio* varie accedentes, quæ vel *ſpeciem verbi*, vulgo *diverſam conjugationem*, vel *Modum*, vel *Tempus*, vel *perſonas*, *genera*, *numeros*, conſignent. Has quatuor *claſſes* diſtincte perſequar; & cujuſque vim, ac legem, in clara luce locare conabor.

א. Prima *Claſſis* complectitur *præformativas ſpecierum*, quæ ſunt נ, ſive הִנ pro *Niphal*. ה pro *Hiph-hil* & *Hoph-hal*. הִת pro *Hithpahel*, reliquiſque iſta acceſſione auctis. שׁ pro *Schaph-hel*, ejuſdemque *paſſivo*, & *frequentativo*.

1. Si נ accedat, cum *prima radicali* coit in unam ſyllabam per *Chirek breve*, *Kametz* ejuſdem abjecto. Ita פָּעַל fit נִפְעַל &c

Pri-

Prima si gutturalis fuerit, *Segol* adhibetur; ut נֶהְפַּךְ *conversus est.* Nonnunquam & *Patach*; ut נַהְפַּךְ; unde porro ex *Reg.* LIII. ortum נֶהְפָּךְ & נַהְפָּךְ. pro eo נֶהְפּוֹךְ extat *Est.* 9: 1. cum semminali *Cholem*: ut נַחְתּוֹם *obsignatum fuit*, *Est.* 8: 8. & נֶעְתּוֹר *exoratus fuit*, 1 *Chron.* 5: 20. Hæc formatio in *præt.* & *partic.* obtinet. *Infinit.* eandem nonnunquam retinet, ut נִלְחֹם *conseri in prælium*, *Jud.* 11: 25. item נִגְלֹה *revelari*, נִדְמֹה *exscindi.* נִשְׁאֹל *rogari.* נִשְׁלֹחַ *mitti.* &c. *Imperativus* item, ut נִלְוּ *circumplicemini*, *Jer.* 50: 5. secundum quosdam. Hisce tamen integra syllaba הִנְ præmittitur ut plurimum, manente *Kametz primæ radicalis*; ut fiat הִנְפָּעֵל, unde eliso *Nun*, & compensato per *Dagesh forte* in *prima*, mollius הִפָּעֵל exortum. Existimo quoque istud הִנְ in *futuro* obtinuisse, absorptum tamen per *Literas* איתן: ut יִפָּעֵל sit pro יְהִפָּעֵל, ex יְהִנְפָּעֵל. Pro הִנְ *Arabes* sonant אִנְ, unde אִדָּרֵשׁ *requiri*, pro אִנְדָּרֵשׁ *Esech.* 14: 3. Si prima sit *gutturalis*, vel *Resch*, productio fit e *Chirek* in *Tzeri*: ut הֵאָכֵל *comedi.* יֵרָאֶה *conspicietur.* Paucula habent *Segol*; ut אֶעָנֶה *exaudiar*, *Job.* 19: 7. Id ex אֶנְעָנֶה conformatum, citra compensationem. Consimiliter & הֵעָשׂוֹתוֹ *confieri illud*, pro הֵעָשׂוֹתוֹ *Esech.* 43: 18. Inde colligere est, pro הִנְ ex *Dialecto* dictum הֵנְ, quæ mutatio *Syris* protrita. Similiter יֵחָלֵק *dispartitus est*, 1 *Chron.* 24: 3. Nulla in his *Anomalia.*

2. Circa *He* in *Hiphhil* & *Hophhal* item teneatur, id cum *prima radicali* coalescere in unam syllabam. Et quidem in *Activa* forma

ma per *Chirek breve*, *Segol*, *Patach*: in *passiva* per *Kametzchatuph* vel *Kibbutz*.

In *præterito Hipphil* ordinarie quidem ה habet *Chirek*, ut הִפְעִיל; הִפְקִיד. Non raro tamen *Segol*, ut הֶרְאָה *videre fecit*; הֶגְלָה *captivum duxit*. הֶכְלִים *ignominia adfecit*: 1 *Sam*. 25: 7. Præsertim *Segol* obtinet, quum prima est *Gutturalis*, ut הֶעְלִים *obsignatum fecit*. Inde *Chateph-Segol* pro *simplici* invaluit etiam: ut הֶעֱבִיר & הֶעֱבִיר *transire fecit*. הֶעֱלָה & הֶעְלָה *adscendere fecit*: pro quo & הֶעֱלָה extat *Hab*. 1: 15. & הֶעֱבַרְתָּ *transire fecisti*. *Jos*. 7: 7. Etiam *Patach* ex *Dial*. *Aram*. hic admissum, quod traxit *Chateph-Patach* sub *prima radicali*: ut הַאֲזִין *auscultavit*. Ex eadem *Dial*. pro *He* etiam א adhibitum: ut אֶגְאַלְתִּי *contaminavit*, *Esaj*. 63: 3. הֶאֶזְנִיחוּ *Esaj*. 19: 6. dicitur habere *Præformantem Hebr*. & *Aram*. simul. *Spin*. p. 89. facit *Hoph-hal*. Imperite. Nobis prius *He* est *Emphaticum*; ex *Reg*. CIV. reddendum per *ecce*, vel *sane*: posterius est *Characteristicum Hiphhil*, atque pro הֶהֶזְנִיחוּ commodius multo & elegantius elatum הֶאֶזְנִיחוּ, *Ecce semet subduxere fluvii*. Extra *præteritum* adhibetur *Patach*, ut הַשְׁמִיעַ *audire facere*, & per א *Jer*. 25: 3. אַשְׁכֵּים *mane surgere*. מַשְׁמִיעַ *audire faciens*. יַשְׁמִיעַ *audire faciet*. Attamen & *Chirek* non raro in his mansit; ut & *Segol*; ut מַרְשַׁעַת *inquietans*, 2 *Chron*. 24: 7. הִדְרִיךְ *calcare*. הֶחֱזִיק *capere*. הֶעְמִיקוּ *profundum facite*, *Jer*. 49: 8.

In *Hophal* ubique æquum jus habent *Kametz-Chatuph*, & *Kibbutz*, ut הָשְׁכַּב & הֻשְׁכַּב *procumbere factus est*. &c. Si prima sit *gutturalis* pro הָעְלָה vel הֻעְלָה existit הָעֳלָה *Reg*. LIII. not.

Sec. 3. pro eo הֶעֱלָה *Jud.* 6: 28. & *Nah.* 2: 8. occurrit: de quo alibi dispiciendum: ut & de הָעֱלָה pro הֶעֱלָה sub *Hiphhîl* adducto.

3. Præformantes הת per se *syllabam* constituunt, in *Hithpahhel*, aliisque, enunciatam per *Chirek*; הִת; pro quo *Chaldæi* & *Arabes* dant את; *Syri* אֶת; ad quam rationem אֶתְחַבַּר *consociavit se*, pro הִתְחַבֵּר 2 *Chron.* 20: 35. אֶשְׁתּוֹלַל *in prædam concessit*, *Ps.* 76: 6.

Triplex Canon hic tenendus. I. *Characteristicam* ת transponi cum *prima Radicali*, si ea sit e *sibilantibus* זסצשש: ut הִסְתַּתֵּר *abscondidit se*. הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*. הִשְׁתַּכֵּר *elocavit se* &c. Neglecta transpositio in הִתְשׁוֹטֵטְ *Jer.* 49: 3. ne tria *t* in *Hishtotet* convenirent. II. ת transpositum insuper mutari in ד, si prima fuerit ז, invitante scil. sono *ds*, qui sub elemento isto residet. Sic הִזְדַּכֵּר *Hids-daccer*, pro הִזְתַּכֵּר, *Hids-taccer*, ob suavitatem. At si *prima* צ, pro ת ponitur ט; ut הִצְטַדֵּק *justificavit semet*, pro הִצְתַּדֵּק. III. Idem ת in *primam radicalem* per *Dagesh forte* sæpissime inseri ad molliorem pronunciationem. Ita הִצַּדֵּק quoque olim elatum; & הִזַּכֵּר; eadem ratione qua הִזַּכָּה *purgavit sese*. *Esaj.* 1: 16. הִכַּסָּה *texit sese*, *Prov.* 26: 26. הִשּׁוֹמֵם pro הִתְשׁוֹמֵם, quod alias הִשְׁתּוֹמֵם *Eccl.* 7: 19. Nullus dubitaverim, quin cum omnibus *literis* id fieri potuerit. Lingua tamen in hanc elisionem pronior cum his, quam cum illis. דטת proximum in eam jus exercent. Dicitur ergo הִדַּבֵּר pro הִתְדַּבֵּר *Elocutus est*; nec tamen posterius vitiosum; nam & מִתְדַּפֵּק *pulsitans*, prostat *Jud.* 19: 22. Item הִטַּהֵר *mundavit*

se, compendiose, pro הִתַּמָּם הִתְמַהֵר *integrum se præbuit*, pro הִתְתַּמָּם. Quum prima est נ, etiam proclivis huc descensus. Sic ortum הִנַּבֵּא pro הִתְנַבֵּא *Prophetam egit*, & alia ejusdem naturæ. *Passivum* הָת *Hoth*, vel הֻת *Huth*, iisdem legibus subjacuisse, non est quod ambigamus.

4 *Præformans* שׁ ex אֲשֶׁר esse ductum, verisimile. Apud *Aramæos* possidet *Patach*, per quod cum *prima radicali* coalescit, in *Activa*. Etiam *Segol* ei additum, credibile. In *passivo* constituendo secuti sumus *Analogiam*. הִת etiam huic *speciei* præmissum, arguunt infinita, tum apud *Aramæos*, tum apud *Arabes*. Ita שַׁעְבֵּד *subegit in servum*, a עֲבַד præbet אִשְׁתַּעְבַּד *semet subjecit*, apud *Syros*. *Arabes* sonant إِسْتَعْبَدَ אִשְׁתַּעְבַּד: estque *transpositio* propter *sibilantem* hic perpetua.

ב. Altera *Classis præformantium* constituit *Modos*, ut vulgo vocant. Tale est ה in *infin.* & *imperat.* *Niphhal*, cum נ ejus in unum coiens. De eo satis dictum supra. Tale & מ *participiorum* extra *Kal* & *Niphal*, quod ubique possidet *Scheva mobile*; ut מְפַקֵּד *inspectans.* מְפֻקָּד *inspectatus.* מְהַפְקִיד *inspicere faciens*, pro quo mollius מַפְקִיד: ut מָפְקָד *inspicere* & *inspici factus*, est pro מְהָפְקָד: item מִתְפַּקֵּד pro מְהִתְפַּקֵּד *inspectitans.* &c. &c.

ג Tertia *classis* complectitur literas אֵיתָן. Eæ *Futuro* formando, instar augmenti, inserviunt. Hinc ansa præbita *Rabbinis* ad *Futurum* hoc ipso nomine אֵיתָן adficiendum. Hæ in *Kal* coalescunt cum *prima radicali* per *Chirek*, ordinarie, nisi quod א magis amat *Segol*: יִפְקֹד *visitabit* &c. אֶפְקֹד *visitabo*. Adhibetur etiam *Segol*, quin & *Patach*, cum reliquis, si prima fue-

fuerit *Gutturalis*: ut יֶהְפֹּךְ *vertet*, quod & יַהֲפֹךְ: itemque יֶאְסֹר *ligabit*, quod & יֶאֱסֹר. Sic omnia e limpido fluunt; quæ alias conturbatissima. In *Niphal* eædem איתן in syllabam coëunt cum נ, vel potius ה ex הן absorbent: ut fiat יִפָּקֵד pro יְהִפָּקֵד, ex יְהִנְפָּקֵד *inspicietur*. Aliquando יִפָּקֵד pro יְהִפָּקֵד dictum, supra insinuavi. Sub א perpetuum, nam dicitur אֶפָּקֵד *inspiciar*; quamvis & אִפָּקֵד inveniatur. In aliis quoque *speciebus*, ubi *He* adhibitum, literæ איתן illud excludunt, sibique sumunt ejus punctum. Sic יַפְקִיד *inspicere faciet*, pro יְהַפְקִיד: & אֻפְקַד pro אֲהֻפְקַד *inspici cogar*. אֶתְפַּקֵּד & אֶתְפַּקֵּד *inspectitabo*: nam הת & הת olim obtinuisse monuimus. Sic in reliquis. At in *Pihhel*, *Pyhhal*, *Pohel*, *Pohal*, *Piblel*, &c. hæ *Characteristicæ* retinent *Scheva*; ut יְפַקֵּד, *inspectabit*. אֲפוֹקֵד *vicissim inspectabo* &c. Ratio in oculos incurrit.

ד. Eadem איתן constituunt *quartam* quoque *classem Personarum* in illis *Futuris*, nec non *generum*, ac *numerorum*. Nempe א ex אֲנִי *Ego*, facit 1. *Pers. Sing. Comm.* נ ex נַחְנוּ *Nos*, 1. *Pers. Plur. Comm.* ת ex אַתָּה *m.* & אַתְּ *f. Tu* dat 2. *Personas omnes*, *Sing.* & *Plur.* Alio adspectu ת ex *termin.* altera *fœmin.* in *nominibus*, efficit 3. *Pers. fœmin. Sing.* & *Plur.* Denique י ex הִיא pro הוּא *mascul. ille* truncatum suspicatur Cl. *Buxt.* Undecunque fit, de quo alibi, signat 3. *pers. masc. sing.* & *plur.* Hæc ex *Paradigmate* inspecto sibi quisque clavo trabali adfigat velim: ni enim hæcce firma & fixa sedeant, & quidem secundum cujusque *præformantis* nativam illam indolem, nunquam genius *Linguæ* cognoscetur: quum quatuor Literæ *Heëmanticæ præformativæ nominum* hinc originem ducant, atque ut *formam*, ita *vim* quoque suam, cum infinitis *derivatis* communicent. Redi ad *Reg.* LXVII. In *Dial. Chald.* & *Arab.* י etiam ad 3.

1. Sam. 6. 12. וַיִּשַּׁרְנָה &c.

fœm. plur. admovetur. Ad eam rationem יַעֲמֹדְנָה *stabunt f.* Dan. 8: 23. pro תַּעֲמֹדְנָה." Item וַיֵּחַמְנָה & *incaluere*, pro וַתֵּחַמְנָה; quæ, meo quidem judicio, vetustissimæ sunt monetæ: atque omnino existimem יִפְקֹדְנָה *inspicient illæ*, ante extitisse, quam ad תִּפְקֹדְנָה in hac 3. *fœm. plur.* ex occasione cum 2. ibidem veniretur.

CXIII. *Adformantes* dicuntur certæ quædam *literæ serviles*, sive *terminationes*, quæ a fine per omnes *species conjugandi* accedunt, ad *personas*, *genera*, *numeros*, exprimendos. Dividuntur sat commode in *Syllabicas* & *Asyllabas*.

CXIV. *Syllabicæ* semper accedunt ad *Syllabam clausam* per *Scheva quiescens*. Sunt *Syllabæ* a *pronomin. person.* 2. & 1. utriusque numeri resectæ. Tales *præteritum* omne *sex* poscit. *Imperat.* & *fut.* *unam*.

Præt. adform.

2. *Sing.*	*M.*	תָּ	vel	תָּה	ex	אַתָּ	vel	אַתָּה	*Tu* m.
	F.	תְּ	vel	תִּי		אַתְּ	vel	אַתִּי	*Tu* f.
1. *Sing.*	*Com.*	תִּי	vel	תִּ	ex	אֲנִי	vel	אָנֹכִי	*Ego* c.
2. *Plur.*	*M.*	תֶּם	vel	תֻּם	ex	אַתֶּם	ex *Dial.*	אַתֻּם	*Vos* m.
	F.	תֶּן	vel	תִּן		אַתֵּן	ex *Dial.*	אַתִּן	*Vos* f.
1. *Plur.*	*Com.*	נוּ	vel	נְ	ex	אֲנוּ	vel	נַחְנוּ	*Nos* c.

Im-

Imper. & Fut. adform.

2. *Perf. Plur. Fœm.* 3. *Perf. Plur. Fœm.*	נָה & ן, ןָ	ex	אַתֵּן & אַתֵּנָה *Vos* f. הֵן & הֵנָּה *Illæ.*

Hæ omnes *accentum* relinquunt *penultimæ*, exceptis *gravibus* תֶּם & תֶּן, ante quas *Vocales longæ* corripiendæ propterea; ex *Reg.* XLIX. ut *Tzeri* in formis פָּקֵד fiat *Chirek breve*, vel *Segol:* & *Cholem* in formis פָּקֹד *Kametzchatuph.* Ante reliquas, *Vocales longæ* manere possunt. Attamen *Euphoniæ* causa in *præteritis* fere pro *Tzeri* succedit *Patach.* E. G. a יָכֹל *valuit*, est יָכֹלְתָּ *valuisti.* יָכֹלְתִּי *valui.* יְכָלְתֶּם *valuistis.* Item accentu ad finem rapto וִיכָלְתָּ & *valueris.* A גָּדֵל *crevit*, permittitur quidem גָּדֵלְתִּי *crevi*, sed maluere גָּדַלְתִּי: & גְּדַלְתֶּם *crevistis*, quamvis & גְּדֵלְתֶּם efferri potuerit. Sic יְלִדְתִּיהוּ *genui eum*, est a יָלַדְתִּי. Indicatum *Reg.* LXIII. *not.* 7. In *Pihhel*, *Hiphhîl*, *Pohel*, *Hitpah-hel*, aliisque, consimilis ut res, ita ratio. Confer *Reg.* 63. *not.* 7. In *Imperativis* & *Futuris* æquum jus possident puncta terminalia, quæ sunt *Patach*, *Tzeri*, *Cholem.* פְּקֹדְנָה *inspicite.* f. שְׁמַעְנָה *audite* f. תְּדַבֵּרְנָה &

תְּדַבֵּרְנָה *loquentur*, & *loquemini* f.

א. *Præteritum*, & *imperativus*, carent *præformantibus*; quod per *adformantes* satis distingui potuerint. *Tertia masc. sing. præteriti* etiam *adformante* non indiguit, quia *persona* illa *indefinita* per se, nisi aliud accedat; ast *secunda*, & *prima*, per *Tu* & *Ego* finiuntur. Sentis qua ansa פְּקֹד, פָּקֵד, פָּקַד sit *visitare*, & *visitavit*: & cur 2. *pers.* formetur פָּקַדְתָּ quasi פָּקַד אַתָּ &c. *Imperativus* in 2. *masc. sing.* etiam *adformante* non eguit, quia *visitare* cum voce imperiosa enunciatum, sponte adfert *jussum*, aliudve quid, quod huic *Modo* attributum, si ad *personam certam* dirigatur cum *vehementia* quadam, & *celeritate* pronunciationis. Sic פְּקֹד *visita*, invaluit ex פָּקֹד *visitare*. Cur 3. *fœm. præt.* & 2. *fœm. imper.* acceperint *adformantem*, ad *Reg.* sequentem subnotabitur.

ב. *Adformans* נָה vestigium *Originis* ab הֵנָּה offert, in antiqua scriptione יְנָה, *Ezech.* 16: 50. וַתִּגְבְּהֶינָה *& elatæ fuerunt*. Nempe primitus dictum תִּפְקֹדְהֵנָּה, unde mox תִּפְקֹדֶינָה, & tandem תִּפְקֹדְנָה. Hinc quoque illud תִּמָּצֶאינָה *invenientur*, *Jer.* 50: 40. Quin ansa hinc porrecta *Epenthesi*, quæ in *Defect.* & *Quiesc. med.* usui venit. Nihil in hisce *Anomali*: ut nec mirum *He* omitti, פְּקֹדְן; quin & *Kametz* tolli; ac פְּקֹדְן *Pekôdn* pronunciari. Sic שְׁמַעַן *Schemâahn*, *Audite* f. *Gen.* 4: 23. & קְרֶאןָ *vocate*, pro קְרֶאןָ, quod pro קְרֶאנָה, *Exod.* 2: 20.

ג. Nihil in *Adformantium* origine obscurum cuiquam esse potest, præter תִּי *Ego*, ex אֲנִי. Cl. *Buxt.* in *Thes.* censet vel ת *Epentheticum* adscitum, vel נ illius *pronominis* in ת commutatum, ne cum נִי *adfixo* confunderetur. Cl. *Alt.* autumat ת illud

lud adhibitum pro כ ex אָנֹכִי. Id confirmat quadantenus *Dial. Æthiop.* ubi 1. *Sing. præt.* est פָּקַדְכִּי vel פָּקַדְכְּ. Evitatum ergo illud כִּי ex אָנֹכִי, ne confusio existeret cum כִּי *adfixo*. Vide *Reg.* XCIV. Si forte profundius quid subsit, id dies in lucem dabit.

CXV. *Assyllabæ adformantes* dicuntur, quæ non ad *Syllabam clausam* accedunt, sed ultimam *verbi* literam secum in *Syllabam* conjungi postulant.

Tales sunt

ָה	raro	ָא	In 3. *sing. præt.* tantum.
ָת	&	ַת	
וּ	&	וּן	In 3. *Plur. Com. præt.* nec non
ְנָה ,	ְ,	ְן	3. & 2. *Plur. Masc. fut.* & *imper.*
ִי	&	ִין	In 2. *sing. fœm. fut.* & *imper.*

Ita פָּקְדָה est *inspexit illa.* Item פָּקְדָא, פָּקְדַת & פָּקְדָת rarius. פָּקְדוּ *inspexerunt illi* & *illæ:* quod & פָּקְדוּן, nec non פָּקְדָה & פָּקְדָן.

In *Imperat.* פִּקְדִי est *inspice* f. & פִּקְדוּ *inspicite. m.*

In *Futuro* denique תִּפְקְדִי est *inspicies* f. quod & תִּפְקְדִין: in *plur.* יִפְקְדוּ *inspicient illi*, & תִּפְקְדוּ *inspicietis* m. pro quibus & יִפְקְדוּן, תִּפְקְדוּן: quin יִפְקְדָן

&

& יִפְקֹד &c. sonari potest.

Asyllabæ omnes *accentum* deducere solent; qua occasione *terminalia* puncta, *Patach*, *Tzeri*, *Cholem*, in *Scheva* abeunt. In *Hiphhîl* tamen *accentum* plerumque relinquunt in *penultima*; quæ ibi *Chirek longum*, vel *Tzeri*, possidet. Etiam in *Pausa accentus* non deducitur: & *Vocales terminantes* manent, *Patach* in *Kametz* producto.

א. Quum *Radix verborum* ex *infinitivo* ad 3. *sing. præteritorum* traducta esset, subaudito הוּא *ille*; res, & ratio, jussere, ut 3. *fœm.* acciperet ָה ex הִיא vel הָ *illa*. Jam vero ut *He fœmin.* habet *vicarium* ת in *Nominibus*; ita in *verbis* idem usu venisse, nil mirum. 3. *plur.* וּ *communis* facta, ex vetustis *pronominibus* הֻם & הֻן, *illi*, *illæ*, quibus *commune jus* in istud *Schurek*, & *Kibbutz*, *adformantis*, cui & *originem* dedisse videntur. Eo proclivius id receptum, quod וּ in *Futuris* etiam *communis generis* fuerit: nam תִּקְרְבוּ *appropinquabunt* f. pro תִּקְרַבְנָה extat *Esech.* 37: 7. Compluscula talia occurrunt. Ex הֵנָּה interim & heic פָּקְדָנָה *inspexerunt illæ*, olim dictum, tum *Analogia* arguit, tum *Dialectorum* collatio. Annotatum etiam a Cl. *Cocc.* 3. *fœm. plur. præt.* in ָה ex *Chaldaismo* exiisse. Certe pro נָה *syllabico*, *asyllabum* ָה in *imperativo* venire creditur *Esaj.* 32: 11. De his alibi plura.

ב. Terminatio ֻה, & per nudum *Kibbutz* (ֻ) crebrius occurrit, quam ut eam sollicitare, aut suspectam habere, ausim. Sic 1 *Sam.* 13: 19. אָמְרֻ, pro אָמְרוּ, *dixerunt*; ut *Keri* habet. Similiter שָׁפְכֻה *effusi sunt*, pro שָׁפְכוּ. *Deut.* 21: 7. Adde *Job.* 16: 16. *Jer.* 2: 15. *Lev.* 21: 5. *Gen.* 27: 29. &c. &c. Credibile mihi fit, istud ֻה ex הֻם & הֻן Linguæ Veteris, *illi*, *illæ*, re-

hi legit שְׁפֻכָה legendum שָׁפְכָה Imo vero legendum שָׁפְכוּ, sicut in Keri est, nam יָדֵינוּ plur. est: at potius nihil immutandum.

resectum: ut הָ ab הָ abscissum. Hæc persequi nunc non licet. Ad *originem adformantis* ן succurrit item vetus pronunciatio הוּם pro הֶם *illi*, ut & in 2. olim fuit תֻּם & תוּם pro תֶּם *vos*.

ג. *Adformans* 2. *fœm. sing. imper.* & *fut.* י ex אַתִּי *Tu* f. recte derivata a Cl. *Alt.* Nempe פִּקְדִי *inspice* f. ex פְּקֹדאַתִּי *inspicere tu* f. conflatum, absorptis א & ת; propter celeritatem pronunciationis, qua *imperium* edi solet. Consimilis ratio in 2. *fœm. fut.* obtinuit, תִּפְקְדִי *visitabis* f. At 2. *fœm. præt.* pleniore forma retinuit פָּקַדְתִּי; quia *Accentus* mansit in sua sede: qua occasione & *Chirek Pronominis* אַתִּי ad finem suppressum fuit.

CXVI. Ad *Conjugationes Dagessatas*, quæ vocantur; sive potius *species verborum*, quæ *mediam radicalem* geminant, *Pibbél*, *Pybbál*, & *Hithpabbél*, distincte aliquid submonendum: ut quod in earum *formatione* implicitum, simplicius, & liquidius, concipiatur; atque ab *Anomaliis*, quas induxere *Grammatici*, liberetur.

Quum media *Dagesh forti* insignienda esset; *Kametz* I. *radicalis* necessario correptum fuit in *Vocalem brevem*. Ea in *activa* forma fuit *Patach*, *Segol*, *Chirek*: in *passiva* autem *Kametzchatuph* & *Kibbutz*.

א. I. Usitatissimum est *Patach* in *Pibbel* extra *præteritum*, nam *participium* est מְפַעֵּל *faciens*. מְפַקֵּד *inspectans*. Similiter *Infin.*

Imper. & *Fut.* amant *Patach*. In *Dialectis Chald. Syr.* & *Arab.* etiam *Præt.* eandem *Vocalem* tenet: ad quam normam & נַשָּׁה *oblivisci fecit*, *Gen.* 41: 51. At *Dialectus Hebræa* hic maluit *Chirek*, & פַּקֵּד *infinitivi* commutavit in פַּקֵּד *inspectavit*. Rarius est *Segol*. Idem *Chirek* in *infinitivo* & *imperativo* occurrit nonnunquam; ut נִאֵץ *Irritando irritasti*, 2 *Sam.* 12: 14. Ad eam rationem חִלֵּץ *extrahere*, *Lev.* 14: 43. שִׁחֶתְ *perdere*, *Hos.* 13: 9. בַּזֵּר *disperge*, *Ps.* 68: 31. Etiam *Segol* admissum patet ex חֶנֵּן pro חַנֵּן *miserari*, *Ps.* 103: 4. & ex derivatis sat multis, hac *specie* & *forma* impressis: לֶהָב *flamma*. גֶּחָל *pruna*. פֶּחָם *carbo*. &c. Si *media* sit *Gutturalis*, vel *Resch*, locus sit *Regulæ* LX. id est *vetus Lingua* suum jus tenuit, & Literas illas incommodas duplicavit. Elegantior pronunciatio *Hebræorum* omisit *Dagesh forte*, *Vocali brevi* vel servata, vel producta in oppositam *longam*. Ita pro פָּעַל, פֵּעֵל; etiam פֵּעֵל pronunciatum haud dubie: & pro מְפַעֵּל *faciens*, מְפָעֵל. Consimilis ratio omnium: nec debuissent *Rabbini* tam anxie ad calculos sedere, computando, quænam *Gutturales* compensationem patiantur, & quibus in *conjugationibus*, aut *temporibus*; quænam, & in quibus, non. Certe ante ע productionem factam, arguit צֵעָה pro צִעָה *inclinavit in latus*: & רֵעָה pro רִעָה *comparavit*, *socius fuit*. בֵּעֵר pro בִּעֵר *removere*. יְתָעֵב *abominabitur*, pro יְתַעֵב *Ps.* 5: 7. Non erat ergo, cur inculcaretur *Ain compensationem aversari*. Reliquarum *Gutturalium* eadem conditio. Ante *Resch* quidem *productio* semper obtinet, & pro בִּרֵךְ fit בֵּרֵךְ *benedixit*; pro בָּרֵךְ *benedicere*, בָּרֵךְ: attamen falleretur, qui priora illa nunquam admissa autumaret.

ב. II. *Passiva* forma æque admittit *Kamets-Chatuph*, quam

quam *Kibbutz*: ut *Pybbal* פֻּעַל, & *Pybbal* פֻּעַל existat. Ita שֻׁדַּד, & שֻׁדַּד, *vastatus est*. מְאָדָּם & מְאֻדָּם *rubefactus*. יְכֻלֶּה & יְכֻלֶּה *absolvetur*. Quod de *Chirek* pro *Kibbutz* Ἀνωμαλίας adfertur ex *Kimch*. in פִּגְּרוּ pro פֻּגְּרוּ *lassati sunt*, 1 *Sam*. 30: 10. plane rejiculum est. פָּגַר est *fluxit*. Inde in *Pibhel* פִּגֵּר *diffluxit viribus exhaustis*. &c. Ante *indagessabiles* & hic compensatio vel institui, vel negligi, potest, sine ullo discrimine. Ita בֹּחַר, בֻּחַר & בֹּחַר *electus fuit*, æquum jus possident: nec fundatum, quod *Cheth compensationem* respuere dicatur: nam *Prov*. 20: 21. מְבֻחֶלֶת est *part*. in *Pybbal* a בָּחַל *avarus fuit*: & דֹּחָה *impulsus fuit*, extat *Ps*. 36: 13. pro דֻּחָה. Idem judicium de reliquis ferendum.

ג. III. Forma הִתְפַּעֵל *Hith-pab-bel* ubique *Pataeb* ad 1. *radicalem* retinet. Nonnunquam tamen & *Segol* adhibitum. Exempla prostant p. 152. supra. An *Chirek* etiam obtinuerit, incertum. Ante *indagessabiles*, *Patach* vel manere potuit, vel produci in *Kametz*. Ita הִתְפָּעֵם *contundere sese*, *Dan*. 2: 1. הִתְגָּעֵשׁ *concutere sese*, *Ps*. 18: 8. &c. הִתְבָּרֵךְ *benedictum se ferre*, aut *jactare*. &c. &c.

ד. Inserenda hic *formatio* rarior, qua *media Dagessabilis* etiam *Dagesh forte* ejecisse, adhibita *compensatione*, deprenditur. Ita הֵתֵל *illusit*, pro הִתֵּל, & הָתֵל *illudere*, pro הַתֵּל. Ad eam normam תֹּאכַל pro תְּאַכֵּל *consumet*, positum videtur *Job*. 20: 26. Pariliter הָתְפָּקֵד pro הִתְפַּקֵּד, & *passive* הָתְפָּקַד pro הִתְפָּקֵד aliquoties invenitur, *Num*. 1: 47. & 2: 33. &c. *Jud*.

20: 15. 17. In *Pybbal* hic malumus פֻּעַל quam פֻּעַל: ut הוּתַל, *illusus est*, *Esaj.* 44: 20. Non *novam* inde *speciem* fecimus; quia e molliore pronunciatione tantum orta hæc conformatio: quam & *Arabes* in 8. adoptarunt. Similiter & *Syri* omittere solent *Dagesh forte*, *Paked* & *Eshpakad* sonantes: *Arabibus* etiam passive, *Uthphukid*.

ה. Diversissima est res, & ratio, cum forma פּוֹעַל; quam plerique *Grammatici* sub פִּעֵל quoque in ordinem coëgerunt. Male factum multa evincunt. 1. quod *Analogia* nulla permittat, ut *Patach*, *Segol*, *Chirek*, in *Cholem* abeant. 2. Quod istud *Cholem* per *Vaw* plenius exarari soleat: ut זוֹרֵם *exundavit*. שׁוֹשָׂה *direptavit*. Est quidem, ubi negligatur; ut מְשֹׁפְטִי *judicans me*: *Job.* 9: 15. sed *Origo* spectanda: quæ adfert insultum ו per *quietem* non tantum, verum etiam per *motum*. Res alibi ulterius demonstranda. Etiam 3. potestas nonnihil variat. Accedit 4. auctoritas *Dialectorum*. Æquis & peritis hæc sufficiunt. Ejus *passivum* פּוֹעַל nobis inserviet, ad multa derivata limpidius deducenda, & constituenda. E. G. עוֹלָם *seculum*, אוֹצָר *thesaurus* &c. &c.

ו. Cum *Pihhel* cognationem habet forma *Pih-lel*; loco *secundæ* radicalis *tertiam* congeminans. *Nonam* hanc *conjugationem* faciunt *Arabes*. Eorundem *undecima* quoque hinc orta. Signat fere *habitum intensiorem*. Propter *Gutturalem* autem pro *Chirek* rectius *Patach* adhibetur ad *primam*; ut fiat פַּעֲלַל *Pah-lel*, quod & פַּעֲלֵל *Pahalêl* effertur. Sic רַעֲנַן *valde viruit* arbor: proprie *patulis propendulisque fuit ramis* &c. Ejus *passivum* non פֻּעֲלַל tantum, per *Kibbutz*; sed & פֻּעֲלַל *Puh-lal*, ac פֻּעֲלַל *Pohalal*: itemque *frequentativum* הִתְפַּעֲלֵל *Hith-pa-halêl*: ad quam normam הִשְׁתַּחֲוָה *prostravit semet adorabundus*, revocari debet.

ז. Cum

ז. Cum *Pih-hel* quoque multam adfinitatem, ratione *punctorum*, habet שִׁפְעֵל *Schiph-hel*, vel *Schaph-hel*; ac proinde eodem plane modo conjugatur. Ita שִׁכְלֵל *absolvit* a כָּלַל. *Esr.* 5: 11. Similiter *Schuph-hal* שֻׁפְעַל, & *Schoph-hal* שָׁפְעַל, sequuntur legem ℣ *Puhhal*: ut הִשְׁתַּפְעֵל *Hisch-taph-hel* per omnia ה׳ *Hith-pah-hel* respondet. Sic הִשְׁתַּכְלַל *absolutus fuit Esr.* 4: 13. Quantum lucis ex restituta hac forma in *Linguam Hebræam*, ejusque *Dialectos*, redundet, alibi ostendendum.

ח. Desino in *specie superlativa Pehalhal* פְּעַלְעַל; quæ & ipsa per *frequentativum* הִתְפַּעַלְעַל augeri potuisse videtur. Non inserui tamen *Catalogo* nostro *formam* hancce; quem evidentissima tantum, & aleæ exemta, continere volui. Similiter פְּעוֹעַל, erudite illustratum a *Rev. Hackm.* in *præcid.* p. 258. 259. per הִתְפַּעוֹעַל inflexum, vestigia nonnulla arguunt.

CXVII. Stricte dicta *conjugatio*, qua *verbum* inflectitur cum *adsignificatione temporis*, adhibitis *præformantibus* & *adformantibus*, cadit tantum in *præteritum*, *futurum*, & *imperativum*. Ergo *Infinitivos*, & *participia*, naturam magis *Nominum* sequi, non est quod miremur: nam revera *infinitivus* continet in abstracto *actionem*, *passionemve*, *Thematis*; prout *participium* exprimit *agentem*, vel *patientem*, sive *rem*, sive *personam*. Apparet, ut *infinitiva* ad *substantivorum*, sic *participia* ad *Adjectivorum* classem pertinere. Tactum *Reg.* LXXIV. simulque discrimen indicatum *Infinitivi absoluti*, & *constructi*. Hic addimus *constructum* quoque vocari *infinitivum*, quum

vel *præfixionem* recipit per literas בכלם *in*, *ficut*, *ad*, *ex*: vel *adfixionem*, *Reg.* XCV.

א. *Infinitivus absolutus*, פָּקֹד *inspicere*, si regat *genitivum*, ut apud *Græcos*, quin & *Latinos* nonnunquam, quibus *Bibere vini* non displicuit, celeriore pronunciatu fit פְּקֹד: ut פְּקֹד הַבַּיִת *inspicere templi*. Cum ב *præf.* per *Scheva Reg.* 104. unde *Chirek Reg.* 56. existit בִּפְקֹד *in visitare*, i. e. *in visitando*: כִּפְקֹד *sicut visitare*; i. e. *pro visitando*, vel *quum visitat*, *visitavit*, *visitabit*. לִפְקֹד *ad visitare*, sive *ad visitandum*. מִפְּקֹד pro מִנְפְּקֹד *Reg.* 102. *Ex visitare*: *e visitando*. Habes *Latinorum Gerundia*. Etiam *Supina* per *infinitivum* huncce *constructum* exprimuntur, ut לִפְקֹד pro diversa structura reddi queat *inspectum*, & *inspectu*. Jam vero *Supina* illa, pura puta sunt *substantiva verbalia quartæ Declinat.* atque *inspectum*, & *inspectionem*, non *Natura*, sed *usus*, discrevit. Sentias hinc *formis* פְּקֹד, פְּקֻד, פְּקַד; optimo jure addita *adfixa*, ad legem *Segolatorum*: *Reg.* 86. ut existat פַּקְדִי, פְּקָדִי, פִּקְדִי, פָּקְדִי, פְּקֹדִי, פְּקֻדִי *inspectus*, sive *inspectio*, *mei*. &c. &c.

ב. Jam manibus palpare liceat, formas productiores פְּקֻדָּה & פְּקֻדֶּת, itemque פִּקְדָה & פְּקֻדֶת; nec non פְּקֻדָה vel פַּקְדָה & פְּקֻדֶת, non esse *infinitivos* per ה & ת *paragogicum*, ut vulgo traditur; sed veras *terminationes fœmininas*, quantumvis regant non *genitivum* solum, sed & *accusativum*, aliumve quem casum intercedente *præpositione*. Sic לְדָבְקָה בוֹ *adhæsui*, vel

ad-

adhaesioni in eo: Deut. 29: 29. ubi etiam prostat לְאַהֲבָה אֶת־יְהוָה *ad amandum Dominum*; proprie *ad amationem Dominum*. Est *Latinissima* structura, qua delectati Veteres. Talia sunt apud *Plaut. Quid tibi hanc aditio est*? in *Truc.* & in *Aulul. Quid tibi nos tactio est*? in *Amphitr. Quid tibi hanc curatio est rem*? Apud *Caesar.* quoque L. 1. extat *Domum reditionis spe sublata.* & apud *Hygin. Domum repetitionem habere.* Consimiliter jam רִבְעָה *Lev.* 20: 16. *coitio.* אַשְׁמָה *delictio*, *Lev.* 6: 2. & alia, quae *Syntaxi* remittenda. Desino in עַד־חֻמְצָתוֹ *usque ad fermentationem sui: Hos.* 7: 4. ubi הּ in ת trajectum, ex *Reg.* 76. neminem dubitare patitur, quin sit *foemininum*. De ת in פְּקֻדַּת &c. tam parum quoque ambigi potest, quam de reliquis *nominibus* ista motione declinatis. Vera forma *Paragogica infinitivorum* ad *Reg.* CLI. constituetur: פְּקֻדָה nempe; vel פְּקֻדָה: accentu ad *penult.* relicto. Quae de *Infinitivo Kal* dicta; de ceteris quoque intellecta sunto.

CXVIII. *Participium* ad *Nomina* referendum, docet *motio*, *declinatio*, & *mutatio*, ad legem *Nominum* instituta. Est autem in *kal* duplex, *praesens*, & *praeteritum*; utrumque duplici sub forma. *Praesens* nempe dat פֹּעֵל & פּוֹעֵל: *faciens.* Hoc *Benoni* בֵּינוֹנִי vocitatur a *Rabbinis* q. d. *medians*, vel *in medio situm.* In *praeterito* existit פָּעוּל sive פָּעֻל, *Pa-bul* vulgo: itemque פָּעִיל sive פָּעֵל; quod nobis *Pabîl* appellare liceat. Addenda & *monosyllaba formatio* פָּעֵל, & פְּעִיל; quae *participiis* ideo non accensita,

quod

quod in *usum substantivum* talia vergere soleant. Idem in פָּעִיל sat crebrum: ac propterea soli פָּעוּל jus *Paradigmatis* concessum. Eadem de causa *partic. præsens* פּוֹעֵל, quod pro *Kametz* 1. *radic*. adscivit *Cholem*, primigenium פָּעֵל obscuravit, & a *paradigmate* exclusit; non sine *Analogiæ* detrimento: quod multæ *formæ participiales*, ut יָוֵן *fermentans*, pro *luto densiore*: גָּדֵר *sepiens*, pro *maceria*; &c. &c. eruditas acies fefellerint.

Extra *kal* una tantum *participiorum* facies: ut נִפְעָל *factus*. מְפַעֵל *factans*. מְפֻעָל *factatus*. מַפְעִיל *facere faciens* &c. &c. Ad eam rationem reliqua omnia, ultra *Niph-hal*, requirunt *præformantem* מ, ut p. 274. dictum.

Ad *motionem*, & *declinationem* quod attinet; forma פָּעֵל 1. in *fæm*. dat פְּעֵלָה פְּעֶלֶת פְּעֵלִים פְּעֵלוֹת, *Kametz* 1. *rad*. mutato in *Scheva*: ad *Reg*. 81. p. 195. Ex פּוֹעֵל contra fit פּוֹעֲלָה פּוֹעֶלֶת פּוֹעֲלִים פּוֹעֲלֹת; retento *Cholem*. 2. פָּעוּל dat tantum פְּעוּלָה &c. quia *Schurek* ibi *immutabile*; item פָּעִיל unum *fœmininum* פְּעִילָה, non פְּעֶלֶת; nam *Chirek* illud præbet *notam Characteristicam*; quæ *immutabilis*. Extra *kal* ubique *gemina terminatio fœmin*. obtinet, nisi obstent quæ p. 169. indicata.

CXIX.

CXIX. Ad *Paradigmata* tandem accedimus; & præmittimus *ſtricturas* quaſdam *generales* circa *vocalem ſecundæ radicalis*, quam *terminale punctum* vocant. Teneatur ergo I. *Infinitivum* in *Kal*, qui מָקוֹר *Fons* eſt, unde reliqua omnia emanarunt, *terminari* in *Cholem*, *Tzeri*, *Patach*: ut *Typus* ſit פָּקֹד, פָּקֵד, פָּקַד *inſpicere*. Eadem *Puncta* conveniunt *Præterito*, *Futuro*, & *Imperativo*. II. Obſervetur, pro *Patach* in quibuſdam exiſtere *Kametz*; pro *Tzeri*, *Chirek longum*; pro *Cholem*, *Schurek*. III. Omnes haſce *Longas* certis in flexionibus abire poſſe in oppoſitas *breves*.

א. *Paradigmatis* loco retineo verbum פָּקַד *lustravit*, *inspexit*: ejusque *septem* tantum *Species* pono; quod reliquæ nihil habeant peculiare; ſed ad aliquem horum *Typorum* nullo negotio reduci queant.

Paradigma Verborum Perfectorum.

I. KAL.

Infinitivus.

Constructus.	Absolutus.
פְּקֹד	פָּקוֹד

Gerundia.

בִּפְקֹד   כִּפְקֹד   לִפְקֹד   מִפְּקֹד

Fæ-

Fœminina formæ.

פִּקְדָה פְּקֻדָּה פִּקְדָה פְּקֵדָה פְּקָדָה

Et

פִּקְדַת פְּקֻדַת פִּקְדַת

Præteritum.

f.	Plur. m.	f.	Sing. m.	
Com.	פָּקְדוּ	פָּקְדָה	פָּקַד	3.
פְּקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּם	פָּקַדְתְּ	פָּקַדְתָּ	2.
Com.	פָּקַדְנוּ	Com.	פָּקַדְתִּי	1.

Futurum.

f.	Plur. m.	f.	Sing. m.	
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹד	יִפְקֹד	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקֹד	2.
Com.	נִפְקֹד	Com.	אֶפְקֹד	1.

Imperativus.

f.	Plur. m.	f.	Sing. m.
פְּקֹדְנָה	פִּקְדוּ	פִּקְדִי	פְּקוֹד

Participium Præsens.

f.	Plur. m.	f.	Sing. m.
פּוֹקְדוֹת	פּוֹקְדִים	פּוֹקְדָה פּוֹקֶדֶת	פּוֹקֵד

Participium Præteritum.

f.	Plur. m.	f.	Sing. m.
פְּקוּדוֹת	פְּקוּדִים	פְּקוּדָה	פָּקוּד

II.

II. NIPH-HAL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לִפָּקֵד לְהִפָּקֵד כְּהִפָּקֵד בְּהִפָּקֵד הִפָּקֵד

Preteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	נִפְקְדוּ	נִפְקְדָה	נִפְקַד	3.
נִפְקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּם	נִפְקַדְתְּ	נִפְקַדְתָּ	2.
Com.	נִפְקַדְנוּ	Com.	נִפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּפָּקַדְנָה	יִפָּקְדוּ	תִּפָּקֵד	יִפָּקֵד	3.
תִּפָּקַדְנָה	תִּפָּקְדוּ	תִּפָּקְדִי	תִּפָּקֵד	2.
Com.	נִפָּקֵד	Com.	אֶפָּקֵד	1.

Imperativus.

הִפָּקַדְנָה הִפָּקְדוּ הִפָּקְדִי הִפָּקֵד

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
נִפְקָדוֹת	נִפְקָדִים	נִפְקָדָה } נִפְקֶדֶת }	נִפְקָד

III. PIH-HEL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לְפַקֵּד   בְּפַקֵּד   פַּקֵּד

Foem.

פַּקְּדוֹת   פַּקֶּדֶת   פַּקְּדָה

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	פִּקְּדוּ	פִּקְּדָה	פִּקֵּד	3.
פִּקַּדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּם	פִּקַּדְתְּ	פִּקַּדְתָּ	2.
Com.	פִּקַּדְנוּ	Com.	פִּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּפַקֵּדְנָה	יְפַקְּדוּ	תְּפַקֵּד	יְפַקֵּד	3.
תְּפַקֵּדְנָה	תְּפַקְּדוּ	תְּפַקְּדִי	תְּפַקֵּד	2.
Com.	נְפַקֵּד	Com.	אֲפַקֵּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
פַּקֵּדְנָה	פַּקְּדוּ	פַּקְּדִי	פַּקֵּד	2.

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְפַקְּדוֹת	מְפַקְּדִים	מְפַקְּדָה מְפַקֶּדֶת	מְפַקֵּד

IV.

IV. PYH-HAL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לְפֻקּוֹד   בְּפֻקּוֹד   פֻּקּוֹד

Praeteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	פֻּקְּדוּ	פֻּקְּדָה	פֻּקַּד	3.
פֻּקַּדְתֶּן	פֻּקַּדְתֶּם	פֻּקַּדְתְּ	פֻּקַּדְתָּ	2.
Com.	פֻּקַּדְנוּ	Com.	פֻּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּפֻקַּדְנָה	יְפֻקְּדוּ	תְּפֻקַּד	יְפֻקַּד	3.
תְּפֻקַּדְנָה	תְּפֻקְּדוּ	תְּפֻקְּדִי	תְּפֻקַּד	2.
Com.	נְפֻקַּד	Com.	אֲפֻקַּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
פֻּקַּדְנָה	פֻּקְּדוּ	פֻּקְּדִי	פֻּקַּד

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְפֻקָּדוֹת	מְפֻקָּדִים	מְפֻקָּדָה מְפֻקֶּדֶה	מְפֻקָּד

V. HIPH-HIL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לַפְקִיד   לְהַפְקִיד   בְּהַפְקִיד   הַפְקֵד

הַפְקָדוֹת   הַפְקֶדֶת   הַפְקָדָה

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הִפְקִידוּ	הִפְקִידָה	הִפְקִיד	3.
הִפְקַדְתֶּן	הִפְקַדְתֶּם	הִפְקַדְתְּ	הִפְקַדְתָּ	2.
Com.	הִפְקַדְנוּ	Com.	הִפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תַּפְקֵדְנָה	יַפְקִידוּ	תַּפְקִיד	יַפְקִיד	3.
תַּפְקֵדְנָה	תַּפְקִידוּ	תַּפְקִידִי	תַּפְקִיד	2.
Com.	נַפְקִיד	Com.	אַפְקִיד	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Plur.	m
הַפְקֵדְנָה	הַפְקִידוּ	הַפְקִידִי	הַפְקֵד

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מַפְקִידוֹת	מַפְקִידִים	מַפְקִידָה } מַפְקֶדֶת	מַפְקִיד

VI. HOPH-HAL.

Infinitivus Absol. & Constr.

הָפְקֵד בְּהָפְקַד לְהָפְקַד

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הָפְקְדוּ	הָפְקְדָה	הָפְקַד	3.
הָפְקַדְתֶּן	הָפְקַדְתֶּם	הָפְקַדְתְּ	הָפְקַדְתָּ	2.
Com.	הָפְקַדְנוּ	Com.	הָפְקַדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תָּפְקַדְנָה	יָפְקְדוּ	תָּפְקַד	יָפְקַד	3.
תָּפְקַדְנָה	תָּפְקְדוּ	תָּפְקְדִי	תָּפְקַד	2.
Com.	נָפְקַד	Com.	אָפְקַד	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
הָפְקַדְנָה	הָפְקְדוּ	הָפְקְדִי	הָפְקַד

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מָפְקָדוֹת	מָפְקָדִים	מָפְקֶדֶת } מָפְקֶדֶת	מָפְקָד

VII. HITH-PAH-HEL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לְהִתְפַּקֵּד	בְּהִתְפַּקֵּד	הִתְפַּקֵּד

Fam.

הִתְפַּקְּדוּת	הִתְפַּקֶּדֶת	הִתְפַּקְּדָה

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקְּדָה	הִתְפַּקֵּד	3.
הִתְפַּקַּדְתֶּן	הִתְפַּקַּדְתֶּם	הִתְפַּקַּדְתְּ	הִתְפַּקַּדְתָּ	2.
Com.	הִתְפַּקַּדְנוּ	Com.	הִתְפַּקַּדְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּתְפַּקֵּדְנָה	יִתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקֵּד	יִתְפַּקֵּד	3.
תִּתְפַּקֵּדְנָה	תִּתְפַּקְּדוּ	תִּתְפַּקְּדִי	תִּתְפַּקֵּד	2.
Com.	נִתְפַּקֵּד	Com.	אֶתְפַּקֵּד	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
הִתְפַּקֵּדְנָה	הִתְפַּקְּדוּ	הִתְפַּקְּדִי	הִתְפַּקֵּד

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מִתְפַּקְּדוֹת	מִתְפַּקְּדִים	מִתְפַּקְּדָה מִתְפַּקֶּדֶת	מִתְפַּקֵּד

Tze-

ב. Constituenda specialius *punctatura secundæ radicalis*. I. in *Kal infinitivus* amat *Cholem* & *Patach*. Rarius est *Tzeri*; ut גְּדֵל *crescere*, *Gen.* 26: 13. Pro *Patach* existit *Kametz*, accedente *He paragog.* שְׁאָלָה *interrogare*. *Jes.* 7: 11. In *pausa* idem obtinere debuit. Propter *Mackaph*, aliamve *accentus* privationem, *Cholem* corripitur in *Kametz-Chatuph*, vel *Kibbutz*. אֲכָלְכֶם *comedere vestri*. מְלָךְ־מֶלֶךְ *Regnare regis*, *Gen.* 36: 31. Ad hanc rationem *Tzeri* deberet abire in *Segol*, aut *Chirek breve*.

Præteritum usitatissime habet *Patach*. Sat crebrum tamen & *Tzeri*; ut גָּדֵל *crevit*: יָלֵד *genuit*. יָבֵשׁ *aruit*. חָדֵל *flaccidus fuit*, *cessavit*. שָׁאֵל *petivit*. Rarius *Cholem*, ut יָכֹל *valuit*. יָקֹשׁ *aucupem egit*. שָׁכֹל *orbus fuit*. Pro *Patach* sæpe occurrit *Kametz*, ob accentum *pausantem*: ut עָמָד *stetit*. יָשָׁב *sedit*: *Ps.* 1: 1. &c. Eadem productio obtinet in reliquis *Personis*. Etiam extra *Pausam* שָׁפָט *judicavit*, 1 *Sam.* 7: 17. טָרָף *laceravit*, *Hos.* 6: 2. & alibi. *Kametz* quoque exsistit in *tertiis Pers. Præt.* quum *adfixa* accedunt: ut פְּקָדַנִי *inspexit me*. פְּקָדַתְךָ *inspexit te* f. פְּקָדוּהוּ *inspexerunt eum*. Pro *Tzeri*, & *Cholem*, oppositæ *breves* veniunt, si *accentus* vel deducatur, vel absit: ut יְלִדְתִּיךָ *genui te*: ex יָלַדְתִּי, *Ps.* 2: 7. יְרִשְׁתֶּם *hæreditastis*: a יָרֵשׁ. שְׁאֶלְתֶּם *postulastis*. יְכָלְתֶּם *prævaluistis*. וְיָכָלְתָּ & *prævalueris*: a יָכֹל &c.

Futurum plerumque recipit *Cholem*, & *Patach*: præsertim si *ultima* sit *gutturalis*: ut יִשְׁמַע *audiet*. יִשְׂמַח *lætabitur*. יִגְבַּה *altifrons erit*. Rarius est *Tzeri*: quod tamen perpetuum fere in יִתֵּן *dabit*, a נָתַן. Rarissimum *Schurek*: תִּשְׁמוּרֵם *custodies eos*,

Prov. 14: 3. תַּעֲבוּרִי *transibis*, *Ruth.* 2: 8. יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, *Exod.* 18: 26. Videtur forma illa aliquid signantius attulisse: de quo alibi. Pro *Patach* venit *Kametz* in *Pausa*; ut יִשְׂמָח *laetabitur*: itemque in *affixione*: ut יִשְׁמָעֵנִי *audiet me*. Pro *Cholem* & *Tzeri* iterum oppositae *breves* succedunt, si *accentus* fuerit ablatus: ut יִפְקָד־נָא *inspiciat-age*: & יִפְקָדְכֶם *inspiciet vos*. יִתֶּן־נָא *det-age*. יִתֶּנְךָ *ponet te* &c.

Imperativus omnibus hisce legibus *Futuri* respondet: ac proinde non est, quod ei immoremur.

Participium praesens habet *Tzeri*: ut שֹׁמֵעַ, & שׁוֹמֵעַ *audiens*. Cum ultima *Gutturali* existit & *Patach*: ut רוֹקַע *extendens*; praesertim in *Regimine*: ut אוֹבַד עֵצוֹת *periens consiliorum*. Etiam *Chirek longum* adhibitum censuit *Kimchius* in תּוֹמִיךְ *Ps.* 16: 5. quod pro תּוֹמֵךְ *sustentans*, positum vult. Fallitur. Est *fut.* in *Hiph.* a *Radice* יָמַךְ *amplus fuit*, quae ex *Dialectis* est restituenda. יוֹסִיף *Eccl.* 1: 18. non est יוֹסֵף *addens*; sed *fut.* in *Hiph.* iterum. Nec aliter *Esaj.* 29: 14. & 38: 5. הִנְנִי יוֹסִיף, quod non vertendum *ecce ego addens*, sed *ecce me*, *qui addet*: pro *qui addam*. Ad *Syntaxin* haec remittimus.

Participium praeteritum partim in *Schurek terminari*, partim in *Chirek magno*, ut existat forma *Pahul*, & *Pahil*, supra jam monui. Saepe & פָּעֻל exaratur, & פָּעִל, scriptione חָסֵר *defectiva*, ut loquuntur *Rabbini*. Sic בָּטֻחַ pro בָּטוּחַ *Ps.* 112: 7. *confisus*. שְׁכֻרַת *inebriata*, *Esaj.* 51: 21. גְּנֻבָה *surreptum*, *Gen.* 31: 29. פְּקֻדִים *recensiti*, *inspecti*, *Num.* 7: 2. &c. גְּדִלִים *intorta fila*, a גָּדִיל, *Deut.* 22: 12. *intortus*: num גָּדַל *adolevit*, pro-

prie

prie est *intortus fuit.* פְּקִדִים *præfecti: Gen.* 41: 33. פְּתִחוֹת *apertæ* i. e. *acutæ;* scil. *machæra: Ps.* 55. " potius evaginatæ

II. *Niphhal* in *infinitivo* iterum tenet ordinarie *Tzeri.* Non raro & *Cholem:* ut הֵאָכֵל *comedi.* הִנָּתֵן *tradi.* אִדָּרֹשׁ *requiri, Esech.* 14: 3. per *Aleph* loco *He*, quod *Arabibus* perpetuum. Item cum solo נ, נִכְסֹף *tabescere desiderio, Gen.* 31: 30. נִשְׁלוֹחַ *mitti, Est.* 3: 13. נִשְׁאֹל *rogatione uti,* 1 *Sam.* 20: 6. &c. Etiam *Patach* hic admissum; præsertim cum *Gutturalibus*, & *Resch.* Absentia *accentus* pro *Cholem* & *Tzeri* postulat *breves* oppositas: ut הִשָּׁמֶדְךָ *deleri tui, internecio tui. Deut.* 28: 20. &c.

Præteritum ordinarie habet *Patach*, producendum in *Kametz* ob *Pausam.* Admittit & *Cholem:* ut נֶחְתּוֹם pro נֶחְתַּם *obsignatum fuit.* נֶהְפּוֹךְ *inversus fuit.* Vid. *Reg.* 53. *not.* ג. Etiam *Tzeri* in quibusdam *imperfectis* adhibitum: nec abhorret, idem in *perfectis* nonnunquam factum. Exempla nulla præ manibus.

Futurum similiter passim *Tzeri* possidet, in *Segol* migrans per *retractionem accentus* ad *penultimam*, cum *Vaw Conversivo*; ut וַיִּפָּקֵד. Etiam sine eo: ut תִּשָּׁבֵר *confringetur, Eccl.* 12: 6. & יִלָּכֵד *capietur: ibid.* 7: 7. *Patach* quoque satis frequens; ut יִשָּׁמַע *audietur, Esech.* 19: 9. יִשָּׁכַח *oblivioni dabitur. Ps.* 9: 19. תִּשָּׁבַר *confringeris. Esech.* 32: 28. יֵרָדַם *sopitus est; Jon.* 1: 5. וַיִּנָּפַשׁ *& recreatus est, Exod.* 31: 17. תֵּעָזַב *deseretur, Job.* 18: 4. Liquet nullum discrimen habitum literarum. Manet hoc *Patach* in *Pausa;* ut וַיֵּחָנַק *& strangulavit semet,* 2 *Sam.* 17: 23. וַיִּגָּמַל *& ablactatus est, Gen.* 21: 7. &c. &c. *Cholem* parcius occurrit in *perfectis.*

Imperativus iisdem legibus subjacet: nam pro הִשָּׁמֵר fit הִשָּׁמֶר *accentu* retracto ad *penultimam*, *Gen.* 24: 6. הֵאָנַח *ingemiscito*, cum *Patach* elatum, etiam in *Pausa*, *Esech.* 21: 6.

Participium amat *Kametz.* נוֹקָשׁ *illaqueatus*, an ex *Niph.* sit, dubitare liceat. Est potius a נָקָשׁ in *part. præs. kal.*, Si *Radix* sit יָקֹשׁ, malim cum Cl. *Cocc. præt. Niph.* Tamen *Tzeri* & hic obtinuisse, colligitur a *Grammaticis* ex *pluralibus* quibusdam: ut נִטְמֵאִים *polluti*, a נִטְמָא; nam a נִטְמָא fuisset נִטְמָאִים

נִבֵּא נִבְּאִין

Est subtiliusculum. נִמֹּלִים *circumcisi*, *Gen.* 34: 24. arguit & *Cholem* admissum.

III. *Pih-hel* in *Infinitivo*, *Tzeri*, *Patach*, *Cholem*, habet. *Segol* occurrit in לְצַחֶק *ad ludendum*, *Exod.* 32: 6. etiam *accentu* præsente. *Segol*, & *Chirek breve* quoque, promiscue pro *Tzeri* existunt, *accentu* absente.

In *Præterito* frequentissimum *Tzeri*. Sat crebrum & *Patach* cum *Gutturalibus*, & *Resch*: ut שִׁלַּח pro שִׁלֵּחַ *dimisit*. Etiam cum aliis: ut אִבַּד *perdidit*. לִמַּד *docuit*. &c. &c. Nonnulla *Segol* recipiunt; ut כִּבֶּס *lavit*. כִּפֶּר *expiavit*. דִּבֶּר *locutus est*.

In *Futuro* & *Imperativo* consimiliter *Tzeri*, *Segol*, *Patach*, obtinent. יְבַלַּע & יְבַלֵּעַ *absorbebit*. וַתְּחַלֶּלְנָה *Esech.* 13: 19. & *profanaverunt*.

Participium exit in *Tzeri*; rarius *Patach*. Non comparet hic *Segol*, nisi in privatione accentus: ob quam & *Chirek breve* assumi potest, tam hic, quam in præcedentibus.

IV. *Pyhhal* iterum in *Infinitivo* retinet *Cholem*: ut גֻּנֹּב *furto surripi*, *Gen.* 40: 15. *Tzeri* & *Patach* item adhiberi potuisse, *Analogia* suadet.

Præ

Præteritum & *Futur.* amant *Patach.* Unum adducitur per *Tzeri*, ex *Hos.* 13: 3. יְסֹעֵר *turbine abripitur.* Meretur examinari: nam ex forma *Pohel* סוֹעֵר *æstuare*, sensu prægnanti valere potest, *æstuante turbine sese rotare.*

Imperativum abfuisse a *Pyhhal* firmare videtur auctoritas *Ling. Arab.* quæ etiam in *passivis* plerisque ab hoc *Modo* abstinet, *Futurum* pro eo usurpans. Fateor rarum; sed nunquam adhibitum, haud adducor. Ne ergo præjudicata opinio officeret, ponendam duxi formam; quæ *Analogice* exit in *Patach.* Exemplum a Cl. *Cocc.* in *Lex.* adfertur ex *Esaj.* 8: 9. רֹעוּ *Sociamini:* a רֹעָה *sociatus fuit*, pro רָעָה. Sunt & mihi quædam, alibi promenda.

Participium habet *Kametz:* ut מְדֻבָּר *dictus*, *Ps.* 87: 3. מְאָדָּם *rubefactus*, *Nah.* 2: 3. מְעֻשָּׁקָה *oppressa*; *Jes.* 23: 12. מְבֹרָכִים *Benedicti.*

V. *Hiph-hil* amat ubique *Chirek longum* & *Tzeri.* Nihil firmi in subtilitate quorundam, qui privilegia horum, illorumve, *temporum*, ac *modorum*, indicare voluerunt. Promiscue dicitur הַעֲבִיר *traducere.* לְהַעֲבִיר & לַעֲבִיר *ad traducendum.* Item לַעֲבֵר: ut לַעְשֵׂר *ad decimandum.* & לַלְבֵּן *ad dealbandum*, *Dan.* 11: 35. ex לְהַלְבֵּן. Extat & לַשְׁמִיעַ pro לְהַשְׁמִיעַ *Ps.* 26: 7. לַנְפִּל pro לְהַנְפִּיל *Num.* 5: 22.

Istud *Tzeri* autem sæpe scribitur cum *Jod quiescenti*, ut הַשְׁמֵיד pro הַשְׁמֵד & הַשְׁמִיד *Amos.* 9: 8. הַעֲמֵיד *statuere.* הַבֵּים *vibrare aciem oculi.* יַגֵּיד *indicabit*, *Eccl.* 10: 20 *Exod.* 19: 3. Pro יַגֵּד vel יַגִּיד *annuntiabit.* Cur *Anomalum* vocitetur, non video. Est plenior, & pinguior, modus pronunciandi: ut exilior, & delicatior, alter ille, quo *Chirek parvum* pro *magno* venire potest, מַעֲבִר *traducens*; 1 *Sam.* 2: 24. תַּעֲבִר *traduces*,

Num. 32: 5. *Gen.* 32: 23. 2 *Sam.* 2: 8. &c.

Propter *Gutturales* & *Resch* sæpe adscitum *Patach*: וַיַּכְנַע *Ps.* 107: 12. *& contusum dedit.* וַיַּצְמַח *& micare fecit*, *Gen.* 2: 9. יַבְטַח *fidere faciet*, *Jes.* 36: 15. הַיְשַׁר *dirige*, *Ps.* 5: 9. הַרְחַק *remove longius*, *Job.* 13: 21. הַמְעַד *fac nutare.* *Ps.* 69: 24. Hac occasione יַדְבְּקוּ pro יַדְבִּיקוּ *assequentur*; aliaque, subnata: de quibus Cl. *Alt. Reg.* 172. Nempe *terminale Chirek* manere alias solet, ante *syllabas adformantes*; itemque *adfixa*, ut הַזְכִּירֵנִי *recordari mei.* הַזְכִּירְכֶם *recordari vestrum.* Extat tamen & הַזְכַּרְכֶם *recordari vestrum*, *Ezech.* 21: 24. Etiam *Segol* & *Chirek breve* ex *absentia accentus* oriri potuere.

VI. *Hoph-hal* in *Infinitivo* capit *Tzeri* & *Patach*: ut הָחְתֵּל *fasciari.* הָחֳרֵב *vastari*, 2 *Reg.* 23. הוּסַד *fundari*, pro הוּסֵד vel הוּסַד. Forma *fœmin.* הֻלֶּדֶת & הוּלֶּדֶת *Gen.* 40: 20. *Esech.* 16: 4. 4. sub *Reg.* 129. illustrabitur.

Præteritum & *Futurum* conspirant in *Patach*; ob *Pausam* in *Kametz* producendum. Sic הָשְׁלַךְ *projectus fuit*, fit הָשְׁלָךְ; cujus *fœm.* הָשְׁלָכָה *Esech.* 19: 12.

Imperativum quoque *Patach* habuisse, *Analogia* suadet. Hinc הָשְׁכְּבָה cum *He parag.* pro הָשְׁכַּב *Esech.* 32: 19. *dejicitor*, proprie *procumbere adigitor.* הָפְנוּ *Jer.* 49: 8. *obvertimini*; propr. *obverti cogimini.*

Participium postulat *Kametz* ut מָשְׁלָךְ *projectus*, מָקְרָח *decalvatus*; *Esech.* 29. 18. מָעֳמָד *constitutus.* מָאֳחָז *apprehensus.* מָחֳרָב *evastatus.* Semel *Patach* in מוּשַׁב *redditus*, *Gen* 43: 12. pro מוּשָׁב occurrere creditur. Ego *substantivum* esse suspicor; quod ibi singulari elegantia per *appositionem* adjectum: ut sit *argen-*

tum

tum illud, redhibitio illa, in os saccorum vestrorum.

VII. *Hithpah-hel* gaudet ubique duobus, *Tzeri*, & *Patach*. הִתְחַזֵּק & הִתְחַזָּק est *corroboravit se*, הִטַּהֵר & הִטַּהַר *mundavit se*. In *Pausa* pro *Patach* illo admittitur *Kametz*: ut הִתְפַּתָּל *intorques temet*, *Ps.* 18: 27. & יִתְבַּקָּעוּ *diffindent se*: *Mich.* 1: 4. &c. *Accentu* absente *Tzeri* illud corripi potest in *Segol*, & *Chirek breve*: ut וְהִתְגַּדִּלְתִּי וְהִתְקַדִּשְׁתִּי & *magnificabo me*, & *memet sanctificabo*, *Esech.* 38: 23. & *Lev.* 11: 44. הִתְקַדִּשְׁתֶּם *sanctificaveritis vosmet*.

VIII. *Hoth-pah-hal* item in *Patach* & *Tzeri* potuisse terminari, patet ex הֻכַּבֵּס pro הֻתְכַּבֵּס *ad lavandum sisti*, *Lev.* 13: 56. & *Deut.* 24. 4. הֻטַּמָּאָה *polluere semet facta est*, pro הֻתְטַמְּאָה. Ejusdem est formæ הֻדַּשְׁנָה *obesare semet factus est* gladius &c. *Esaj.* 34: 6. pro הֻתְדַּשְׁנָה, secundum *Reg.* 112. Cl. *Alt. Reg.* 120. post *Pagnin.* p. 420. hæc posuit tanquam per specialem *Anomaliam* conflata ex *Hophal*, & *Hith-pahhel*: sed ambigi nequit, quin genuina sint specimina & הָתְפַּקֵּד, vel הָתְפַּקַּד *Hoth-pakad*, *sisti ad recensendum*; *Num.* 1: 47. & 2: 33. & 26: 62. nec non 1 *Reg.* 20: 27. ubi gemina *forma passiva* conjungitur הָתְפָּקְדוּ וְכָלְכְּלוּ *adacti sunt ut sisterent se ad recensendum*, & *collecti sunt in numerum*. Longe fortius est, quam הִתְפָּקְדוּ *Jud.* 20: 15. quod *Active* est *recensendos se dederunt*. Dicere cum *Grammaticis* Ἀνωμαλῶς הָת in hisce positum pro הִת, tantundem est ac si *Hoph-hal* pro *Hiph-hil* venire posse contendas.

IX. Speciem *Pohel* supra adstructam dedi. Eam *Pagnin.* *pag.* 377. post *Kimch.* toto *Paradigmate* executus. In *terminali Puncto* convenit per omnia cum *Pihhel*: ut non necesse sit quicquam hic distinctius submonere. Tantum dicam, magno *Analogiæ* damno factum, quod forma hæc a Recentioribus *Gramma-*

maticis omissa, & cum *Pibbel* confusa fuerit.

Adhæsum propterea ad *formas* הֹרוֹ *concipere* & הֹגוֹ *meditari*, vel *proferre*, *Esaj.* 59: 13. Cl. *Alt.* censet Ἀνωμάλως mixturam factam ex *Participio* הֹרֶה & *Infinit.* הֹרֹה *concipere*, &c. Cl. *Cocc.* in *Lex.* autumat esse *Infinitiv.* in *Kal* pro הָרֹה & הָגֹה. Arcessitum, & coactum, utrumque. Pro *Infinitivo Pobel* nil simplicius, evidentiusque, ob ultimam *He*; cujus *Origo Vaw*: unde הוֹרֵו, & הוֹגֵו, sponte in הֹרוֹ, & הֹגוֹ, convergunt.

In *Præterito* habes 1 *Sam.* 21: 2. יוֹדַעְתִּי *condixi*, *locum* nempe & *tempus*: quod signatius multo in hunc sensum, quam יִדַּעְתִּי. ex *Pibbel*, quamvis non absimili usu auctum sit *Job.* 38: 12. Discrimen tantum, quantum inter *indicere*, & *condicere*. Ex *perfectis* sic flexum porro שֹׁרֵשׁ *Radices egit*, *Esaj.* 40: 24. At שֵׁרֵשׁ pro שֹׁרֵשׁ est *eradicavit*: *Ps.* 52: 7. Cum *Patach* quoque, in *Kametz* producto, occurrit hinc שֹׁרָשׁוּ *Radices egerunt* *Jer.* 12: 2. Non est *Pybbal* pro שֻׁרַשׁ; nam ista forma valet *eradicari*; *Job.* 31: 8. Consimiliter iterum זוֹרֵם *exæstuare fecit invicem*, *mutuo concursu*, & *collisu*, reperies *Ps.* 77: 18. quod multo fortius, quam זֹרֵם, pro זֵרֵם, ex *Pibbel*. Item שׁוֹסֵה *Esaj.* 10: 13. a שָׁסָה, *direptavit*, amplius quid fert, quam שִׁסָּה.

Futurum sistit *Hos.* 13: 3. in יְסֹעֵר *turbineo motu sese rotat*.

Imperat. est זֹעֲמָה *detestator*. *Num.* 23: 7. Tetigi p. 154.

Participium occurrit *Job.* 9: 15. מְשֹׁפְטִי *disceptans mecum*. Item *Ps.* 101. 5. מְלוֹשְׁנִי *obtrectator mihi*, ad *Masorethurum* punctaturam. Literæ מְלֹשְׁנִי requirunt. Cur mutaverint, alibi dis-

discutiendum. Ceterum verba *deficientia media rad.* hanc *formationem*, ut opportunissimam sibi, mirifice amant. Ita גּוֹלֵל *volutavit.* סוֹבֵב *circumcinxit* &c. De quibus *Reg.* 125. plura.

X. Passivum *Pohal* frequentissimum in *defect. med.* ut עוֹלַל *identidem exhaustus est.* &c. In aliis rarius. Tale הוֹגָה 2 *Sam.* 20: 13. *remotus fuit.*

XI. *Hithpohel* evidenter notari potest in הִתְגֹּעֵשׁ *concutere semet*, *Jer.* 25: 16. & 46: 8. Item מִנֹּאָץ *Jes.* 52: 5. *irritatum*, pro מִתְנֹאָץ. Hæc ex *Pyhhal*, & *Hith-pah-hel*, coaluisse, gratis dicitur. Talia passim obtinent in *defect. med.* ut הִתְרֹצֵץ *semet confringere.* הִשְׁתּוֹלֵל *spoliandum se dedere*, pro הִתְשׁוֹלֵל *Esaj.* 59: 15. Inde more *Aramæo Ps.* 76: 6. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *spoliandos se dederunt.*

XII. *Pehal-hal* procedit ad normam *Kal*; ut *Ps.* 38: 11. לִבִּי סְחַרְחַר *cor meum vagabundum est.* Ita חֳמַרְמַר *Job.* 16: 16. *æstuabundus fuit luto*, *fermento* &c. Non est pro חָמַר in *Pyhhal*, ut Cl. *Cocc.* in *Lex.* innuit: sed *species* peculiaris quæ magnam *Derivatorum* copiam profudit. יְרַקְרַק *intense flavus.* עֲקַלְקַל *tortuosissimus.* הֲפַכְפַךְ *perversissimus.* חֲלַקְלַק *glaberrimus*, & *lubricissimus.* אֲדַמְדָם *valde rubicundus.* שְׁחַרְחֹר *valde niger.* פְּתַלְתֹּל *valde contortiplicatus.* אֲסַפְסֻף *colluvies. Turba vilissima.*

XIII. *Pih-lel*, & *Pah-lel*, imitatur *Pihhel*, & *Pahhel.* Tale est רַעֲנַן & רַעֲנָן *prolixis & propendulis ramis fuit* arbor: quæ ἀμφιλαφὴς *Græcis.* Radix רָעַן *laxe propendit*, & *prominuit.* Ejus

 præ-

præteritum extat *Job.* 15: 32. in 3. *fœm.* רַעֲנָנָה cum *Kametz* ob *Pausam.* Derivatum רַעֲנָן *læte florens*, *vigensque*, aliquoties reperitur. Ejusdem formæ est *part.* מְטַחֲוֶה *jaculans*, pro מְטַחֲוֶן, a טָחַו, sive טָחָה *jecit:* de quo vide ad *Job.* 38: 36. Ingens hinc subnata suboles. פִּרְחַח *pullities.* גִּבֵּן *gibbosus.* נַאֲפוּף *adulterium.* שַׁעֲרוּרִיָּה & שַׁעֲרוּרִית *facinus horrendum.* חַכְלִילִי *Rubicundus.* חַכְלִילוּת *livor rubens.* שַׁפְרִיר *tentorium speciosum*: quod adferri solet in *Lexicis* sub שָׁפַר *speciosus fuit.* Dubito. Per שׁ servile forte a פֵּרֵר descendit. Ab hac *specie* item fluxere omnia illa quæ *tribus radicalibus præsentibus*, in *motione*, *declinationeque* omni, *Dagesh forte* adsciscunt. קְטַנִּים *parvi.* שְׁפַנִּים *cuniculi,* אַשְׁמַנִּים *præpingues* &c. quæ Reg. 64. tacta.

XIV. *Pyhlal* omittere ausus non sum, quod *Analogia* hanc formam quoque usitatam fuisse suadeat. Tale vulgo censetur אֻמְלַל *languidus fuit*, ab אָמַל. Id alibi examinandum.

XV. *Hith-pah-lel* certissimæ est auctoritatis: ejus *forma* eusum signantissimum illud verbum הִשְׁתַּחֲוָה pro הִשְׁתַּחֲוֵו *prostravit se adorabundus*, a שָׁחָה, שָׁחַו, *alt. Vaw.* Ejus *infinit. fœm.* est הִשְׁתַּחֲוָיָה *adoratio:* 2 *Reg.* 5: 18.

XVI. *Schaph-hel* liquidissima habere jura, nemo præjudiciis vacuus ambiget. Supra p. 285. שַׁכְלֵל a כָּלַל *consummavit*, ex *Esr.* 5: 11. adductum. Adde שֵׁיצִיא pro שֵׁיצֵיא *Esr.* 6: 15. *absolutum fuit.* Origo יָצָא *exiit*; *ad finem pervenit.* Sic שַׁלְהֶבֶת *flagrantia ardentissima*, *Cant.* 8: 6. *Esech.* 21: 3. Id ri-

te

te a Cl. *Cocc.* in *Lex.* ordinatum sub לַהַב *flamma.* Ejus *Thema* deperditum *Arabes* nobis reponunt לָהַב, *flagravit flamma puriore.* Est antiquissimum vocabulum, ut patet ex *Job.* 15: 30. Hanc ergo *speciem* a *Grammatica Hebræa* diutius exulare par non erat. Ea simul ad *Harmoniam* cum *Dialectis* mirifice prælucet.

XVII. *Schaph-hal* agnoscere est in שַׁבְהָרָא *gloria*, a שַׁבְהַר *gloriatus est*, similibusque, apud *Aramaeos.* Primigenium est בְּהַר *splenduit.* Sed hæc alium poscunt locum.

XVIII. *Hisch-taph-hel* apud *Chaldæos* & *Syros* perusitatum. הִשְׁתַּכְלַל *absolutus fuit*, *Esr.* 4: 13. Apud *Arabes* eadem hæc *forma* longe, lateque, funditur per universum *Linguæ* ambitum; ut vix ulla *Radix* sit, quæ non hac *decima*, ad eorum calculum, *conjugatione* mactari queat. Sic اِسْتَلْهَبَ אִשְׁתַּלְהַב *Petiit ut flammaret* &c. &c.

CXX. Ex auctis *verbi speciebus*, & *formis*, *Anomaliæ*, quas induxerant *Grammatici*, maximam partem tolluntur: nec valde firmum, ne verisimile quidem, quod tradi solet, *nonnunquam* vel *diversas conjugationes*, vel *diversa tempora*, *in una dictione confundi.*

א. In priori Classe locat Cl. *Alt.* יִרַדֹּף *Ps.* 7: 6. ex *kal* & *Pihhel*, *persequatur* & *persequi faciat.* Argute. Alii ex *Hithpahhel* commodius arcessivere, cum *termin. puncto Cholem*, pro יִתְרַדֵּף, ad *Reg.* 112. *Episc. Cicestr.* vocat *Monstrum verbi*; & *frustra Linguæ imputari* censet *Librarii errorem.* Præiverat Cl.

Cler. Nil facilius tali *Crisi:* qua temperasse, doctius, credo, fuerit, & prudentius. *Hith-pahhel* ergo ibi tenuerim, ut sit *indefinenter* & *intensissime persequitur.* Dices יִרְדֹּף sic scribendum fuisse; quod *Resch* non patiatur ante se *Chirek breve* sine compensatione. Quidni? Lingua viva parum curat tales regulas. In *Cholem* autem omnia *futura* olim exire potuisse, credibile.

Ex *Niphhal* & *Pyhhal* conflatum censetur נְגֹאֲלוּ *polluti sunt*, *Esaj.* 59: 3. *Rabbini* quidam veteres inde elicuere diversam *speciem*, sive *conjugationem*, quam נִפְעַל *Nepohal* vocitabant. *Spin.* *Comp. Gram.* p. 79. conjicit, נ fuisse *Characteristicam universalem passivorum*; ut *Pyhhal* primitus fuerit *Nepyhhal*. Sic resolvendum quoque videtur נוּלְּדוּ *nati sunt*, pro נוֹלְדוּ, a *Themate* וָלַד. Hæc latiora exigunt spatia.

Ex *Niphhal* & *Hith-pah-hel* coaluisse volunt וְנִכַּפֵּר & *expiabitur:* *Deut.* 21: 8. וְנִוַּסְּרוּ *erudientur*, *Esech.* 23: 48. נִשְׁתָּוָה *æquatur*, *Prov.* 27: 15. Non nimis audax esset, qui hinc novam *speciem* exsculperet, *Nith-pah-hel*; nec tamen illuc nunc procedo: quod hæc ex *Syriasmo* aliter adhuc expediri, & constitui, posse videantur.

De הִתְנֹגְעַשׁ *concutere se*, quod ex *Pyhhal* & *Hith-pahhel*; item הֻכַּבֵּס *ad lavandum sisti*, similibusque, quæ ex *Hoph.* & *Hitpahh.* commixta ajunt; nullus scrupulus supererit, *speciebus Hithpohel*, & *Huthpahhal*, restitutis.

Quod tanquam ex *Hiph.* & *Hoph.* adfertur, in הֻנִּיחָה *deposita est*, *Zach.* 5: 11. alterius est naturæ: est enim concinnatum ex diversis *Radicibus*, יָנַח, & נִיחַ. Tale est *Zach.* 10: 8. הוֹשְׁבוֹתִים *faciam eos reduces sedere*, forma partim ex יָשַׁב *sedit*, partim ex שׁוּב *rediit*, coalita. Bene multa talia colligi possunt.

ב. Quod *diversa tempora* in unum coiisse dicantur, etiam alienius: nec puritate Linguæ satis dignum. הֹרוֹ *concipere*, & הֹגוֹ *proferre*, *Esaj.* 59: 13. supra jam ad *Infinitivum Pohel* reduximus; ut non sine insigni errore ex *Partic.* & *Infin. Kal* mixtum esse tradatur.

Futurum & *Præteritum*, in אֶגְאָלְתִּי *contaminavi Esaj.* 63: 3. neutiquam conjuncta; quum sit forma *Aramæa* pro הִגְאַלְתִּי: *Reg.* 112. 119. Intricatius est 1 *Sam.* 25: 34. וַתָּבֹאתִי & *venisti*. Substituunt *Masorethæ* וַתָּבֹאת: quod parum, aut nihil, juvat. Ajunt, cinnum factum ex בָּאתִי *venisti*, & תָּבֹאִי *venies*. Aliis simplicius est *fut.* cum *He parag.* trajecto in *Taw*: ut *Deut.* 33: 16. & *Job.* 22: 21. Mihi nunc succurrit antiqua facies *Linguæ*, quæ תָּבֹא אַתְּי *venis tutemet*, contraxit in תָּבֹאתִי. Conf. *Reg.* 115.

Eodem fere modo expedienda, quæ ex *Participio* & *Præterito* creduntur constare. שֹׁכַנְתִּי *quæ habitans est*: ex שֹׁכֶנֶת, inquiunt, & שָׁכַנְתִּי, *Jer.* 51: 13. Sic יֹשַׁבְתִּי *sedens*, *Jer.* 22: 23. & מְקֻנַּנְתִּי *nidulans*, *ibid.* In hisce nihil de *Præterito* admixtum, tam parum quam in מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *adorantes vos*, *Esech.* 8: 16. quod contractum ex מִשְׁתַּחֲוִים אַתֶּם. Indocte *Spin.* p. 109. vocat *vitium festinantis calami*. Est flos lectissimus. Ita *Syri* פָּקְדִיתוֹן *visitantes vos*, pro פָּקְדִין אַתּוּן. Eadem norma שֹׁכַנְתִּי est שֹׁכֶנֶת אַתְּי *habitans tu*, מְקֻנַּנְתִּי *nidulata tu*, pro מְקֻנֶּנֶת אַתְּי &c. &c. At מְקַלְלוּנִי *maledicentes mihi*, *Jer.* 15: 10. videtur esse *plurale antiquum* מְקַלְלוּן pro מְקַלְלִין, ut וּן & ין apud *Arabes* obtinent in *masc. plur.* Possis quoque compositionem e tri-

tribus statuere, pro מְקַלְלְוֹנִי *maledicens sibi me*; per *adf.* ו & נִי. Nulla in his, aliisque apud *Pagn.* & *Kimch.* temporum variegatio, aut mixtura.

SECTIO VIII.

De Verbis Imperfectis.

CXXI. Imperfecta vocari solent *verba*, quæ vel *numerum trium radicalium* excedunt, vel *eundem* non implent; partim per *elisionem*, adhibito *Dagesh forti*; quem *defectum* appellant: partim per *quietem*, quum aliqua e *Literis* אוי *motum* suum amittit.

Sic *tres* existunt *ordines* talium *verborum*: *Pluri-litera*, *Defectiva*, & *Quiescentia*: quæ divisio omnium justissima videtur, & commodissima. *Grammatici Orientales*, primique *Rabbini*, aliis denominationibus usi, in re ipsa nihil dissentiunt.

Cavendum ne *imperfecti verbi* appellatio *imperfectam*, & *mancam*, pariat ideam, quasi aliquid veræ *imperfectionis* iis adhæreret, atque alterius essent tum naturæ, tum conditionis, quoad ipsam *Originem*, quam *Perfecta*. Præjudicata ista opinio non imperitiores tantum, sed & peritissimos virorum, implicuit plus, minusve; atque præcipue in causa fuit, quod hæc verba naturalem suam lucem, & gratiam, amiserint; & Linguam denormasse quasi censeantur; quum

quum tamen eam admirabiliter potius ornent, & ditent; tum per ſe, tum per numeroſiſſimam derivatorum ſuorum familiam.

CXXII. Primus *Ordo pluriliterorum*, ſtricte loquendo, ea tantum complectitur verba, quæ e *quatuor*, aut *quinque*, *diverſis radicalibus* conflantur; vel ſaltem pro *compoſitis* haberi poſſunt, qualia ſunt quæ apud *Græcos*, & *Latinos*, e *nomine* & *verbo* coaleſcunt. Compoſita per *præpoſitiones*, Orientales noſtræ *Linguæ* penitus ignorant.

א. Nempe *plurilitera*, proprie dicta, alia cenſeri non poſſunt, quam quæ per *compoſitionem* formata: qualis in *Trucidare*; *Belligerare*; *Tortiplicare*; *Multiplicare*; ſimilibuſque cernitur. *Græca Lingua* hoc in genere opulenta, & potentiſſima. Apud *Arabes* talia ferme ex *gemina radice* concreſcunt in *formam quadriliteram*, quæ utriuſque poteſtatem exerat. Ita قَرْضَبَ קִרְצֵב eſt *vulſim cædere*, a קָרַץ *vellere*, & קָצַב *cædere*: Similiter חִרְצֵב *acriter ſculpſit*, *incidit*, unde חַרְצֹב, *fœm.* חַרְצֻבָּה *nodus*, *dolorve*, *acerrimus*: *Pſ.* 73: 4. ex חָרַץ & חָצַב; vel צָבַב potius. Talia ſunt כִּרְסֵם vel כִּרְסֵם *Pſ.* 80: 14. *evaſtavit.* פַּרְשֵׁז *expandit*, *Job.* 26: 9. רֻטֲפַשׁ *recreatus fuit*, *Job.* 33: 25. מְכֻרְבָּל *indutus*. Duo priora ſunt ad normam *Punctationis* in *Pibbel*: duo poſteriora ſequuntur legem ꝰ *Pybbal*. Inde nemini dubium relinquitur, quin vivente *Lingua* tres minimum *ſpecies*, *Pibbel*, *Pybbal*, & *Hith-pah-bel*, imitantes, hinc ductæ fuerint.

I. רִטְפֵּשׁ vel רַטְפֵּשׁ, a רָטֹב *maduit*, & פּוּשׁ *turſit*, q. d. *recenti virore turgeſcere.*

II. רֻטְפַּשׁ vel רֻטְפַּשׁ *recenti virore turgeſcere factus eſt.*

III. הִתְרַטְפֵּשׁ *recenti virore ſeſe turgere oſtendit*, *jactavit.* &c,

Hoc

Hoc appellare fas nobis fit verbum *pure quadratum*: quod genus late fusum fuisse per *Linguam Hebræam*, æque ac *Chald. Syr.* & *Arab.* bona *derivatorum* copia arguit: ut גַּלְמוּד ex גָּלַד *durus fuit*, & גָּמַד *glaciatus fuit*, unde גַּלְמֵד *eduruit in glaciem*, aut *saxum*. &c.

Aliquando hæc in *quinque* vel *sex literas* extenduntur: ut שַׁלְאֲנָן *liquide fusus*, a שָׁלָה *defæcatus fuit*, & אָנַן *fluxit*. שְׁקַעֲרוּרָה *cavitas*, sive *lacuna*, a שָׁקַע *sidere*, & קָעַר *cavum esse*. Alii aliter: ut sane universum hocce genus *pluriliterorum* in precaria admodum, & quæsita, *Etyma* distrahi solet. *Quinque* literas habes in חַלָּמִישׁ *glaberrimus silex*, a חָלַק *glaber*, & מִישׁ *palpatio*. עֲטַלֵּף *vespertilio*, a עָטַל *obscurus fuit*, & עוּף *volavit*; quasi עֲטַלְעֵף *in obscuritate volitans*. &c. &c.

An & talia *conjugari* potuerint, & שְׁקַעֲרַר *verbi* naturam induerit, ad normam פְּעַלְעַל, mihi necdum liquet. Est satis verisimile: suntque in *Dialectis* vestigia nonnulla, quæ huc ducant.

Aliud adhuc *pluriliterum*, ex *compositione* ortum, censetur יְפֵיפִיָּה *Ps.* 45: 3. Ejus partes, יְפִי *pulchritudo*, vel יֳפִי, & יָפָה *pulcher fuit*: q. d. *pulchritudine pulcher fuit*. Cl. *Alt.* putat esse *primæ* & *secundæ radicalis*. Hoc efficeret novam *speciem* פְּעַפְעַל; quam assumere necdum ausim.

ב. Quæ per *reduplicationem literarum radicalium* existunt, citra *compositionem*, improprie *pluriliteris* accensentur. Debuissent inde ab initio in *Catalogum conjugationum*, vel *specierum* potius, referri. Certe quæ *tertiam radicalem* geminant, נַאֲוָה *decorus fuit*. טַחֲוָה *jaculatus est*: & הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, aperte ad *speciem*

Pih-

Pih-lel, & *Hithpablel*, pertinent. נִפְלַל quod ex *Esech.* 28: 23. adductum a Cl. *Alt.* nec sonat *cadet*, a נָפַל, nec *judicabitur*, a פָּלַל; sed *concidetur*; a primaria notione Thematis פָּלַל *se*-*cuit*. Est ergo in *Niph-hal*; non in *Pih-lel*. Quæ autem *ultimam* reduplicant, non majori jure verbis *imperfectis*, & *quadratis*, accensita, quam *Pih-hel*, *Pyh-hal*, & *Hith-pah-hel*; quæ & ipsa per *redupl. mediæ* utique *quadrata*; si *literas* numeremus. Inde liquido colligere est, male factum a *Grammaticis*, quod *Pih-lel*, *Pyh-lal*, & *Hith-pah-hel*, huc rejecerint, quum *tribus radicalibus præsentibus* nihil *imperfecti* habeant hæ formæ. Si cui aliter videatur, suo sensu abundet; quum nobis perinde sit, ubi loci hæ *tres species* recenseantur, si modo, quod par est, vim, & dignitatem, quam iis restituimus, obtineant.

Idem monitum esto de iis, quæ *secundam & tertiam* congeminant; ut חֲמַרְמַר *admodum lutulentus fuit.* Ad *Imperfecta* a Cl. *Alting.* aliisque relegatur. Nos *Perfecti* inde *speciem* assumere, re, & ratione, jubente, ausi.

3. Sunt aliæ adhuc *formæ quadratæ*, minus rite, ut videtur, in censum *Imperfectorum* relatæ. *Prima* est, תַּחֲרָה pro תִּחְרָה, vel תְּחָרָה, unde *Jer.* 12: 5. תְּתַחֲרֶה in *fut. miscebis te in certamen*; *concertabis*. Plerique pro תִּתְחָרֶה in *fut. Hitpah.* a חָרָה *arsit*, positum volunt. Alii inde derivant *Quadratum imperfectum* תַּחֲרָה. Mihi verisimilius, esse *speciem perfecti* per ת *præformativum*: quale תִּרְגֵּם *Chald.* & *Arab.* تَرْجَمَ *interpretem egit.* Item תַּלְמֵד تَلْمَذَ *discipulum egit.* Sic conformatum *Hos.* 11: 3. תִּרְגַּלְתִּי in 1. *præt.* a תִּרְגֵּל. Sunt qui pro הִרְגַּלְתִּי *assuefeci*, id positum volunt, cum quibus Cl. *Alt.* stat, sub *Reg.* 112. Rectius *Cocc.* in *Lex.* novam *Ver*-

 bi

bi speciem facit, ut תִּרְגֵּם, תִּרְגַּלְתִּי: vertens, *pedem contuli*. Ergo, *Pedissequum egi*, significare suspicor. *Spin*. p. 74. nimis fidenter *Substant*. תִּרְגֶּלֶת adscivit, pro *fœmina quæ pueros doceat ambulare* &c. Potuisset plausibilius multo formam תִּרְגֵּל tenuisse.

Alteram *speciem quadratam* præbet הִשְׂמְאִיל, & per otium ִ *Aleph*, הִשְׂמְאִיל: *sinistram petivit*. Est verbum sat crebri usus. Ad legem *Hiph-hil* conformatum est a שְׂמֹאל *læva*, cujus *Rad*. שָׂמַל *involvit*. Hinc שְׂמָאלִי *sinister*. Extitit ergo *species verbi perfecti*, quæ inter 2. & 3. *radicalem* inseruit *Aleph*. Apud *Arabes* multa talia asservantur.

ד. Catalogo *pluriliterorum* inserta & *Quadrata*, quæ a *Verbis defectivis med. rad.* nec non *quiescentibus media*, itemque *tertia*, ut multis visum, descendunt. Talia sunt גִּלְגֵּל *volutavit*, a גָּלַל *volvit*, pro גִּלֵּל ob similium literarum fugam, reduplicata prima, cum fractione valde grata verbi. Item חִלְחֵל *dolere*, a חוּל, post suppressam mediam ו; *prima & tertia reduplicatis*. Creduntur & a *quiesc*. 3. *He* subnasci: ut שִׁעֲשַׁע *oblectavit se*, in *Lexicis* sub שָׁעָה ordinari solet. עַרְעֵר *nudare*, a עָרָה, & alia; quæ limpidius fluent, si a *Defect*. & *quiesc*. *media* deriventur. A שָׁעַע *laxo gutture fuit*, ortum שַׁעְשַׁע; &, ante gutturalem retento *Chirek*, שִׁעֲשַׁע *oblectationem cepit*, *Jes*. 11: 8. item, *oblectavit*, *lactavit*, *Ps*. 94: 19. in *fut*. יְשַׁעַשְׁעוּ; quod & יְשַׁעַשְׁעוּ. Ejus *passivum* שֻׁעֲשַׁע *Esaj*. 66: 12. ut *frequentativum* הִשְׁתַּעֲשַׁע *Ps*. 119: 16. En iterum *tres species*, distincte tenendas.

I. גִלְגֵל *volutavit*, a גָלַל: item *rotavit se*, a גָּל vel גִּיל

II. גִלְגַל *passivum* utriusque.

III. הִתְגַלְגֵל utriusque *frequentativum* cum *vi reciproca*. Si prima fuerit sibilans, mira subnascitur fractio: ut *Nah.* 2: 5. הִשְׁתַּקְשֵׁק pro הִתְשַׁקְשֵׁק *discursitare*. Radix שׁוּק & שָׁקַק.

CXXIII. Secundus *Ordo Defectiva* complectitur *verba*. Ea sic dicta, quod *elisionem*, vel *defectum*, subire ament unius, duarumve, e *radicalibus*, ad suaviorem pronuntiationem. *Defectus* ille incidit vel in *primam*, vel in *secundam*, vel in *tertiam*: unde tres *Classes* sponte existunt. I. Eorum quæ inchoantur a *Nun*: ut נָבַל & נָבֵל *marcuit*: &c. &c. Eorum II. quæ *duas postremas similes*, easdemque *mobiles*, habent; ut גָלַל *volvit*: &c. III. Eorum quæ in *Nun*, vel *Taw*, exeunt, ut שָׁמֵן *pinguis fuit*. שָׁבַת *quievit*.

א. In genere præmonendum, omnia hæc *Verba* in *Origine* esse *perfecta*: *perfectamque conjugandi rationem* & tenuisse olim; & in sacris sæpissime retinere. Non est ergo, quod *veram* quis sibi *imperfectionem* in hisce imaginetur: multo minus *diversæ* inde *Conjugationes* constituendæ: uti *Mosi Kimchio*, *Spinosæ*, aliisque nonnullis placitum. Quicquid mutationis in hæc inductum, ab *Euphonia* profluxit; molliorequé quodam flexu, quem sibi *Dialectus Hebræa* præ *Chald. Syriaca*, & *Arabica*, domesticum fecit; veteri tamen forma neutiquam repudiata; atque a pomœriis Linguæ exclusa.

ב. Idem hocce clarius adhuc percipietur, ubi monuero *defectum* hunc non esse illum, quem *Grammatica Latina* & *Græca*

 no-

notat, in verbis bene multis, quæ *normam Paradigmatis* explere nequeunt; ut *inquam*; *infit*; *ajo*; *quæso*; similibusque: sed esse *elisionem literæ* incommodioris, quæ per *duplicationem* sequentis mox pensetur, vel explicite, vel implicite saltem.

A tironibus notandum discrimen, quod inter *Defectiva* & *Quiescentia* intercedit. *Defectiva* nempe literam omissam, statim ac possunt, compensant per *Dagesh forte* sequenti inditum: *Quiescentia* compensationem non exigunt.

CXXIV. Quod ad *primam Classem*, inchoata a *Nun* illud elidunt plerumque, quoties *prima Radicalis* non *Vocalem* habet, sed *Schevate quiescente* adfecta, ob *præformantes*, ex *Reg.* 112. syllabam claudit.

Fit hoc in *Fut. kal*; in *præt.* ac *part. Niphhal*; in *Hiphhil*, & *Hophhal* totis: ut יִצֹּר pro יִנְצֹר *servabit*; נִצַּר pro נִנְצַר *servatus est*, cum *part.* נִצָּר pro נִנְצָר *servatus*. הִצִּיר pro הִנְצִיר *servare fecit*. הַצֵּר pro הַנְצֵר *servare facere*. &c. הֻצַּר pro הֻנְצַר *servare factus est*. &c.

Apparet *defectum primæ* mox per *Dagesh forte* suppleri: atque nihil aliud hic fieri, quam quod *Latina* pronunciatio adfert in *Colligo* pro *Conligo* &c.

Defectus etiam existit in *imperat.* & *infin. constr. kal*, ad imitationem *Futuri*; nam a יִגַּשׁ *appropinquabit*, pro יִנְגַּשׁ, in *imper.* oritur גַּשׁ pro נְגַשׁ *appropinqua*; & in *infin. Constr. masc.* גַּשׁ vel גּוֹשׁ, pro נְגַשׁ vel נְגוֹשׁ *appropinquare*: in *fœm.* autem גֶּשֶׁת pro נְגֶשֶׁת; quod male *Taw Paragogicum* vulgo

cen-

censetur. Consimiliter a יִטַּע *plantabit*, nascitur מַטָּע *plantato*; item *plantare*, forma *masc.* ut מַטַּעַת *fœm.* pro מְטַּעַת ex *Reg.* 63. *num.* IV.

Reliquæ omnes *conjugationes*, sive *species*, nullum *defectum* pati possunt: quia *prima radicalis* nusquam syllabam claudit.

Media *Gutturalis* etiam *elisionem* plerumque impedit: ut יִנְאַץ *spernet*. יִנְהֹם *fremet*. יִנְחַת *descendet* &c. Dicitur tamen & יֵחַת; nec non יֵחַת; *Prov.* 17: 10. item נִחַם pro נִנְחַם *consolationem percepit*. Plura sic conformata olim, nullum esse potest dubium. Contra quæ *mediam* habent *Dagessabilem*, ubique etiam *Nun* suum retinere potuerunt. יִנְצֹר *servabit*, *Deut.* 33: 9. יִנְגֹּשׂ *exiget*, *Esaj.* 58: 3. לִנְפִּיל *ad cadere faciendum*, *Num.* 5: 2. הָנְתַּק *avulsus est*, *Jud.* 20: 31.

א. Nihil æque *Grammaticam Hebræam* implicuit, & conturbavit, quam quod *verbis* quæ *imperfecta* vocitantur, jus *formæ perfectæ* fuerit ademtum. Semel ergo *generatim* dictum esto, nullum omnino dari vel *Defectivum*, vel *Quiescens*, quod non *ad perfectam normam* potuerit *conjugari*: atque illuc etiam a nobis revocari debeat, si *Fundamenta Punctaturæ*, & *Linguæ*, rite constabilire velimus. Quam necessarium sit monitum hocce, ad quasque classes suo loco patescet. Pro hacce nostra nunc habeatur, non *Anomalum* proinde censendum, si *Nun* ante *Dagessabiles* maneat; est enim pura puta *Analogia*, i. e. antiquum *Linguæ* jus: nec contra, *Anomaliam* dicendam, quum *Nun* ante *indagessabiles* excidit.

ב. Ut ergo *justa* horum verborum *idea* statim imbibatur, *verbum* נָגַשׁ *appropinquavit*, quod *Paradigmatis* loco retinebimus, ad instar פָּקַד per omnes species *perfecta forma* conjugandum. Inde demum veniendum ad mutationes per *elisionem* vel *defectum primæ radicalis* introductas.

Paradigma Verborum Defectivorum Prima radicali.

KAL.

Infinitivus Absolutus, ut & *Præteritum*, cum *Participio* utroque, *defectum* nunquam patiuntur.

Infinitivus Constructus Perfectus.

נְגוֹשׁ   בִּנְגֹשׁ   לִנְגֹשׁ

Defectivus Masc.

גּוֹשׁ   גֶּשׁ   גַּשׁ

Fœm.

גְּשָׁה   גֶּשֶׁת   בְּגֶשֶׁת   לָגֶשֶׁת

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּגַּשְׁנָה	יִגְּשׁוּ	תִּגַּשׁ	יִגַּשׁ	3.
תִּגַּשְׁנָה	תִּגְּשׁוּ	תִּגְּשִׁי	תִּגַּשׁ	2.
Com.	נִגַּשׁ	Com.	אֶגַּשׁ	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
גַּשְׁנָה	גְּשׁוּ	גְּשִׁי	גַּשׁ

NIPH-

NIPHHAL.

&c.	נִגַּשְׁתְּ	נִגַּשְׁתָּ	נִגְּשָׁה	נִגַּשׁ	*Præteritum.*
&c.		נִגֶּשֶׁת	נִגָּשָׁה	נִגָּשׁ	*Participium.*

Reliqua semper perfecta: ut *infin.* itemque *imper.* הִנָּגֵשׁ: *fut.* יִנָּגֵשׁ. &c. &c.

HIPHHIL.

&c.	לַגִּישׁ	לְהַגִּישׁ	הַגִּשׁ ג	*Infinitivus.*
&c.	הִגַּשְׁתָּ	הִגִּישָׁה	הִגִּישׁ	*Præteritum.*
&c.		תַּגִּישׁ	יַגִּישׁ	*Futurum.*
&c.		הַגִּישִׁי	הַגֵּשׁ	*Imperativus.*
&c.	מַגֶּשֶׁת	מַגִּישָׁה	מַגִּישׁ	*Participium.*

HOPHHAL.

&c.		לְהֻגַּשׁ	הֻגַּשׁ	*Infinitivus.*
&c.	הֻגַּשְׁתָּ	הֻגְּשָׁה	הֻגַּשׁ	*Præteritum.*
&c.		תֻּגַּשׁ	יֻגַּשׁ	*Futurum.*
&c.		הֻגְּשִׁי	הֻגַּשׁ	*Imperativus.*
&c.	מֻגֶּשֶׁת	מֻגָּשָׁה	מֻגָּשׁ	*Participium.*

ג. Restituere ausus fui formam *masc. infin. constr.* quam *Analogia* vel sine exemplis adfirmat. Iis tamen non destituimur. A נָשָׂא *sustulit*, habemus plene נְשׂוֹא *tollere*, in בְּנָשְׂאִי *Ps.* 28: 2. & *defective* שׂוֹא *Ps.* 89: 10. Ejus *fœm.* שְׂאֵת in שֵׂאת transit; ex *Reg.* 63. *num.* III. Iterum a נָתַן *dedit*, passim quidem תֵּנֶת *dare* in תֵּת contractum; attamen & תְּנָה cum *He parag.*

a

a הֵן adducitur. Hinc *Anomalia* liberabimur, qua קַח, *Esech.* 17: 5. & *Hos.* 11: 13. traditur primam radicalem in *Præterito* amisisse. Utrobique *Infinitivus* multo aptior. Ejus *fœm.* קְחָה unde 2 *Reg.* 12: 9. קְחַת־כֶּסֶף *capere-argenti.* Alias semper קַחַת pro קְחַת exaratur. Non est *Taw paragogicum*, sed *fœmininum.* Ad *defectum primæ* sarciendum hæc potissimum terminatio invaluit. In reliquiis Biblicis occurrunt tantum hæcce *octo.* גֶּשֶׁת *tangere*, a נָגַשׁ. צֶקֶת *fundere*, a נָצַק, quamvis & a יָצַק derivari queat. שֵׂאֵת & שְׂאֵת *tollere*, pro שְׂאֶת, a נָשָׂא. Item cum gemino *Patach* גַּעַת pro גֵּעַת, a נָגַע, *tangere:* מַעַת a נָטַע *plantare;* פַּחַת a נָפַח *sufflare:* קַחַת a לָקַח *capere.* Denique תֵּת pro תֶּנֶת a נָתַן *dare.*

ד. *Imperativa* per *Aphæresin* hæcce prostant, גַּשׁ גֶּשׁ גְּשׁ *appropinqua:* גְּשָׁה cum *He paragog.* צַק *funde:* שָׂא *tolle:* סַע *proficiscere:* פַּח *suffla.* שַׁל *exue.* שַׁק *osculare:* תֵּן *da*, & cum *parag. He*, תְּנָה; itemque קַח *cape*, cum *parag.* קְחָה. Addo קָבָה *maledic* cum eadem *par.* pro קַב *Num.* 22: 11. non a קָבַב, sed a נָקַב descendens. At צוֹר *Esaj.* 8: 16. non est נְצֹר *custodi*; sed per *defect. med.* pro צְרֹר *religa*, a צָרַר *religavit*, *tanquam in loculo.* His omnibus plenæ formæ jura mansisse, cave ambigas. Idem de *Infinitivis* recensitis monitum esto.

ה. *Aphæresin*, sive *defectum*, *primæ* in *Præterito Kal*, etiam obtinuisse volunt in קָח *accepit;* *Hos.* 11: 13. *Ezech.* 17: 5. & תַּתָּה *dedisti*, 2 *Sam.* 22: 41. Prius ad *infinitivorum* censum jam reductum. Posterius eodem quoque revocandum, ut sit תֵּת auctum *He paragogico*; & *dare* eleganter positum fuerit, pro *dedisti.* Non me fugit *Ps.* 18: 40. legi נָתַתָּה; sed nihil

Inde effici potest; quum alia bene multa in hoc Carmine per ipsum *Davidem* leniter mutata fuisse, evidentissimum sit.

ו. Aliquoties jam tactum verbum לָקַח *accepit*; quod *Defectum* huncce imitatur, pro יִלְקַח *capiet*, dans יִקַּח. Inde קַח *cape*, & קַחַת קְחָה קַח *capere*. Extat tamen & לְקַח *cape*. In *Niph-hal* quoque retentum נִלְקַח *captus est*. At *Hoph-hal* הֻקַּח format, pro הֻלְקַח. Similiter *Job.* 4: 10. נִתָּעוּ pro נִלְתְּעוּ *commolentur*, venire traditur. Nobis ibi vera radix נָתַע: quam & Cl. *Alt.* reponendam censuit. Idem restitui posse autumat נָקַח, ejusdem potestatis cum לָקַח. Bona conjectura, quæ *Origini* illustrandæ subservire queat.

ז. Examinanda tandem sunt *verba* illa *irregularia*, quæ a *Rabbinis* vocantur *Defectiva Phe Jod*. Hæc alii *septem*, alii *octo*, alii *plura*, numerant. יָצַג *situs fuit*. יָצַע *positus fuit*. יָצַק *fudit*. יָצַת *flagravit*. יָקַף *obivit*. יָתַח *cubuit*. יָצַב *stetit*. יָצַר *formavit*. &c. Non displicet, quod & hic Cl. *Alt.* primam *Nun* adsciscì posse statuat. Certe יָצַב habuisse *Synonymum* נָצַב patet ex נְצִיב *statua. statio.* Non omnia tamen respondent; & aliud נָצַר *servavit*; aliud יָצַר *formavit*. Item aliud יָקַף, unde הִקִּיף *circumdedit*, a *nexu ambiente*; aliud נָקַף *pertudit*, *discussit ictu* &c Inde mihi suspicio nata, *elisionem* hanc *primæ* expediendam forte ex natura *Veteris Linguæ*, quæ in hisce habuit primam *Waw*, וָצַג, וָצַע, וָקַף &c. quorum *futura* perfecta יִוְצַג, יִוְצַע, יִוְקַף: facile contrahenda in יִצַּג, יִצַּע, יִקַּף &c. in *Niph.* נִצַּג *Hiphh.* הִצִּיעַ *Hophh.* הֻצַּע &c. &c.

Hoc admisso, & alia limpidius fluere incipient: ut וַיִּקַץ &

evigilavit, *Pf.* 78: 65. quod alibi וַיִּקַץ. Nempe prius a יָקַץ posterius a יָקַץ. Pariliter וַיִּשַּׁרְנָה *& recta ivere*, 1 *Sam*. 6: 12. pro וַיִּישַׁרְנָה: nam & יָשַׁר extitisse arguit הוֹשַׁר, *dirige*; *Pf.* 5: 9. quod frustra a *Masorethis* sollicitatum. Ad hanc certe rationem יָכֻל *poterit*, *Dan*. 3: 29. pro יוּכַל, ut cernere est ex *Dan*. 5: 16. ubi תִּוכַל oriri non potuit nisi per veterem formam תִּוְכַל, quæ postmodum *quiescente prima Vaw* in תּוּכַל consedit. Ad *Reg*. 129. illustrabitur.

CXXV. Altera classis *Defectivorum* existit ex iis verbis quæ *secundam & tertiam eandem*, atque utramque *mobilem* habent: ut סָבַב *circumdedit*. תָּמַם *perfectus fuit*.

De his iterum rite tenendum, nihil veræ *imperfectionis*, quoad *Originem*, iis adhærere: atque omnibus ex æquo *perfectæ* normæ jura competere, in omni *Tempore*, ac *Modo*.

Defectus locum invenit in solis *Kal*, *Niphhal*, *Hiph-hil*, & *Hoph-hal*: in quibus, ad vitandam *collisionem* ingratam similium literarum, *elisio mediæ* adscita, secundum has *quinque* leges.

I. Ut *Media* ejiciatur, unaque *punctum* antecedens: סַב pro סָבַב *cinxit*. חַת pro חָתַת *consternatus est*. יֵחַת pro יֵחְתַּת *consternabitur*. נִחַת pro נִחְתַּת *in consternationem conjectus fuit*. הֵחֵל pro הֶחֱלֵל *profanare*, & הֻחַל pro הֻחֲלַל *profanari*.

II. Ut

II. Ut *Præformantes Characteristicæ* pro *Vocali brevi* adsciscant *longam*: & quidem 1. in *fut. Kal* pro *Chirek*, sumatur vel *Tzeri*, vel usitatius adhuc *Kametz*: ut יֵמַר *amarus erit*, pro יִמַּר: & יָמֹר ex יִמְרֹר. Idem fit 2. in *præt.* ac *part. Niph.* ut נֵאָר *maledictus*, pro נֶאֱרַר; & נָסַב pro נִסְבַב *circumdatus*. 3. in *Hiphhil* similiter ex *Chirek* fere *Tzeri* existit, quod & in *participio* ejus manere amat. Sic הֵחֵל *incœpit*, pro הִחְלֵל, dat מֵחֵל *incipiens*, quin & הָחֵל *incipere*. הָדֵק *comminuere*, 2 *Chron.* 34: 7. Nil mirum: nam *forma perfecta* etiam *Chirek* sub *Characteristica* admisit, extra *præteritum*: *reg.* 112. Frequentius tamen in *Infin. Imperat.* & *Fut. Hiphhil* obtinet *Kametz* ex *Patach* oriundum. הָמֵר ex הַמְרֵר *amarum facere*. יָקֵל ex יַקְלֵל *levem faciet*, *vilipendet*. &c. 4. In toto *Hophhal*, pro *Kametz Chatuph*, vel *Kibbutz*, assumtum *Schurek*. הוּחַל *profanatus est* ex הָחְלַל &c. &c.

III. Quum omnis *defectus*, statim ac possit, compensandus sit, ex *Reg.* LXII. ultima radicalis accipit *Dagesh forte*, quoties vel *Adformantes* accedunt, vel *adfixa*. Sic ex סַב fit סַבָּה *circumdedit* f. סַבּוּ *circumdederunt*. סַבּוּנִי *circumdedit me*. יְסֻבֵּנִי *circumdabit me*, ex יָסֹב. secundum eandem *Reg.* LXII. יְסֹבְבֵנִי

circumducet me, ex יָסֵב *fut. Hiph.*

IV. *Assyllabæ Adform.* non deducunt accentum, ut in *perfectis* solent; *Reg.* CXV. adeoque pro סָבְבָה existit סַבָּה *cinxit* f. pro סָבְבוּ, סַבּוּ: pro תְּסָבְבִי *cinges* f. תָּסֹבִּי.

V. *Syllabicæ*, ut concursus gemini *Schevatis quiesc.* in medio vitetur, assumunt *Vocalem Epentheticam*; in *præt.* *Cholem*, וֹ, in *imper.* & *fut.* יֶ, *Jod quiescens* in *Segol*: cui *Vocali* & accentus adhæret: nisi quod תֶּם & תֶּן eundem more suo sibi vindicent. סַבּוֹתָ *Sab-bo-tha cinxisti*, pro סַבְּתָ *Sabb-ta* ex סָבַבְתָּ *Sa-bab-ta.* סַבּוֹתֶם *Sab-bo-thém*, pro סַבְּתֶּם ex סְבַבְתֶּם. Item in *imper.* סֻבֶּינָה *cingite* f. pro סֹבְּנָה ex סְבֹבְנָה: & תְּסֻבֶּינָה *cingent* f. pro תָּסֹבְּנָה ex תִּסְבֹּבְנָה.

Perfectam formam semper servat utrumque *Participium* in *Kal*; quod *elisio* in hisce *confusionem* peperisset. סֹבֵב סֹבְבָה סוֹבֵב סוֹבְבָה סוֹבֶבֶת *circumdans.* סֹבֶבֶת *id.* Et סָבוּב סְבוּבָה סָבִיב סְבִיבָה *cinctus cincta.* *idem.*

Perfectam quoque rationem sequi amant *Pihhel*, *Pyhhal*, & *Hith-pahhel*; quia ob *mediam Dagessatam* nullus *defectui* locus. Sic קִלֵּל *vilipendit, maledixit.*

קֻלַּל

קֻלַּל *maledictus est.* הִתְקַלֵּל *semet vilipendit* &c.

Frequentissima in hisce *species* פּוֹעֵל: ut a גָּלַל *volvit*, fere obtinet גּוֹלֵל, cum *pass.* גּוֹלַל; & *frequent.* הִתְגּוֹלֵל. &c. &c.

Quadrilitera specie etiam elatum גִּלְגֵּל, גֻּלְגַּל, הִתְגַּלְגֵּל, *volutavit: volutatus est; semet volutavit.*

א. *Paradigma* ad סָבַב *circumdedit*, ita decurrit per *elisionem mediæ.*

KAL.

Infinit. Absol. & Constr.

סַב   סוֹב   לָסֹב   לָסוֹב

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	סַבּוּ	סַבָּה	סַב	3.
סַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶם	סַבּוֹת	סַבּוֹתָ	2.
Com.	סַבּוֹנוּ	Com.	סַבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּסֻבֶּינָה	יָסֹבּוּ	תָּסֹב	יָסֹב	3.
תְּסֻבֶּינָה	תָּסֹבּוּ	תָּסֹבִּי	תָּסֹב	2.
Com.	נָסֹב	Com.	אָסֹב	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
סֻבֶּינָה	סֹבּוּ	סֹבִּי	סֹב

Participium utrumque, utraque sub forma, perfectum manet.

NIPHAL.

Infinitivus Absol. & Constructus.

לְהִסּוֹב	הִסּוֹב	הִסֹּב	הִסֵּב

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	נָסַבּוּ	נָסַבָּה	נָסַב	3.
נְסַבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶם	נְסַבּוֹת	נְסַבּוֹתָ	2.
Com.	נְסַבּוֹנוּ	Com.	נְסַבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּסַּבֶּינָה	יִסַּבּוּ	תִּסַּב	יִסַּב	3.
תִּסַּבֶּינָה	תִּסַּבּוּ	תִּסַּבִּי	תִּסַּב	2.
Com.	נִסַּב	Com.	אֶסַּב	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
הִסַּבֶּינָה	הִסַּבּוּ	הִסַּבִּי	הִסַּב	2.

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
נְסַבּוֹת	נְסַבִּים	נְסַבָּה	נָסָב

HIPH-

HIPH-HIL.

Infinit. Absol. & Constr.

הָסֵב : הָסֵב : בְּהָסֵב : לְהָסֵב

Praeteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הֵסַבּוּ	הֵסַבָּה	הֵסַב	3.
הֲסִבּוֹתֶן	הֲסִבּוֹתֶם	הֲסִבּוֹת	הֲסִבּוֹתָ	2.
Com.	הֲסִבּוֹנוּ	Com.	הֲסִבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּסִבֶּינָה	יָסֵבּוּ	תָּסֵב	יָסֵב	3.
תְּסִבֶּינָה	תָּסֵבּוּ	תָּסֵבִּי	תָּסֵב	2.
Com.	נָסֵב	Com.	אָסֵב	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
הֲסִבֶּינָה	הָסֵבּוּ	הָסֵבִּי	הָסֵב	2.

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְסִבּוֹת	מְסִבִּים	מְסִבָּה	מֵסֵב

Terminatio ת ab hoc *Participio*; itemque a *Niph.* & *Hophh.* exclusa, ob *Scheva quiescens* in *penult.* Vid. p. 169.

HOPH-

HOPH-HAL.

Infin. Absol. & Constr.

לְהוּסֵב   בְּהוּסֵב   הוּסֵב

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הוּסַבּוּ	הוּסַבָּה	הוּסַב	3.
הוּסַבּוֹתֶן	הוּסַבּוֹתֶם	הוּסַבּוֹת	הוּסַבּוֹתָ	2.
Com.	הוּסַבּוֹנוּ	Com.	הוּסַבּוֹתִי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תּוּסַבֶּינָה	יוּסַבּוּ	תּוּסַב	יוּסַב	3.
תּוּסַבֶּינָה	תּוּסַבּוּ	תּוּסַבִּי	תּוּסַב	2.
Com.	נוּסַב	Com.	אוּסַב	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m
הוּסַבֶּינָה	הוּסַבּוּ	הוּסַבִּי	הוּסַב

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מוּסַבּוֹת	מוּסַבִּים	מוּסַבָּה	מוּסָב

In *Pihhel*, *Puhhal*, & *Hithpahhel*, nullus *elisioni* locus, ob *Dagesh forte* in *media*. Quia tamen *collisio* ista *similium literarum* paulo ingratior, pronunciatio in *formam quadratam* inclinavit, atque pro *Sib-bebb*, *Sub-babb*, *Hithsab-bebb*, vel *Histab-bebb*, enunciatum *Sibbsebb*, *Subsabb*, *Hithsabbsebb*, vel *Histabbsebb*.

Cre-

Creberrima quoque hic subſtitutio formæ perfectæ *Pobêl*, *Pobal*, & *Hith-pobel*; unde *So-bhebb*, *So-bhabb*, & *Hith-ſobhebb*, præ priore illa invaluit.

PIH-HEL & PO-HEL.

&c.		לְסַבְסֵב	סַבְסֵב	*Infin.*
&c		לְסוֹבֵב	סוֹבֵב	
&c.	סִבְסַבְתָּ	סִבְסְבָה	סִבְסֵב	*Præt.*
&c.	סוֹבַבְתָּ	סוֹבְבָה	סוֹבֵב	
&c.		תְּסַבְסֵב	יְסַבְסֵב	*Fut.*
&c.		תְּסוֹבֵב	יְסוֹבֵב	
סַבְסֵבְנָה	סַבְסְבוּ	סַבְסְבִי	סַבְסֵב	*Imper.*
סוֹבֵבְנָה	סוֹבְבוּ	סוֹבְבִי	סוֹבֵב	
&c.	מְסַבְסֶבֶת	מְסַבְסְבָה	מְסַבְסֵב	*Part.*
&c.	מְסוֹבֶבֶת	מְסוֹבְבָה	מְסוֹבֵב	

PYH-HAL & PO-HAL.

&c.	לְסֻבְסַב	סֻבְסַב	סֻבְסַב	*Infin.*
&c.	לְסוֹבַב	סוֹבַב	סוֹבַב	
&c.	סֻבְסַבְתָּ	סֻבְסְבָה	סֻבְסַב	*Præt.*
&c.	סוֹבַבְתָּ	סוֹבְבָה	סוֹבַב	

&c.			תְּסַבְסֵב	יְסַבְסֵב	*Fut.*
&c.			תְּסוֹבֵב	יְסוֹבֵב	
סַבְסֵבְנָה		סַבְסְבוּ	סַבְסְבִי	סַבְסֵב	*Imper.*
סוֹבֵבְנָה		סוֹבְבוּ	סוֹבְבִי	סוֹבֵב	
&c.		מְסַבְסֶבֶת	מְסַבְסְבָה	מְסַבְסֵב	*Part.*
&c.		מְסוֹבֶבֶת	מְסוֹבְבָה	מְסוֹבֵב	

HITH-PAH-HEL & HITH-PO-HEL.

&c.			לְהִסְתַּבְסֵב	הִסְתַּבְסֵב	*Infin.*
&c.			לְהִסְתּוֹבֵב	הִסְתּוֹבֵב	
&c.		הִסְתַּבְסַבְתָּ	הִסְתַּבְסְבָה	הִסְתַּבְסֵב	*Præt.*
&c.		הִסְתּוֹבַבְתָּ	הִסְתּוֹבְבָה	הִסְתּוֹבֵב	
&c.			תִּסְתַּבְסֵב	יִסְתַּבְסֵב	*Fut.*
&c.			תִּסְתּוֹבֵב	יִסְתּוֹבֵב	
&c.			הִסְתַּבְסְבִי	הִסְתַּבְסֵב	*Imper.*
&c.			הִסְתּוֹבְבִי	הִסְתּוֹבֵב	
&c.		מִסְתַּבְסֶבֶת	מִסְתַּבְסְבָה	מִסְתַּבְסֵב	*Part.*
&c.		מִסְתּוֹבֶבֶת	מִסְתּוֹבְבָה	מִסְתּוֹבֵב	

3. Ad *quinque leges*, secundum quas *defectus* in *Kal*, *Niph.* *Hiph.* & *Hoph.* constituitur, sigillatim quædam submonenda.

I. *Media radicalis* nequit ejici, si prima vel in *defectum* iverit ex *reg. præc.*, ut יִדֹּד pro יִנְדֹּד *fugiet*: vel in *quietem* fuerit data, ut הֵילִיל *ejulavit*, a יָלַל. Ratio in oculos incurrit. Si prima manserit *mobilis*, locus est elisioni: ut יָנֻד *fugiet*, ab eadem *Rad.* נָדַד: & נֵאָר *maledictus*, in *Part. Niph.* ab אָרַר *exsecratus est*.

II. *Præformantes* nonnunquam *vocalem brevem* retinent; præsertim ante *Cheth*: ut נִחַת pro נִחְתַּת *contritus est*. נִחַר pro נִחְרַר *adustus est*. נִחַל pro נִחְלַל *profanatus est*; quæ sunt ex *Niph*. Similiter in *Hiph.* יָחֵל *profanabit*. In his omnibus *Dagesh forte* implicitum: ut compensatio *mediæ*, more *Aramæo*, ceciderit in primam.

At מְסֻבּוֹת *cinctæ*, *Exod.* 28: 11. tantundem valet ac מוּסַבּוֹת, habetque *Kibbutz* illud, quod pro *Schurek* sæpe venit. *Reg.* 60. *num.* 1. Contra יוּסַב pro יֻסַּב *Jes.* 28: 27. quod *ibid.* tactum.

Si *Dagesh forte* in *primam* inseratur, *duplicatio tertiæ* vel adhiberi potest simul, vel omitti. Prioris exempla sunt הַחִלּוֹתִי *cœpi*, *Deut.* 2: 31. הַחִתּוֹתָ *contrivisti*: *Esaj.* 9: 3. יַסֵּבּוּ *circumduxerunt*, pro יָסֵבּוּ, ex *Hiph.* omnia. Ex *Hoph.* extat *Job.* 4: 20. יֻכַּתּוּ pro יוּכַתּוּ *contunduntur* a כָּתַת *tutudit*. Forte tamen e duabus *Radicibus* conflata ea forma: ut in *Comm.* indicatum. Omissionis specimina hæcce נִחַלְתְּ *profanata es*, ex *Niph. Ezech.* 22: 16. תְּצִלֶּנָה *tinnient*, pro תְּצִלֶּינָה *fut. Hiph.* a צָלַל, *Jer.* 19: 3. ut volunt.

Mallem ex *fut. Niph.* arcessere, pro תִּצַּלֶּינָה. De his, similibusque, ad *Reg.* 174.

III. Compensatio in *tertia* aliter adhuc omissa creditur, & quidem bifariam. 1. substituta *vocali longa*, ut חָיָה pro חָיְיָה *Exod.* 1: 16. *vivit*, a חָיַי *vixit*. קָבָה pro קָבְבָה *maledic*, a קָבַב, *Num.* 22: 17. &c. Rectius pro priori exemplo posueris *Rad.* חָוַי *vixit*, unde per *Quietem mediæ* conjugatur חַי חָיָה. Posterius derivandum a נָקַב *defixit*, *devovit*. Ad eam rationem & alia expedire est, E. G. יְחִיתַן *Hab.* 2: 17. non est a חָתַת, pro יְחִתֵּן *terrefaciet eas*, in *fut. Hiph.* cum *adf.* sed est a חות حات, *invasit ex insidiis*, cum *Nun paragog.* &c.
2. *Abjecta* simul *vocalis* videtur in נָבֹקָה *evacuatur*, pro נָבְקְקָה *Esaj.* 19: 3. & נָסַבָּה pro נָסְבְבָה *circuibat*, *Esech.* 41: 7. Utrumque ex *Niph.* Ex *fut. Kal* adfertur נָבְלָה *confundemus*, *Gen.* 11: 7. pro נָבְלְלָה, cum *He parag.* Pro *priori* succurrit נָבַק *crepuit*, vicinæ potestatis cum בָּקַק. Sic fuerit *Præt. Kal* citra *Anomaliam*. Similiter נָסַב *relationem, proportionem habuit*, commodius pro *altero* exemplo. *Tertium* alibi examinabimus.

IV. *Asyllabæ* relinquunt vocem *Milhel*, ut *Dagesh forte* in *tertia* tanto pressius, clariusque, resonet; utque *Vocales longæ* manere queant. Nonnunquam tamen *accentus* ad finem rapitur; succedente *Vocali brevi*: ut רָנִּי *jubila*, pro רָנִּי, *Esaj.* 54: 1. גָּזִּי *tonde*, pro גֹּזִּי, *Jer.* 7: 29. Id figuratius, & vehementius, habitum.

V. Epentheticum *Cholem* sine *Waw* aliquando exaratur: ut נָקֹלֹתִי

נִקַלֹּתִי 2 *Sam.* 6: 22. *vilis sum.* הֲקִלֹּתַנִי *vilipendisti me*, 2 *Sam.* 19: 44. Id nemini scrupulum movebit. Ast plane *Anomalum*, quod *Schurek*, ejusve vicarium *Kibbutz*, adhibitum velint *Mich.* 2: 4. in נְשַׁדֻּנוּ *vastati sumus*. Id jam parum credibile. Resolvatur potius in 3. *præt.* *Niph.* cum *adf.* reddaturque, *vastati sunt nobis*. Æque rejiculum, *Chirek longum* pro eo venire in הֲפִתִּית *Prov.* 24: 28. quod nonnulli vertunt *confregeris*, quasi הֲפִתּוֹת a פָּתַת *comminuit*. Ex *Hiph.* sanius plerique retinuere *Conj.* *Pihh.* a *rad.* פָּתָה cum *He interr.* vel potius *Emphat.*

Accentus ad finem ἀνωμάλως migrasse traditur in חַמּוֹתִי *Esaj.* 44: 16. *incalui*, pro חַמּוֹתִי. Suspicor esse potius *infin.* in *Pihh.* a *rad.* חָמָה ejusdem notionis cum חָמַם; ut sit, *Vah incalescere mei!*

Epentheticum Jod ante נָה, ex הֵנָּה ortum duxisse videtur. Confer Reg. 114. Nil mirum ergo, *Jod* illud omitti, & תְּסֻבֶּנָה etiam scriptitari potuisse. Apparet simul, cur in *formis defectivis* plerumque adsit: quum in *perfectis* rarissime exprimatur.

ד. De *Terminali puncto* harum *quatuor Conjug.* paucis teneatur adhuc I. in *Kal* plerumque *Patach* & *Cholem* obtinere. Nonnulla per *Schurek* in *infin.* ac *fut.* terminata; ut לָבוּר *ad declarandum*, pro לָבֹר *Eccl.* 9: 1. Cl. *Guss.* *Comm.* *L. H.* peculiarem *radicem* statuit בּוּר. Sic יָשׁוּד *Ps.* 91: 6. non a שָׁדַד sed a שׁוּד judice Cl. *Alt.* Certe & יָרוּן *Prov.* 29: 6. non a רָנַן descendere videtur, ut sit *cantillabit*, sed a רוּן رون; cujus longe diversa potestas; alibi communicata. Ne quidem dubio vacuum יָרוּץ *confringetur*, *Esaj.* 42: 4. Cum *Kibbutz* תָּרֻץ extat *Eccl.* 12: 6. sine *retractione accentus*; In *Niphal* II. passim *Patach*,

Tzeri, *Cholem*, in *infin. præt. fut.* & *imperat.* Etiam *partic.* hic, præter *Kametz ordinarium*, adſciſcit *Tzeri*, ut נָמֵם pro נָמַם *tabeſcens*, 1 *Sam.* 15: 9. נְסִבָּה *revolutum*, pro *revolutione*. 2 *Chr.* 10: 15.

In *Hiphh.* III. regnant *Tzeri* & *Patach*. Rariſſimum hic *Chirek longum*, quia ejus natura alienior a *forma* illa *Syllabæ*, quam *defectus* efficit. Unum adducitur מֵסִיךְ *tegens*, pro מֵסֵךְ a סָכַךְ, *Jud.* 3: 24. At multa adfinitas inter סָכַךְ, & שׂוּךְ, unde iſtud מֵסִיךְ non male deducetur. *Patach* hic valde crebrum, ut הֵמַר *amarum fecit*. מֵצַל *obumbrans*, *Eſech.* 31: 3. מֵסַב *circumdans*. הֵתַז *amputavit*, הֵדַק *comminuit*. In *Hophhal* IV. nil extraordinarium. Sed in *infin. Tzeri*, vel *Patach*; in *præt. fut. imper.* item *Patach*. In *part. Kametz*.

ה. De *reliquis* etiam *ſpeciebus* teneri velim, *Pihhel* & *Pohel* non omnino eandem in hiſce poteſtatem exeruiſſe; ſed id diſcriminis fere obſervatum, quod ſupra indicavi. Ita מִדֵּד & מוֹדֵד *dimetiri*, רִצֵּץ & רוֹצֵץ *conquaſſare*, quamvis unam ſedem ingrediantur, *relatione* tamen quadam diſtinguuntur; quam ſola *Arabum Dialectus* & conſervat, & obſervat. *Forma Quadrata* aliquid ſonantius adtulit; prout גִּלְגֵּל *volutavit*, majore impetu fertur, quam vel גִּלֵּל vel גּוֹלֵל. Hac de cauſa *rota* גַּלְגַּל dicta, *rotatili*, ut ſic dicam, *forma*, itemque *cranium* גֻּלְגֹּלֶת *Gulgoleth*; & *Syriace Golgolta*; quod deinceps remollitum, in *Golgotha*. Sentiunt jam periti, cur *Jer.* 51: 25. hac *ſpecie* enunciatum, גִּלְגַּלְתִּיךָ *devolvam te de petris*: & *Job.* 30: 14. *ſub fragore tempeſtatis* הִתְגַּלְגָּלוּ *provolvunt ſe*. Eandem *grauditatem* percipere eſt in הִתְקַלְקֵל *motitare ſe inſtar rei leviſſimæ*. הִתְמַרְמֵר *irritare ſemet*. הִשְׁתַּקְשֵׁק pro הִתְשַׁקְשֵׁק *diſcurſitare*. Habes guſtulum,

ſum, liberæ movendæ: ad *Oratoriam* enim *potentiam Sacrorum Actorum* hæc pertinent,

CXXVI. Tertia *Claſſis defectivorum* continet exeuntia in *Nun*, vel *Taw*. Horum *tertia radicalis Nun*, per *Dagesh forte* inſeritur in *Nun Adformantium Syllabicarum* נו & נָה: ut *tertia Taw* in *Taw reliquarum* תָּ, תְּ, תִּי, תֶּם, תֶּן. Eſt ergo *compendium ſcribendi* potius, quam *eliſio*, vel *defectus*; & נָתַנּוּ *dedimus*, ſuo jure venit pro נָתַנְנוּ: ut שָׁבַתָּ *quieviſti*, pro שָׁבַתְתָּ. Scriptio plenior nonnunquam etiam adhibita.

Res tam facilis, ut *Grammatici Orientales* hanc *claſſem imperfectorum* plane omittant. Ponendam tamen duxi, tum quod ſatis intricatæ aliquando formæ hinc exiſtant, quibus oculus diſcentis imbuendus; tum quod verbum נָתַן, *dedit*, veram *eliſionem* patiatur, *tertiam* illam in *Taw* quoque *adformantium* inferens, ut pro נָתַנְתָּ pronuncietur נָתַתָּ; atque ita cum *reliquis*. In *Niphhal* נִתַּתֶּם *traditi ſitis*, *Eſech.* 26: 25. pro נִנְתַנְתֶּם, *prima* & *tertia* ſimul eliſis.

א. Intricatior iſta forma, quam dixi, tunc exiſtit, quum *media* ſimul in *quietem* ivit. In לַנּוּ *pernoctavimus*, una tantum *radicalis* præ oculis, ferme ubi ſint neſcientibus. Dilucere inci-

cipiet *prim. plur. Præt. Kal* si resolvatur in לַנְנוּ, a לוּן. Sic הֲבִנוּ *intelleximus*, pro הֲבִנְנוּ a בּוּן; est *prim. plur. Præt. Hiphh.* Iterum a מוּת *mori* habes מַתִּי *mortuus fuero*, *Gen.* 19: 19. pro מַתְתִּי: & in *Hiph.* הֲמִתָּה *interfecisti*, *Num.* 14: 15. הֲמִתִּיהָ *interfecero eam*, *Hos.* 2: 5. הֲמִתֶּן *interfeceritis*, *Exod.* 1: 6. Similiter a שׁוּת *ponere*, est שַׁתָּ & שַׁתָּה *posuisti*, *Ps.* 90: 8. & 8: 7. שַׁתִּי *posui*, *Ps.* 88: 9. Hinc totum genus sponte clarescet.

ב. Duplicem *defectum*, qui in verbo נָתַן *dedit* adscitus ob usum creberrimum, etiam retinuit *Infinitivus Constr.* תֵּנֶת, contractione in תֵּת facta: unde cum *adfixis* תִּתִּי *dare mei.* &c. &c. Eadem ratio contractionis in *derivato* מַתָּת *donum*, ex מַנְתֶּנֶת. Imitatur אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת; quamvis *Radix* אָמַן *firmo gressu fuit*, suum *Nun* ante *Taw* servet inter conjugandum, אָמַנְתָּ enim dicendum, non אָמַתָּ.

ג Paulo abstrusius compendium in מְבַעִתֶּךָ *territans te*, 1 *Sam.* 16: 15. in *Pausa*, pro מְבַעַתְּךָ. Est *part. fœm.* in *Pihhel*, a בָּעַת, unde מְבַעֶתֶת cum *adfixo* hocce dat ex *Reg.* 86. מְבַעַתְתֵּךְ. Hinc brevior illa scriptio sponte sub manibus subnascitur; sine *defectu*. Vera *elisio* obtinet in מְשָׁרַת *ministrans*, pro מְשָׁרֶתֶת 1 *Reg.* 1: 15. Talia complura, vivente Lingua, per *Euphoniam* haud dubie conformata. Vicinum est לֵת pro לֶדֶת *parere*, a יָלַד. Nempe verba in *Daleth* exeuntia non in *scriptione* quidem, sed in *pronunciatione delicatiore*, similem *defectum*

ctum patiuntur, & pro *Pa-kad-ta*, elatum *Pa-kat-ta.* Res per *naturam* evidens, auctoritate *Dialecti Arabicæ* supra dubitationis aleam locatur.

Paradigma huic *Classi* subnectere, supervacuum duxi; quod vel cæcus hic a recta via haud aberraverit.

CXXVII. Accedo ad *ordinem tertium*, qui *Quiescentium* est. Sic vocantur *verba*, quæ ob aliquam *literarum* אוי, *quietem* assumere possunt in *prima*, *secunda*, *tertia radicali.* Inde iterum *tres Classes*; eæque *trifariam* digestæ. I. Quæ incipiunt 1. ab *Aleph*, ut אָמַר. *dixit.* 2. a *Waw*; ut וָלַד *genuit.* 3. a *Jod*; ut יָלַד, item *genuit.* II. Quæ habent 1. *mediam Aleph*, ut שָׁאַל *rogavit.* 2. *mediam Waw*, ut קוּם *stetit.* 3. *mediam Jod*, ut דִּין *judicavit.* III. Quæ desinunt 1. in *Aleph*, ut מָצָא *invenit* 2. in *Waw* ut שָׁלַו, *defœcate liquidus fuit.* רָאַו *vidit.* 3. in *Jod*, ut שָׁלַי & רָאַי *idem.* גָּלַי *revelavit* &c. &c. In *Waw*, & *Jod*, exeuntia, ubi in *quietem* concedunt, ex æquo *Vicarium He* sibi substitui patiuntur. Inde *Quiescentia tertia He* vulgo dicta hæcce duo; nec tamen pro *Origine*, & *indole*, *Linguæ* satis adhuc intellecta.

א. Divisionem hancce in *natura literarum Quiescentium* fundatam esse, nemo negaverit. Relegenda hic, quæ ad *Reg.* III. præstructa, & discussa. Nil certius, quam ex *Radicalibus literis* solas אוי in *quietem* dari posse. Primi *Grammatici* id nobiscum tenuere, seculo IX. & X. Posteriores seculo XI. & XII. rem li-

liquidissimam conturbarunt; atque *quatuor* capitales errores invexerunt. Primus est, non dari verba inchoata a *Waw*. Secundus, *medias Aleph* & *Jod* nunquam *quiescere*. Tertius, *Waw* & *Jod* nunquam *tertiam sedem* ingredi. Cl. *Alting.* excipit, pro *Jod*, unicum חָיַי *vixit*. Quartus, dari ingentem *verborum* copiam, quorum 3. *radicalis He* in *quietem* incidat: paucissima vero esse, quæ *motum* retineant, per *Mappik*: גָּבַהּ *altus fuit*. כָּמַהּ *desideravit*. נָגַהּ *splenduit*. תָּמַהּ *stupuit*. &c.

Graves hinc tenebræ bonæ parti *Grammatices* diffusæ. Eas luce veritatis evicisse, ac fugasse, operæ pretium fuerit. I. Dari *inchoata* a *Waw*, adstructum in *Clavi Dial.* p. 211. 212. Ratio ibidem reddita, cur *Dialectus Hebræa* rarius ea usurparit in *Kal*, & pro וָלַד maluerit יָלַד *genuit*. Mansit tamen וָלָד æque ac יֶלֶד *puer*. Habes & *radicale Waw* in וָזָר *Prov.* 21: 8. quod vulgo compositum censetur ex זָר *alienus*, & *Præf.* sensu haud sane limpido. Restituendum Thema וָזַר وزر *portavit onus*; figur. *crimine onustus fuit*. Solemne Proverbium: *non portabit quisquam* וזר *crimen alterius*. Hinc pulcherrime enunciatum, *Tortuosissima via viri crimine onusti*; sive וָזָר capias *substantive*, sive *adjective*; quo de alias. Indubitatum quoque מְיֻזָּנִים *Jer.* 5: 8. *pondere præditus* in *Pyhhal*, a וָזַן وزن *libravit*. Vel hoc solum jura ו *Waw* in *prima sede* tutari posset. II. *Mediam Jod* æque in *quietem* dari potuisse, quam *Waw*, arguunt omnia nomina *formæ* פַּיִר, quæ in *Regimine*, & *motione*, פֵּיר vel פִּיר faciunt: nec non formæ פִּיר ex פְּיִיר oriundæ: ut *Reg.* 86, 87. vidimus. Vincunt id præterea tot *exempla Verborum*, hanc ipsam *quietem* luce clarius in *conjugando* sequentium, ut דִּין pro דָּיַן *judicavit*. בִּין pro בָּיַן *intellexit*: quæ ad *Hiph-hil* reducere

[illegible]

[illegible]; est vim afferre *Linguæ*; & omnia susque deque miscere. *Aleph* quoque *medianum* a *quiete* non plane abhorruisse, vel רָאשׁ *caput*, pro רֹאשׁ, evincat: itemque רֵאשִׁית *principium*, & רִאשׁוֹן *primus*. Talia sunt בָּאר *puteus*, נֹאד *uter*. &c. Item מְלָאכָה & מְלֶאכֶת *functio*, a *rad.* לָאַךְ *fungi*. Item שֵׁלָה *petitio*, pro שְׁאֵלָה, ex שְׁאֵלָה 1 *Sam.* 1: 17. Radix שָׁאַל, & שָׁאֵל petivit. Ea *Syriace* שְׁאֵל & mox שָׁאֵל sonatur. *Syris* hæc *quies med. Aleph* fere perpetua *Hebræi* & *Arabes* parcius eam adhibent; etiam hoc in parte amice concinentes. III. *Waw* & *Jod* æque *tertiam sedem Radicis* inire potuisse, quam *secundam*, & *primam*, non *Analogia* tantum arguit, *Dialectorumque Harmonia*, (quam temnere, est lucem sibi suam extinguere,) verum etiam disertissima, & copiosissima, exempla Biblica, oculis ingerunt: שָׁלַוְתִּי *defæcatus fui*, *Job.* iii: 26. [illegible] *Plur.* שְׁלֵו *defæcate tranquillus.* שַׁלְוָה *defæcata tranquillitas.* Hæc a שָׁלָו manifesto ducta; pro quo שָׁלָה dici cœpit, *tertia* in *quietem* transdita. Etiam שָׁלֵי dictum, patet ex *Job.* xii. 6. יִשְׁלָיוּ *tranquilli sunt*; quæ est *forma perfecta* cum *Kametz* ob *Pausam.* Si *Radicalis tert.* fuisset *He*, jam *perfecte* יִשְׁלְהוּ elatum esset: ut [illegible] *alii* [illegible] a [illegible]; quod nunquam vel [illegible], vel [illegible] desitum a *Plur.* tam parum quam [illegible], videlicet.

Plura sub *Reg.* 131. proferentur, quæ vel pertinacissimorum dissensum frangere valeant. Ergo IV. summa cum fiducia confirmo; nulla omnino dari verba, quorum *tertia Radicalis He* in *quietem* concedat; quemadmodum nec in *prima*, vel *secunda*, *sede* unquam *quiescere* deprehenditur: הָבַל *vanus fuit*, ubique *He mobile* retinet. מָהַר *festinavit*, nunquam *motum mediæ* depo-

nit. גָּבַהּ *altus fuit*, cum *Sororibus* תָּמַהּ *stupuit*; כָּמַהּ *luridus fuit*. נָגַהּ *splenduit*, בָּלַהּ *consternatus fuit*, pro se, suisque derivatis, *mobilem* constantissime servant tertiam: ac proinde non *radicale* est illud *He*, quod *quietem* in 3. ingreditur; sed *servile*, *tertiarum Waw* & *Jod* vices excipiens, ac propterea tam facile vel ejiciendum, vel in *Jod*, partim *quiescens*, partim *mobile*, commutandum, quin & in *Taw* trajiciendum. Confer pro *tertiis Waw* & *Jod Clav. Dial.* p. 215. & 242. 243. Eadem hæc ad *Reg.* 132. uberius adhuc declarabuntur.

CXXVIII. In *Prima Classe Quiescentium* veniunt *primo*, quorum *prima* est *Aleph*. Horum longe maxima pars *perfectam formam* retinere solet. Qualis ea, ob *Gutturalem*, esse debeat, ubi ex lege conjugandi *Kametz primæ Radicalis* abiit in *Scheva*, ex *Reg.* LIII. p. 137. & 139. intelligi poterit. Secundum eam ab אָסַף *collegit*, pro יֶאְסֹף I. in *fut. Kal* existit יֶאֱסֹף & יֶאֱסֹף; atque mollius adhuc, יֶאֱסֹף & יֶאֱסֹף. II. in *præt. Niph.* pro נִאְסַף, consimiliter נֶאֱסַף, & נֶאֱסַף &c. Eadem ratio *partic.* ejus. III. in *præt. Hiph.* pro הִאְסִיף *colligere fecit*, הֶאֱסִיף & הֶאֱסִיף, rarius הַאֲסִיף & הַאֲסִיף; quod *Infinitivo* magis convenit, ut & reliquis ibidem. IV. in *Hophh.* toto הָאֳסַף ex הָאְסַף vel הָאֲסַף.

Apparet, quid *Quieti* occasionem præbuerit; & quomodo incommodior illa *gutturalis* ad commodiorem duxerit pronunciandi rationem.

Se-

Secundum eam in *Fut. kal* I. *Aleph quiescit* in *Cholem*, & terminale punctum, variandi ergo, jam non *Cholem*; sed *Tzeri*, vel *Patach*. יאסף, יאסף *colliget*. II. Consimiliter *præter*. & *part. Niph.* ut נאחז *comprensus est*, ab אחז *prehendit*. III. In *Hiphh.* quies sumta videtur in *Tzeri*, vel *Kametz*: ut האזין pro האזין *auscultavit*, fuerit dictum: & יאזין pro יאזין. IV. *Hophhal* ex *Analogia* debuisset assumere *Schurek*. Nulla tamen ejus exempla; nisi in textu *Chaldaico Dan.* 7: 11. הובד *Aleph* in *Vaw* insuper mutato: ut in *Hiphh.* etiam *Chaldaica* formatione occurrit, *Jer.* 46: 8. אובידה *perdam*, vel potius sine *Vaw* אבידה. In notis plura dabo. Ex *Chaldaismo* quoque esse dicitur, quod *Fut.* in *Kal* sumat *quietem* per *Tzeri*; ut *Gen.* 32: 5. ואחר *& moratus sum*, pro אאחר ex אאחר. Mihi & hæc *Hebraicæ* fuisse *ditionis*, nullum dubium.

א. Præmisi *perfectam normam*, ad *Reg.* LIII. ut eadem opera teneretur, quomodo omnia verba, quorum *primi Gutturales*, iisdem in flexionibus sese haberent.

Paradigma appono, quod ad omnes simul *Gutturales primas* prælucebit.

Infin. Constr.

אסף אסף באסף לאסף

Fut.

	f. Plur.		m.	f. Sing.	m.
3.	תאספנה	יאספו	יאספו	תאסף	יאסף
2.	תאספנה	תאספו	תאספו תאספו	תאספי תאספי תאספי	תאסף
1.			נאסף		אאסף

Imper.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
אספנה	אספו	אספי	אסף

Si *media* quoque fuerit *Gutturalis*, ut in אחז *prehendit*, אהב *amavit*; pro יאחז existit יאחז vel יאחז *Cap.* & item יאהב *amavit* &c. In *Praet. Niph.* נאסף *collectus est*, eodem plane modo proceditur, ad *Reg.* 59. bifariam evitato concursu *Schevatis compositi* & *simplicis* ante *Adform. affyll.* In *Partic.* נאסף, נאספה, נאספת &c. nihil habet, quod morari queat: *Infin.* ex הנאסף dat האסף, *Reg.* 112. Eadem forma *Imperativi*: ut in *Fut.* יאסף. In *Hipph.* manente *terminali puncto* conjugatur האסיף האסיפה, atque ita porro. In *Hopph.* iterum ab האסף bifariam האספה & האספה. Hinc reliqua omnia cuivis e proclivi ibunt.

ב. *Perfectae formae* subnectamus *imperfectam*, i. e. *gratiorem*, quam *delicatior* pronunciandi mos invexit, *prima* in *quietem* data. Per *Cholem*. I. in *Fut. Kal.*

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תֵּאָסַפְנָה	יֵאָסְפוּ	תֵּאָסֵף	יֵאָסֵף	3.
תֵּאָסַפְנָה	תֵּאָסְפוּ	תֵּאָסְפִי	תֵּאָסֵף	2.
Com.	נֵאָסֵף	Com.	אֵאָסֵף	1.

II. In *Præt. Niph.* & נֶאֱסַף obtinuisse, arguit נֶאֱחַז *possessor factus est*, bis prostans, *Num.* 32: 30. & *Jos.* 22: 9. In *Participio* נֶאֱחָז conformatum fuisse, nemo ambiget; ut nec dubitem, quin, vivente Lingua, plura talia viguerint. Reliqua primam in *motu* retinent, ut הֶאֱחִז, אֶחֵז &c.

III. In *Hiphh.* etiam הֶאֱסִף, & א in ו trajecto הוֹסִיף dictum, arguit אָסִיף *auferam*, 1 *Sam.* 15: 6. אֹבִיד *perdam*, *Jer.* 46: 8. וַיּוֹחֶר & *moratus est*, 2 *Sam.* 20: 5. secundum *Masoram*. Textus habet וַיִּיחַר pro יֹּאחֶר in *Fut. Kal*, ex *Chaldaismo* illo, de quo confestim. Iterum *Neh.* 13: 13. וָאוֹצְרָה & *Thesaurarios constitui*: ab אָצַר *recondidit*; in *Fut. Hiph.* cum *He parag.* At *Aleph* mansit in יֹאֵל *jurare fecit*, ex אָלָה 1 *Sam.* 14: 24.

IV. In *Hophh.* הוּסַף enunciatum, *Analogia*, vel sine exemplis, accredendum. Ad *derivata* nonnulla felicius indaganda faculam id prælucebit.

Quietem per *Cholem* in *Fut. Kal* I. constanter intrant *quinque* verba, אָבַד *periit*. אָכַל *comedit*. אָמַר *dixit*. אָבָה *voluit*. אָפָה *coxit*. Promiscué *motum* retinere, in *quietemve* ire, possunt tria אָהַב *amavit*, unde אֹהַב, יֶאֱהַב, אֶאֱהַב, & יֶאֱהָב; itemque אָחַז *prehendit*: אָסַף *congregavit*.

Observandum *Aleph radicale* post *Præformantem Aleph* perpe-

tuo

tuo omitti: ut אֹכַל pro אֶאֱכֹל *comedam*, *Gen.* 24: 33. אֹמַר *dicam*: *Gen.* 24: 14. *Job.* 10: 2. & alibi passim. Omittitur & post alias nonnunquam, ut תֹּמְרוּ *dicetis*, 2 *Sam.* 19: 14. יֹמְרוּ *dicunt*, *Ps.* 139: 19. secundum plurimos. יֹוכְלוּ *edunt*, *mordent*, *minuunt*, *Esech.* 42: 5. juxta *Cocc.* תֹּפֵהוּ *coquebat eum*, *Gen.* 24: 5.

Quæ per eandem *quietem* in *Niph.* & *Hiphh.* extant, supra jam adducta.

ג. Est & alia ratio *quietis* per *Tzeri.* Hanc I. in *Fut. Kal.* adscivit quoque verbum אָהַב *amavit*, unde *Prov.* 8: 17. אֵהַב *amabo*, pro אֶאהַב, ex אֶאֱהַב. Similiter אֵחַר *morabor*, *Gen.* 32: 6. ab אָחַר *posterior fuit.* תֵּחַד *uniatur*, *Gen.* 49: 6. ab אָחַד *unus fuit.* Alii ad יָחַד referunt: ut & alterum illud תֵּחַד *adunaberis*, *Esaj.* 14: 20. Iterum תֵּזְלִי *abis*, *Jer.* 2: 36. pro תֵּאזְלִי ab אָזַל *abiit.* Denique יֵאתֶה pro יֶאֱתֶה *veniet*; quod & יֵתֵא *Deut.* 33: 21.

Hanc *quietem* subit verbum אָמַר *dixit*, in *infin. constr.* per *Lamed*, ut לֵאמֹר *dicendo.* בֶּאֱמֹר *in dicendo*, non subit: nunquam subiisse, haud dixerim.

Solitarium exemplum 2 *Sam.* 20: 5. וַיּיחֶר *& moratus est*, pro יְאַחֵר cum *quiete* ש *Aleph* in *Chirek*, unde illud mox in *Jod* trajectum. Istam *quietem* in *Chirek* amat *Dial. Aramæa*, quæ dat יֵאכַל יֵאכַל & יֵיכֻל *comedet.* Non est ergo, cur cerula *Critica* notetur Lectio quantivis pretii. יוֹחֶר quod substituit *Masora*, aliis ex *Hiphh.* aliis ex *Kal* manat.

So-

Solitarium quoque אָנוּשׁ *langueo*, *Pf.* 69: 21. in *fut. kal*, ab אָנַשׁ, pro אֶאֱנוּשׁ. Si fat firmum hoc exemplum, *quies* per *Kametz* etiam obtinuerit, necesse est. Quidni? ut enim a יֶאֱהַב fponte nafcitur יֵאהַב: ita a יְאֶהֱב pronum יָאהֵב.

Utraque contractio per *Tzeri* & *Kametz* in *Hiphh.* II. admissa. Ita in *præt.* הֶאֱתָה *venire fecit*, mollius dedit הֵאתָה, & mox, omissa *prima*, הֵתָה *Efaj.* 21: 14. *Jer.* 12: 9. Ex *part. Hiph.* adducitur מֵזִין pro מַאֲזִין *aufcultans*: *Prov.* 17: 4. Id mihi a זוּן valet *ornans*, *fucans*. In *fut.* tamen אָזִין *aufcultabam*, *Job.* 32: 11. pro אַאֲזִין, ex אֶאֱזִין, gradum tueri poteft. Manente prima habes וַיָּאצֶל & *fepofuit*, *Num.* 11: 25. pro יַאֲצֶל.

Reliqua exempla minus liquida. וַיָּרֶב & *infidias ftruxit*, 1 *Sam.* 15: 5. poteft quidem effe pro יַאֲרֵב ab אָרַב: nil tamen impedit, quominus ad רִיב revocetur. אָסֵיף *Zeph.* 1: 2, 3. & *Jer.* 8: 13. retulerim ad סוּף, ut fit, *finiam*, *confumam*. אָרִיץ *Jer.* 49: 19. & *Pf.* 68: 32. haud dubie a רוּץ *cucurrit*, derivandum. אַשְׁמֵם *Efech.* 20: 26. non eft אַאֲשִׁים *reos peragebam*, cum *adf.* fic enim in duplicem inciditur *Anomaliam*; fed אֶשֹׁם pro אֶשְׁמֵם, a שָׁמֵם *fideravit*, *evaftavit*. Similiter 1 *Sam.* 5: 6. Denique לְהָכִיל *Efech.* 21: 28. non eft pro לְהַאֲכִיל *ad confumendum*, fed a כּוּל *menfura complexus eft*: ut fit, *ad vaftu capacitate complectendum*. Minus adhuc concoxerim אֲכִלְךָ ex אַאֲכֶל *comedere faciam te*, ut vult Cl. *Alt. Exod.* 33: 3. Quid fit, alibi difquirendum.

ד. *Aleph* extra *ordinem quiefcit* in הָאסַפְסֻף pro הָאסַפְסֻף.

Omissum creditur in הָסוּרִים *vincti*, pro הָאֲסוּרִים *Eccl.* 4: 14. coll. *Jud.* 16: 21. ex *He artic.* & אֲסוּרִים. Forte aliud est. מָסֹרֶת *vinculum*, *Esech.* 20: 37. pro מַאֲסֹרֶת, etiam non omnino firmum. *Jersch.* a מָסַר derivat. In his *quies* texisset *omissionem*. *Aramaei* etiam *primam mobilem* supprimunt, si antecedat *Scheva*: & יְאַלֵּף *docebit*, pronunciant, sæpe etiam exarant, יַלֵּף Hac forma signatum מַלֵּף *doctor*, pro מְאַלֵּף *Job.* 35: 11. אֲבֵד *perdam*, pro אֲאַבֵּד *Esech.* 28: 8. תַּזֵּר pro תְּאַזֵּר 2 *Sam.* 22: 40. Addo יָהֵל *tentorium figet*, *Esaj.* 13: 20 pro יֶאֱהַל in *fut. Pihh.* non, ut vulgo volunt, pro יַאֲהִיל ex *Hiphh.* Si Libris veterum *Hebræorum* abundaremus, multa talia, credo, occurrerent, atque elegantiæ laudem ferrent. Nunc raritas, quæ augere debuisset pretium, illud apud multos ita imminuit, ut vix *Hebraicæ* hæc *civitatis* esse patiantur: aliis mendam hisce subesse tendentibus; quod sane procul a *Critices sanioris* regulis est repulsum.

CXXIX. Secundum in *prima Classe* locum occupant *incipientia* a *Waw*, vel *Jod:* quorum ferme *origo*, & *significatio*, eadem. Nempe יָלַד *genuit*, ex *Dialecto* וָלַד, unde יֶלֶד & וָלָד *puer*. Omnia hæc a *perfecta conjugandi via*, quam in *veteri Lingua* tenuere, *Natura duce* paullulum inclinarunt, suavioris pronuntiationis ergo. Nempe quum *Vau* & *Jod* in *medio* non ament *pronuntiari*, sive *moveri*, quoties *Syllabam* claudere coguntur; *quies* capta in *fut. Kal;* in *præt.* ac *part. Niph.* in *Conjug. Hiphh.* &

& *Hophh.* totis: atque pro formis יֵלֵד & יִלֵּד: item נוֹלַד & נִלַד: nec non הוֹלִיד , הוּלַד, &c. aliquid mollius quæsitum. In *fut. Kal* ergo I. obtinuit plerumque, ut *prima Jod quiesceret* vel in *Chirek*, vel in *Tzeri*, explicite, implicite, cum *terminalibus Patach*, vel *Tzeri*, pro arbitrio fere; utque, ex *implicita* illa *quiete*, etiam *Imperativus* in *Kal* sine *prima radicali* posset efferri, itemque *infinitivus constructus*, tam *masculina*, quam *fæminina*, *terminatione*. II. in *præt.* ac *part. Niph.* *quies* item *in Chirek*, vel *Tzeri*, potuit cadere. Usitatius tamen pro *Jod*, ob *Originis jura*, assumtum *Waw*, cum *quiete* per *Cholem*. At *infin. Fut.* & *Imperat.* ibidem, quia *prima Radicalis Vocalem* suam retinet, *Waw* illud *moveri* postulant, nonnunquam & *Jod* resumto. Hæ posteriores *formæ perfectæ* sunt censendæ. III. In *Hiphh.* item adhibitum *Waw quiescens* in *Cholem* per totam conjugationem. Nonnulla & *Waw mobile* ibi retinent, ad normam perfectam. Alia *Jod mobile* servarunt eadem *perfectionis* lege. Alia denique *Jod quiescens* in *Tzeri* adscivere. IV. In *Hophh.* postremo *Waw* per *Schurek quiescere* jussum.

Reliquæ *conjugationes*, sive *species*, nihil mutationis exigunt. Ex *Veteri* tantum *Lingua* tenuit, ut in *Conj. Hithpahhel* pro *Jod* esset *Waw mobile*, in יָדַע *novit*, יָדָה *jecit*; יָבַח *albidus*, *lucidus fuit*: ut הִתְוַדַּע *notum se facere*, הִתְוַדָּה *confiteri*, & הִתְוַבֵּחַ

Redarguere. Addatur *quartum* הִתְוַסֵּר *castigari*, ex *Esech.* 23: 48. a יָסַר *erudivit.*

א. Nemini dubium relictum putem, quin *Hebræi*, æque ac *Arabes*, habuerint verba inchoata a *Waw*, quæ inchoatis a *Jod* vices præstare potuerint, ad commodiorem *conjugandi* rationem. Lucem sibimet invideret, qui hoc non ultro amplecteretur. Ex hoc fonte emanasse videntur *Verba* illa *Defectiva prima Jod*, quæ sub. *Reg.* 124. tetigimus. Nempe a וָכַל وَكَلَ, *valuit*, in *Fut. Kal* regulariter est יִוְכַל: quod *Chaldæi* in יֵכַל & יִכַּל contrahunt, ut *Dan.* 3: 29. itemque in יוּכַל. Prima formatio per *elisionem*; altera fit per *quietem*. Posterior illa *Hebræis* sub hac *Radice* unice placuit: unde constanter *Futurum* hocce in *Kal* effertur

f.	Plur.	m.	f.	Sing.	m.	
תּוּכַלְנָה		יוּכְלוּ	תּוּכַל		יוּכַל	3.
תּוּכַלְנָה		תּוּכְלוּ	תּוּכְלִי		תּוּכַל	2.
Com.		נוּכַל	Com.		אוּכַל	1.

Nulla hic *Anomalia*; sed pura puta *Analogia*, ex יִוְכַל illuc sponte inclinans.

In aliis illud *Waw* aliquando elisum, & per *Dagesh forte* compensatum in sequenti, satis jam verisimile forte factum. Sic יִצַּק *fundet*, pro יִוְצַק extiterit: & יִקַּץ pro יִוְקַץ *evigilabat*, *Ps.* 78: 65. Item הִצִּיעַ *stravit*, pro הִוְצִיעַ. Redeatur ad *Reg.* 124. ubi reliqua, quæ huc pertinent, adducta.

ב. Ut quæ ad *Verba Quiescentia prima Jod* dicenda restant, distinctius percipiantur, dabo conspectum *Formarum*, quæ

quæ secundum *Legem quietis* in *Kal*, *Niphh.* *Hiphh.* & *Hophh.* extitere.

I. In *Fut. Kal* a *Radicibus* יָבֵשׁ *aruit*, & יָשַׁב *sedit*, habemus *geminum* hoc *Paradigma*.

f.	m.			f.	m.	
תֵּשֵׁב	יֵשֵׁב			תִּיבַשׁ	יִיבַשׁ	3.
תֵּשְׁבִי	תֵּשֵׁב	Sing.		תִּיבְשִׁי	תִּיבַשׁ	2.
Com.	אֵשֵׁב			Com.	אִיבַשׁ	1.
תֵּשַׁבְנָה	יֵשְׁבוּ			תִּיבַשְׁנָה	יִיבְשׁוּ	3.
תֵּשַׁבְנָה	תֵּשְׁבוּ	Plur.		תִּיבַשְׁנָה	תִּיבְשׁוּ	2.
Com.	נֵשֵׁב			Com.	נִיבַשׁ	1.

Inde *Imperativus* quoque *geminus*, quorum alter *perfectus*, alter *imperfectus* appellatur

יְבַשׁ יִבְשִׁי &c. שֵׁב שְׁבִי &c.

Similiter *Infinitivus Constructus* : *Perfectus*, & *Imperfectus*.

יְבַשׁ יְבֹשֶׁת &c. שׁוֹב שֵׁב שְׁבָה שֶׁבֶת &c.

Quid in hisce variaverit, secundum *literas*, & *puncta terminantia*, deinceps submonebitur.

II. *Niphal* in *Præt.* & *Partic.* tantum *quietem* intrans, *triplicem formam* induit, e *perfecta* נִיבַשׁ & נוֹבַשׁ oriundas.

Pret.	נִיבַשׁ	נִיבְשָׁה	נִיבְשַׁת	&c.	נוֹבַשׁ	נוֹבְשָׁה	&c.
Part.	נִיבָשׁ	נִיבָשָׁה	נִיבֶשֶׁת	&c.	נוֹבָשׁ	נוֹבָשָׁה	&c.

Usitatissimum *Waw quiesc.* per *Cholem.* Duo *Schurek* habent, נוּגִים & נוּגוֹת *Zeph.* 3: 18. *Thren.* 1: 4. a יָגָה *doluit* &c. Reliqua hujus *Conjugationis*, retinent *jura perfectionis*, atque per *Jod* & *Waw mobile* sic eunt.

Infin.	הִיָּבֵשׁ	הִוָּבֵשׁ	לְהִוָּבֵשׁ	&c.
Imper.	הִיָּבֵשׁ	הִוָּבֵשׁ	הִוָּבְשִׁי	&c.
Fut.	יִיָּבֵשׁ	יִוָּבֵשׁ	הִוָּבֵשׁ	&c.

III. *Hiph-hil* per totam *Conjugationem* admittit *quietem*, vel in *Jod* per *Tzeri*; vel in *Waw* per *Cholem*: ita tamen ut *motus* quoque *utriusque literæ* permittatur.

Infin.	הַיְבִישׁ	הֵיבִישׁ	הַוְבִישׁ	הוֹבִישׁ
Præt.	הִיְבִישׁ	הֵיבִישׁ	הִוְבִישׁ	הוֹבִישׁ
Fut.	יַיְבִישׁ	יֵיבִישׁ	יַוְבִישׁ	יוֹבִישׁ
Imper.	הַיְבֵשׁ	הֵיבֵשׁ	הַוְבֵשׁ	הוֹבֵשׁ
Part.	מַיְבִישׁ	מֵיבִישׁ	מַוְבִישׁ	מוֹבִישׁ

IV. In *Hoph-hal* formæ perfectæ הָיְבַשׁ, הֻיְבַשׁ, הָוְבַשׁ sponte in הוּבַשׁ resederunt, per universam conjugationem. Cl. *Alt.* cum *Rabbinis* quibusdam pro *Schurek* & *Cholem* captum censet in תּוֹתַר *excellens fit*, *Gen.* 49: 4. & הוֹתֵר *reliquum esse*, *Exod.* 36: 7. Utrumque ex *Hiph-hil* potius derivandum.

3. Apparet tum ornamenta, tum præsidia, maxima, ex hac tam multiplici variegatione formarum in *Linguam Hebræam* redundasse. Tenendum porro I. in *Futuro Kal* non tantum יִיבַשׁ, scri-

scribi, per *quietem explicitam*, sed etiam יָבֵשׁ per *implicitam*; & *terminale punctum Tzeri* æque in his ipsis permitti. Contra יֵשֵׁב cum *quiete implicita* etiam יִישַׁב potuit exarari, cum *explicita* eâdem: & *terminale punctum* utrobique iterum potuit esse *Patach*. Habes *ecduplicem Orthographiam quatuor paribus comprensam*.

Prius par dat יִירַשׁ *hæres erit*. &c. *Gen*. 21: 10. יִיקַץ *expergiscebat*, *Gen*. 9: 24. יִיצֶר *formaverat*, *Gen*. 2: 7.

Secundum par, יִבַשׁ *arescet*: *Jes*. 19: 7. & יִצֶר *formaverat*, *Gen*. 2: 7.

Tertium par, יֵלֵךְ *ibit*, passim; & יֵלֵךְ *Job*. 7: 9. Item יֵרֵד & יֵרֵד *descendet*. &c. &c.

Quartum par אֵלֵךְ, & cum *He parag*. אֵילְכָה *Mich*. 1: 8. *ibi*. & יֵיקַר *pretiosus erit*. *Ps*. 72: 14. quod sine *Jod* iterum *Ps*. 49: 9. יֵקַר: ut יֵיקַר prostat 1 *Sam*. 18: 30.

In *Imperativo pleno* terminale punctum *Cholem* & *Patach* fere obtinent, יְרַשׁ & יְרַשׁ *hæres esto*. Si *Aphæresis primæ* fiat, servatur quod in *futuro* erat, vel *Tzeri*, vel *Patach*: רֵשׁ *posside*, *Deut*. 1: 21. & רָשׁ *Deut*. 2: 31. ubi *Kametz* ob *Pausam*. Sic רֵד & רֵד *descende*; item הַב & הָב *dato*. A לֵךְ cum *He parag*. passim לְכָה; quin & לְךָ existit: *Ps*. 80: 3. *Num*. 23: 27. *Jud*. 19: 13. 2 *Chron*. 25: 17. Cum *Kibbutz* venire censetur *Jes*. 8. 10. & *Jud*. 19: 30. עֻצוּ *consulite*, pro עֲצוּ *inventum*, a יָעַץ. Rectius teneas Radicem עוּץ: cujus vis & proprietas alibi pandetur.

Infinitivus Constr. etiam fuit רֶשֶׁת & יְרֹשׁ; unde לְרִשְׁתָּהּ *ad possi-*

possidendum nos, *Jud.* 14: 15. Sic לִיסֹד *ad fundandum*: *Esaj.* 51: 16. לִירֹא *ad timendum*: quod & לְרָא 1 *Sam.* 18: 29. per *quietem implicitam* in *Tzeri*. Admissa & hic *terminatio fœm.* ת: ut יְבֹשֶׁת *exarescere*, *Gen.* 8: 7. יְכֹלֶת *valere*, *Num.* 14: 16.

Crebra hic *Aphæresis primæ*, tum forma *masculina*: ut רֵד *descendere*, *Jud.* 19: 11. & cum *He parag.* רְדָה *Gen.* 46: 3. שֵׁב *sedere*, *Jer.* 42: 10. Cl. *Alt.* addit כֹּל pro יְכֹל *Job.* 42: 2. tum *forma fœmin. duplici*; ut לְדָה לֶדֶת *parere*, *partio*. דֵּעָה דַּעַת *scire*, *scientia*. Minus juste calculos subduxere *Grammatici*, quum *postremam* tantum hic agnoscunt, ejusque ת *paragogicum* vocitant. In hoc *Taw fœminino* exeunt præterea רֶשֶׁת *possidere*, שֶׁבֶת *sedere*. צֶקֶת *fundere*. צֵאת pro צֵאת *exire*. רֶדֶת *descendere*, לֶכֶת *ire*: sumuntque *adfixa* ad normam *Segolatorum*: *Reg.* 86. ut רִשְׁתִּי *possidere mei*, שִׁבְתִּי *sedere mei* &c. דַּעְתִּי *cognoscere mei*. לֶכְתִּי *ire meum*. לִדְתָּהּ *parere ejus*. Pro לָלֶדֶת *ad pariendum*, per *Syncopen* לַלֶת positum 1 *Sam.* 4: 19. ut אַחַת pro אַחֶרֶת *una*.

Ad familiam hanc, late regnantem olim, revoco quoque שַׁחַת pro שֶׁחֶת *putrescere*, *flatus putredinis*; a יָשַׁח *putruit*; cujus *deriv.* יֶשַׁח semel tantum legitur *Mich.* 6: 14. נַחַת *procumbere*, *relictum jacere*, *Job.* 17: 16. a יָנַח *cubuit*. &c.

Aphæresis primæ a *Grammaticis* etiam cecidisse dicitur in *Præteritum*, per singularem *Anomaliam*. Ea carere mallet *Lingua Hebr.* Teneatur ergo רַד *Jud.* 19: 11. in *Infinitivo*. צָקוּן *Esaj.* 26: 16. non est *fundunt*, a יָצַק sed *exprimunt*, vel *exprimuntur*,

a

a צוּק; flosculo pervenusto orationis. וְשַׁבְתִּי *Ps.* 23: 6. ad שׁוּב pertinet; quatenus signat *Votorum summam*, & *complementum*.

II. In *Præt.* ac *Part. Niph-hal* quoque *primam Jod* per *Chirek*, vel *Tzeri*, potuisse *quiescere*, dubitare non sinit *Analogia.* יָחַם *caluit*, cujus *Fut.* in *Kal* יֵחַם, & יִחַם, consimiliter in *Præt. Niph.* נִיחַם & נֵיחַם dare potuit, *Jod* expresso, vel suppresso. Mansit hinc in *Part. Niph.* נֵחָמִים *Esaj.* 57: 5. *calefacti*, *libidine incensi.* Alii a חָמַם, minus commode. Etiam נוֹחַם extulit *Vetus Lingua.* Inde נוֹחָם & נוּחַם conformatum. Prior *quies* per *Cholem* in hisce dominata: ut נוֹלַד *genitus est.* נוֹדַע *cognitus est.* נוֹסַד *fundatus est.* נוֹעַד *condictus est.* נוֹשַׁב *habitatus fuit.* נוֹשַׁע *salvatus est.* &c.

Posterior per *Schurek* servata nobis in נוּגוֹת *mœstæ*, *Thren.* 1: 4. & נוּגִים *mœsti*, *Zeph.* 3: 18. ex *Part. Niph.* a יָגָה. De נוּלְדוּ *nati sunt*, 1 *Chr.* 3: 5. alibi dispicietur.

In reliquis *Jod mobile* sæpe retentum, arguit יִיָּרֶה *jaculis figetur*, *Exod.* 19: 13. & יִיָּחֶל *moratus est*, *Gen.* 8: 12.

Dominantius tamen *Waw mobile*: ut הִוָּלֵד *nasci.* הִוָּרֵשׁ *possideri.* הִוָּסְרוּ *castigamini.* הִוָּשְׁעוּ *salvamini*, *Jes.* 45: 22. יִוָּשֵׁעַ *salvabitur.* אִוָּשֵׁעַ *salvabor.* &c. &c.

III. In *Hiph-phil*, ut dictum, *quadruplex* forma.

1. Per *Jod mobile*; ut מַיְמִינִים 1 *Chr.* 12: 2. *dextra agentes.* תַּאֲמִינוּ *dextrorsum ibitis*, *Esaj.* 30: 21. cum *Aleph* pro *Jod*: non sine pulcro lusu. אַיְסִירֵם *castigabo eos*, *Hos.* 7: 12. יַיְשִׁירוּ *recta pergant*, *Prov.* 4: 25.

2. Per *Jod quiesc.* in *Tzeri*: ut אֵימִנָה *dextrorsum ibo.* Etiam

 im-

impliçite הֵמִין, *dextrorsum abire*, 2 *Sam.* 14: 19. הֵיטִיב *benefecit*. הֵינִיק *lactavit*. הֵילִיךְ *ire fecit*. הֵילִיל *ejulavit*. הֵימִיר *mutavit*, *Jer.* 2: 11. a יָמַר.

3. Per *Waw mobile*: ut הוֹצֵא *educ*, *Gen.* 8: 17. *Masora* geminam e Veteri Lingua residuam obscuravit, substituens הַיְצֵא. Geminum germanum est הוֹשַׁר *Ps.* 5: 9. *dirige*; item gratis correctum in הַיְשַׁר. Perpetua hæc forma apud *Syros*.

4 Per *Waw-quiesc.* in *Cholem* multo usitatissime: ut הוֹשִׁיעַ *salvum præstitit*, הוֹרִיד *descendere fecit* הוֹלִיךְ *ire fecit*. הוֹסִיף *adjunxit*; unde cum *Aleph* loco *Waw* תֹּאסִפוּן *Exod.* 5: 7.

IV. *Hoph-hal* constanter habet *Waw* cum *Schurek*. הוּרַד *dejectus est*. הוּשַׁב *sedere factus est*. הוּקַד *ardere factus est* &c.

At יֻצַּע pro יוּצַע *substernetur*, *Esaj.* 14: 11. הֻנַּח pro הוּנַח *depositus est* &c. eunt secundum rationem *defectus* nota א. indicatam. Par ratio in הֻלֶּדֶת & הוּלֶּדֶת pro הוּלֶדֶת *infin. form.* in *Hophh.*

ד. Nitori restitutum spero genus *verborum*, quod cum *derivatis* latissimam occupat ditionem. Horum *Analogia*, & justissima conformatio, nunquam expediri poterit sine hac clavi. Magna quoque ex hisce lux adfulgebit ad *variantes* quasdam *Masoræ Lectiones*. Alia nonnulla, quæ *Verbis* hisce accidere potuere in *Conjug. Dagessatis*, ad *Reg.* 163. tradentur.

CXXX. Secunda *Classis Quiescentium* constituitur per verba quæ *mediam Radicalem* habent aliquam אוי; ut *Reg.* 127. præmunivi. Rarissima quidem quies *verborum* quibus *media Aleph*: ut בָּאַשׁ *fœ-*

foetuit. בָּאַב *luruit.* פָּאַר *gloriatus est.* שָׁאַל *rogavit.* &c. attamen ea non in totum inde abhorruisse, insinuatum ad *Reg.* CXXVII.

Ibidem dixi male a *Quiescentium numero* exclusa quæ *mediam* habent *Jod:* quamvis ob *pronuntiationem* satis *facilem motus* sæpe fuerit retentus: ut אָיַב *petivit, impetivit.* &c. Inde tamen nihil colligere est. Nam & quibus *media Waw*, olim *mobilem* eam haud dubie habuerunt, & קָוַם per *omnes perfecti Thematis formas* ire potuit. Ejus *Veteris perfectionis* tenaciores *Radices* גָּוַע *expiravit.* רָוַח *spiravit* צָוַח *rupit vocem.* &c. ob rationem alibi indicandam.

Quæ de *quiete mediæ Aleph* sciri debent, ad genuinam faciem *Linguæ Hebr.* cognoscendam, *Notæ* dabunt.

Medias Jod etiam illuc remittimus, sponte se daturas, quum *Quies mediæ Waw* perspecta erit.

Quieti isti occasionem dedit difficilior sonus elementi illius, quod labra vastius diducit; ut in קָוַם *ka-wam stetit,* יִקְוֹם *Jikwôm, stabit*, sentire est.

Evitata ergo ingratior pronuntiatio, & quidem aliter in *Conjug. Kal, Niphh. Hiph.* & *Hoph.* aliter in *Pihh. Pyhh.* & *Hithpahh.*

A. A: Priorum rationem *quatuor* hi *canones* constituunt, & declarant.

I. Media *Waw* in his quatuor *speciebus* vel in *quietem* cadit per *Cholem*, aut *Schurek;* ut אוֹר *luxit*, pro אָוַר: & קוּם *stare*, pro קְוֹם: vel supprimitur; ut קָם *stetit*, pro קָוַם &c.

II. *Præformantes* hinc pro *Vocali brevi* poscunt *longam*; & quidem 1. in *fut. Kal* pro *Chirek* solemne est *Kametz*; rarius *Tzeri*: ut יָקוּם pro יִקְוֹם ex יִקְוֹם *stabit*. יֵבוֹשׁ *perplexus erit*, pro יִבְשׁ, ex יִבְוֹשׁ. 2. In *præt.* ac *part. Niphh.* item *Kametz*; perraro *Tzeri*: ut נָקוֹם *stare factus est*, pro נִקוֹם ex נִקְוַם; & נֵעוֹר *excitatus est*, pro נֶעוֹר ex נִעְוַר. 3. In *præt.* & *part. Hiphh.* ex *Chirek* tantum *Tzeri*; הֵקִים *stare fecit*: ex הִקְוִים: & מֵקִים *stare faciens*, tanquam ex מִקְוִים: in reliquis ex *Patach* tantum *Kametz*; ut הָקֵם *erigere*, pro הַקְוֵם; & יָקִים *eriget*, pro יַקְוִים. 4. In toto *Hophh.* tantum *Schurek*, ex *Kametz-Chatuph*, vel *Kibbutz*: ut הוּקַם pro הָקְוַם & הֻקְוַם *erectus est*.

III. *Adformantes Asyllabæ* non deducunt *accentum*; ad *quietem mediæ* fulciendam, vel & supplendam. יָקוּמוּ *stabunt*. קָמוּ *steterunt*. נָקוֹמוּ *erecti sunt*. הֵקִימוּ *erexerunt*. Excipitur *Hophh.* ubi semper יוּקְמוּ *erigentur*: nisi quod in *Pausa* dicatur יוּקָמוּ.

IV. *Adformantes Syllabicæ* eandem amant *Epenthesin*, quam *defectiva mediâ*, *Reg.* CXXV. *num.* V. Ea perpetua in *præt. Niph.* ut נְקוּמוֹתִי *stare factus sum*. Frequens, sed libera, in *fut. Kal*; cum *præt.* & *fut. Hiphh.* In *Hophh.* nulla.

Accentus cum *Epenthesi* descendens, ut & cum aliis:

aliis incrementis; de quibus alibi, efficit, ut *Kametz* & *Tzeri* ſub *præformantibus* abeant in *Scheva*. הֵקַמְתִּי & הֲקִימוֹתִי *erexi*. תְּקוּמֶנָה & תְּקוּמֶינָה *stabunt* f.

B. B. In *Dageſſatis mediâ*, 1. manere poteſt *Waw*; ut עִוֵּת *torſit*, *tortavit*. עֻוַּת *tortatus eſt*. הִתְעַוֵּת *tortavit ſeſe*. &c. 2. ad leniorem pronuntiationem ſumitur plerumque *Jod*; & קִוֵּם *ſtare fecit*, &c. fit קִיֵּם, קֻיַּם, הִתְקַיֵּם. 3. *media* in *quietem* miſſa per *Cholem*, geminatur *tertia*; & fit קוֹמֵם, קוֹמַם, הִתְקוֹמֵם. 4. *media ſuppreſſa*, geminatio fit *primæ* ac *tertiæ*, adhibitis *punctis ordinariis*: ut קִמְקֵם, קֻמְקַם, הִתְקַמְקֵם.

א. Paradigma, ad verbum קוּם *ſtare*, ita ſe habet per *Quietem mediæ*.

KAL.

Infinitivus Abſol. & Conſtr.

קוּם קוֹם לָקוּם קוּמָה קֻמֶת

Præteritum.

	f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
	Com.	קָמוּ	קָמָה	קָם	3.
	קַמְתֶּן	קַמְתֶּם	קַמְתְּ	קַמְתָּ	2.
	Com.	קַמְנוּ	Com.	קַמְתִּי	1.

Fu-

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּקוּמֶנָה vel תְּקוּמֶינָה	יָקוּמוּ	תָּקוּם	יָקוּם	3.
	תָּקוּמוּ	תָּקוּמִי	תָּקוּם	2.
Com.	נָקוּם	Com.	אָקוּם	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
קֻמְנָה	קוּמוּ	קוּמִי	קוּם	2.

Participium Præsens.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
קָמוֹת	קָמִים	קָמָה	קָם

Participium Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
קוּמוֹת	קוּמִים	קוּמָה	קוּם

N I P H-H A L.

Infinit. Absol. & Constr.

לִקּוֹם	לְהִקּוֹם	הִקּוֹם	הִקּוֹם

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	נָקוֹמוּ	נָקוֹמָה	נָקוֹם	3.
נְקוּמוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶם	נְקוּמוֹת	נְקוּמוֹתָ	2.
Com.	נְקוּמוֹנוּ	Com.	נְקוּמוֹתִי	1.

Fu-

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּקּוֹמְנָה	יִקּוֹמוּ	תִּקּוֹם	יִקּוֹם	3.
	תִּקּוֹמוּ	תִּקּוֹמִי	תִּקּוֹם	2.
Com.	נִקּוֹם	Com.	אִקּוֹם	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
הִקּוֹמְנָה	הִקּוֹמוּ	הִקּוֹמִי	הִקּוֹם	2.

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
נְקוֹמוֹת	נְקוֹמִים	נְקוֹמָה	נָקוֹם

HIPH-HIL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לָקִים   לְהָקִים   בְּהָקֵם   הָקֵם   הָקִים

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הֵקִימוּ	הֵקִימָה	הֵקִים	3.
הֲקִימוֹתֶן	הֲקִימוֹתֶם	הֲקִימוֹת	הֲקִימוֹתָ	
הֲקַמְתֶּן	הֲקַמְתֶּם	הֵקַמְתְּ	הֵקַמְתָּ	2.
	הֲקִימוֹנוּ		הֲקִימוֹתִי	
Com.	הֵקַמְנוּ	Com.	הֵקַמְתִּי	1.

Fu-

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּקִימֶינָה vel תָּקֵמְנָה	יָקִימוּ	תָּקִים	יָקִים	3.
	תָּקִימוּ	תָּקִימִי	תָּקִים	2.
Com.	נָקִים	Com.	אָקִים	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
הָקֵמְנָה	הָקִימוּ	הָקִימִי	הָקֵם	2.

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְקִימוֹת	מְקִימִים	מְקִימָה	מֵקִים

HOPH-HAL.

Infinitivus Absol. & Constr.

לְהוּקַם בְּהוּקַם הוּקַם הוּקַם

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	הוּקְמוּ	הוּקְמָה	הוּקַם	3.
הוּקַמְתֶּן	הוּקַמְתֶּם	הוּקַמְתְּ	הוּקַמְתָּ	2.
Com.	הוּקַמְנוּ	Com.	הוּקַמְתִּי	1.

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תּוּקַמְנָה	יוּקְמוּ	תּוּקַם	יוּקַם	3.
	תּוּקְמוּ	תּוּקְמִי	תּוּקַם	2.
Com.	נוּקַם	Com.	אוּקַם	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
הוּקַמְנָה	הוּקְמוּ	הוּקְמִי	הוּקַם

Participium.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מוּקָמוֹת	מוּקָמִים	מוּקָמָה	מוּקָם

Reliqua *Paradigmate* non indigent; nam קַיֵּם & קַיּוּם sunt *formæ perfectæ* ad *Pihhel*, *Pyhhal*, & *Hithpahhel*, decurrentes. קוֹמֵם in triplici *specie* sequitur legem *Pohel*, *Pohal*, & *Hithpohel*.

Denique קְמַקֵּם per tres *species* imitatur *verba quadrata*, p. 315. 325.

Ad *vim & indolem Linguæ* observetur; קַיֵּם *stare fecit*, intus velut reflecti, ut sit, *ratum*, *firmum fecit*. קוֹמֵם magis extus prominere quasi, ut valeat *erigere*, *in statu*, *graduque*, *locare* &c. קְמַקֵּם non extat quidem ab hac *Radice*, sed ejus forma adferre potuit, florente Lingua, *vehementiorem excitationem*. Ita חוֹלֵל *dolore adfecit*; sonantius effertur חַלְחֵל, a חוּל. A עוּף

volavit, fit עוֹפֵף *volitavit*, & עַפְעַף *crebrius*, *celeriusve*, *volitavit*. Inde עַפְעַפַּיִם *palpebræ*. Hæc pro specimine: ut Linguæ antiqua illa ubertas, & granditas, e scintillulis resplendescat.

ב. Paulo pressius insistendum adhuc in *varietatem quietis*, per *puncta tantummantia*.

I. In *Kal infinitivus* amat *Schurek*; quod & per *Kibbutz* effertur, ut מֻת *mori*: נֻס *fugere* &c. Recipit & *Cholem*: ut קוֹם *stare*, *Jer*. 44: 29. Terminatio *fœminina* obtinet in בּוֹשָׁה & בֹּשֶׁת *pudor* &c.

Promiscue etiam *fut*. & *imper*. sumunt *Schurek* cum vicariis *Kibbutz*, vel *Cholem*: ut יָשׁוּב, יָשֻׁב, יָשׁוֹב, & יָשֹׁב, pro arbitrio poni queant. &c. קֻם pro קוּם *surge*, *Jos*. 7: 10. שֻׁבוּ *redite*, *Joel*. 2: 12. &c.

In *præt*. plerumque *Kametz*, ut שָׂם *posuit*. שָׁב *rediit*. לָן *pernoctavit*. מָט *vacillavit*. At מֵת *mortuus est*, *Tzeri* obtinuit, ex *Veteri Lingua*, quæ מֵיתַ & מֵית formabat. Ita בֵּן & בִּין aliaque magno numero, de quibus statim. Potest & *Cholem* teneri: ut טֹבוּ *boni sunt*, *Cant*. 4: 10. בֹּשׁוּ *perplexi sunt*: *Job*. 6: 20. בֹּשְׁנוּ *perplexi sumus*, *Jer*. 9: 8. Nempe *Cholem* manet ante *adform*. *Syllab*. quum *Kametz*, & *Tzeri*, corripiuntur in *Patach*. Etiam *Patach* retentum creditur in טַח *illevit*, *Esaj*. 44: 18. quod tamen a perdito טָחַח repetere malim. Similiter בַּן *Zach*. 4: 10. non a בּוּן, sed a בָּזַז, derivandum.

In *part. præs.* ordinarium est *Kametz*: ut שָׂם *ponens*. קָם *surgens*, pro quo קָאם, ex קָאֵם forma *Aramæa*; *Hos*. 10: 14.

Nonnunquam *Tzeri*: מֵת *moriens*. לֵן *pernoctans*, *Neh.* 13: 21. עֵר *vigilans*: גֵּר *peregrinans*: *advena*. זֵר *tumens*. &c. Hæc a *quiesc. med. Jod* transsumta. Cl. *Ass.* cum aliis etiam *Cholem* affert in גֹּחִי *educens me*, *Ps.* 22: 10. קוֹמִים *insurgentes*, 2 *Reg.* 16: 7. Sed prius est *infin.* a גּוּחִי, *eruptio mea*: posterius est *part. pass.* quod alias קָם. Nempe *Pahul* venit per *Schurek* & *Cholem*: ut סוּר *alienatus*. לוּט *involutus*; itemque לוֹט: בּוֹשׁ *perplexus*. חוּשִׁים *festini*. *Num.* 32: 17. מוּלִים *circumcisi*: *Jos.* 5: 5. &c.

II. In *Niphhal* ubique est *Cholem*, vel *Schurek*, ejusve vicarium *Kibbutz*: הִמּוֹל *circumcidi*. הִדּוֹשׁ *triturari*. לֵאוֹר pro לְהֵאוֹר *ad collustrari*: *Job.* 33: 30. נָסוֹג *aversus est*. נְסוּגוֹתִי *aversus sum*. נְפוּגֹתִי *singultare factus sum*, *Ps.* 38: 9. נְקֹטֹתֶם *fastidio correpti fueritis*; *Esech.* 20: 43. נְפֹצוֹתֶם *dispersi fuistis*, *Esech.* 11: 17. Valeat tamen, quantum potest, subtilitas, qua jubemur conjugare נָקוֹם, נְקוֹמָה; & mox נְקוּמוֹת, cum *Schurek*; ne duo *Cholem* concurrant, scilicet. יִסּוֹגוּ *avertentur*, & יִסֹּגוּ *Ps.* 78: 57. יִמּוֹטוּ *vacillare coguntur*, *Ps.* 82: 5. נָמוֹג *undare factus*. נָבוֹךְ *perplexus factus*. נְבֻכִים *perplexi Exod.* 14: 5. Notari meretur *fœm. term.* 2. נְפוּצֶת pro נְפוֹצֶת *dispersa*. 2 *Sam.* 18: 8.

III. In *Hiphh.* semper *Chirek longum*, vel *Tzeri*, quod etiam ante *Epenthesin* manere potest: ut הֲקִמֹת *Deut.* 27: 7: הַעֵדֹתָ *testatus es*, *Exod.* 19: 23. quin הֲבִיאֹתִי *introduxi*, *Cant.* 3: 4. &c. &c. Pro הֲשִׁיבוֹתִי *reduxi*, sæpe exaratum הֲשִׁבֹתִי. Etiam ante *afform. asyll.* admittitur *Tzeri*: ut הֵפֵרוּ *irritum fecere*, *Ps.*

119: 126. יְפֵרֶנּוּ *irritum faciet illud*, *Num.* 30: 14. A cognato פָּרַר hæc potius descendunt: unde & מֵפֵר in *partic.* ut מֵצַר *arctans*, *arcte stringens*, a צָרַר, non a צוּר, derivandum. Dicitur tamen הֵרֵעוּ *male fecerunt*, & מֵרַע *maleficus*, a רוּעַ; quamvis Cl. *Cocc.* etiam hæc a רָעַע arcessat. Alibi talia examinanda. Ante *adform. Syll.* etiam *Chirek longum* stare potuit: ut תְּקִימֶנָּה *Jer.* 44: 25.

IV. In *Hophh.* media plane excidit, nec *Vocali longa* utcunque sustinetur: unde & ante *adform. asyll.* ordinarium ejus *Patach* abit in *Scheva*: ut הוּבְאוּ *introducti sunt.* הֻמְתוּ *interfecti sunt*, quod pro הוּמָתוּ positum 2 *Sam.* 21: 9. Ita הֻרַם pro הוּרַם *Dan.* 8: 11. nisi malis pro הֵרִם.

ג. Nempe *præformantes* loco *vocalis longæ* nonnunquam & *brevem* tenuisse videntur, cum *Dagesh forti.* Ita הִסִּית *instigavit*, pro הֵסִית *Jer.* 38: 22. & יַסִּית pro יָסִית *instigabit*, תַּלִּינוּ pro תָּלִינוּ *murmuratis*, *Exod.* 16: 7. 8. Inspice locum, & senties nodum graviorem, quam ut hic resolvi queat. Adde *Num.* 14: 36. & 16: 11. Item הִזִּיל pro הֵזִיל *vilipendit*; *Thren.* 1: 8. Ad eam rationem in *Hophh.* הֻסַּג pro הוּסַג *retroactus est*, secundum quosdam. Melius alii a נָסַג. An ergo & הֻקַּם 2 *Sam.* 23: 1. non est pro הוּקַם *erectus*, *evectus est*; sed a נָקַם *vindicatus est*? Hæc discuti, & ad liquidum deduci, merentur.

ד. Adfine est, quod annotatur a doctis *Grammaticis*, in *præt. Hiph. ad primam Ain*, *assumta Epenthesi*, *semper sumendum Patach cum implicito Dagesh forti*: ut הַעִדֹתִי *contestatus sum.* *Jer.* 11: 7. & *Deut.* 4: 26. הַעִירוֹתִי *excitavi*, *Jes.* 41: 25. & 45: 13. Suspectus Canon. Existimem contractionem in hisce factam ex הֶהֱעִירוֹתִי

הַהֲעִירוֹתִי *Ecce excitavi* &c. ut *He Emphaticum*, fortius pronunciatum, absorpserit *He Characteristicum*, prout in *participio* & *futuro* idem illud *He Charact.* per *præform.* absorberi solet.

Si conjectura minus rideat, dixerim potius esse formas ex *Kal Verborum Quiescentium media Jod*, cum eodem illo *He Emphatico*.

ה. Deventum jam ad *Quiescentia media Jod*, quæ a *Veteribus* agnita, non optimo consilio a *Recentioribus* sunt ejecta. Hi Compendium videlicet, ut fit, quærentes, ingens fecere dispendium, & *Analogiam Linguæ* plane conturbarunt.

Nil alienius utique, quam ut בִּין *intelligere*, & *intellexit*, dicatur esse in *Hiphh.* pro הָבִין & הֵבִין, per *Aphæresin præformantis*. Sic *Niphhal* sine *Nun*, & *Hithpahhel* sine הת, constare quoque possent. Exclusio, qua מֵבִין *intelligere faciens* pro מְהֵבִין sonamus, nil simile habet: nam *He* ibi adesse censetur, haud minus, quam quum בַּבַּיִת, pro בְּהַבַּיִת, *in domo*, effertur. Vel *derivatæ* illæ *formæ* פִּיד, in *quietem* inclinantes; itemque *formæ* פִּיד in *motum* redeuntes sæpe, admonere debuissent Viros Doctos, *Radices media Jod* ad utrumque paratas fuisse. Verbum אָיַב *petivit hostiliter*, retinet quidem *mediam mobilem*, sed propago ejus אֵיבָה *inimicitia*, eam *quieti* tradidit. In אֵיד *vapor*, perpetuo *quiescit*: quamvis & אִיד olim dictum, dubitari non debeat. אַיִל *aries*, a *fortitudine*, quæ אֱיָלוּת, *media quiescente* dat אֵיל *fortem*, *potentem*. Iterum אָיֹם *formidabilis*, a deperdito אָיַם, fundit אֵימָה, *formido*, *fœm.* cujus *masc.* primigenium אֵים olim extitit, unde & אֵימִים, *terrores*, habemus.

Percurratur totus *Linguæ* ambitus, & vicissitudo *motus* ac *quietis* eadem ubique hoc in genere verborum occurret.

Apparet ergo, ubi בָּיַן in *Origine* adfuit, ibi בִּין abesse non potuisse.

Strictura *Paradigmatis* hoc sumto, ad idem illud *Thema* בִּין attollenti;

KAL.

Verbi Quiesc. med. Jod.

Infinitivus Absol. & Constr.

בִּין   בִּינָה   לָבִין

Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
Com.	בִּינוּ	בִּינָה	בִּין	3.
בַּנְתֶּן	בַּנְתֶּם	בַּנְתְּ	בַּנְתָּ	2.
בִּינוֹתֶן	בִּינוֹתֶם	בִּינוֹת	בִּינוֹתָ	
Com.	בַּנּוּ	Com.	בַּנְתִּי	1.
	בִּינוֹנוּ		בִּינוֹתִי	

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תְּבִינֶנָּה	יָבִינוּ	תָּבִין	יָבִין	3.
vel				
תְּבִינֶינָה	תָּבִינוּ	תָּבִינִי	תָּבִין	2.
Com.	נָבִין	Com.	אָבִין	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
בֵּנָּה	בִּינוּ	בִּינִי	בִּין	2.

Par-

Participium Præsens.

בֵּן . בֵּנָה . בֵּנִים . בֵּנוֹת

Participium Preteritum.

בִּין . בִּינָה . בִּינִים . בִּינוֹת

Liquet, quid ansam dederit ad *Hiph.* omnia hæcce reducendi, nam differentia nulla, nisi *Characteristicæ He*: qua præmissa habes in *Infin. Hiphh.* הָבִין & הָבֵן atque ita porro. In *futuro* omnia similia; tantum attendas velim יָבִין in *Hiphh.* venire pro יְהָבִין *intelligere faciet*; ut תָּלִין pro תְּהָלִין *pernoctare facies*, *Lev.* 19: 19. & *Deut.* 21: 23. At in *Kal* יָלִין simplice *forma* & *notione*, est, *pernoctabit*: *Ps.* 49: 13. Inde אַל־תָּלֶן *ne pernoctes*, pro תָּלִין. Etiam תָּלֶן in *fut. Kal* extat *Job.* 17: 2. Ejus *Part.* לָן *pernoctans*, *Neh.* 13: 21. ut לֵץ *irrisor*, a לִיץ, cujus *Hiphh.* מֵלִיץ *interpres*. &c. In *Hophh.* non alia quoque forma horum *verborum* nasci potuit, quam *Quiescentium med. Waw*: ut הוּבַן utrique *Radici* בּוּן & בִּין ex æquo respondeat.

In *Niphh.* ut a בּוּן formatum נָבוֹן, vel נָבֹן, *intelligere factus est*: ita a בִּין conformari debuit נָבִין, cum eadem illa *Epenthesi* conjugatum, quæ in *mediis Waw* obtinet.

Exemplum *Part. Niph.* in נָזִיד *coctum jusculum*, a זִיד *ferbuit cum tumore*, *Gen.* 25: 29. 34. docte illustratum in *Præcid. Sacr.* p. 22. 24 Sunt adhuc alia, alio tempore promenda. Ex *fut.* nunc teneatur *Ps.* 140: 11. יִמֹּיטוּ *invergantur*; a *Masorethis* in

יִמּוֹטוּ

יְמֻוטַף demutatum. Sic Veteris Linguæ vestigium tantum non deletum.

In *Pihhel*, *Pyhh.* & *Hithpahh.* forma *perfecta* בִּין: itemque *quadrilitera* בִּנְבֵּן e limpido fluunt. At quæstionem pono, an non ut a בַּן extitit הִתְבּוֹנֵן, בּוֹנֵן; ita etiam a בִּין processerit בִּינֵן &c.? Verisimile id faciunt *formæ derivativæ* נִיחוֹחַ *acquiescentia*, a נִיחַ, pro נוּחַ, *quievit*. כִּידוֹר *scintillatio*, a כִּיד *scintillas extudit*. Vide ad *Job.* 21: 20. & 41: 11. Nihil tamen hactenus finio; rem indicasse contentus.

Quietem in Jod amant verba גִּיל *exultare*, דִּין *judicare*. דִּיג *piscari*. הִים *strepere*. לִין *pernoctare*. נִיר *novare agrum*. פִּיק *titubare*. שִׁיר *cantare*. שִׂים & שִׁית *ponere*: aliaque bene multa; quorum magna pars etiam *mediam Waw* possidet; potestate vel eadem prorsus, vel nonnihil diversa: quamvis tamen omnium eadem sit stirps, atque origo.

ה. Finem faciam in *Verbis* quorum media *Aleph*. Eorum non eadem in *Quietem* proclivitas, apud *Hebræos*, & *Arabes*, utique: nam de *Aramæis* alia res est. Sentias si modo שָׁאַב *hausit*; שָׁאַג *rugiit*; שָׁאַר *residuus fuit*, adspexeris, *ad normam perfectam* constanter euntia. שָׁאַל *rogavit*, quotidiani, & infiniti, usus, verbum, nunquam tamen *quietem* induisse reperitur, nisi in *derivato* שֵׁלָה ex שְׁאֵלָה pro שְׁאֵלָה, semel, iterumve. Alia exempla supra sub *Reg.* 127. adducta. *Quies* tamen admissa in verbo רָאָה *vidit*, *Jer.* 3: 7. ubi וַתֵּרְאֹה & *vidit*, plena, & antiqua, illa scriptione pro qua postmodum invaluit וַתֵּרֶא. In hoc ergo *futuro*, per *Apocopen* formari solito, media *Aleph* in *quietem* cadit: ut וַיֵּדֶא & *volavit*, a דָאָה *Ps.* 18: 11. (וַתֵּלֶא) &

& volavit, a דָּאָה *Ps.* 18: 11.) וַתֵּלֶא *& fatiscis*, *Job.* 4: 5. pro תִּלְאֶה, a לָאָה &c. In *quietem* quoque ivisse videtur דָּאַב *tabuit*, unde מְדִיבוֹת *Lev.* 26: 16. *tabefacientes*, pro מַדְאִיבוֹת. Sic saltem Cl. *Alt. Reg.* 163. Sunt & alia, quæ amputo. Hæc ad genus hocce dignoscendum sufficiunt.

CXXXI. *Tertiam Classem Quiescentium* efficiunt *verba*, quorum *ultima* est *Aleph*, itemque *Vaw* vel *Jod*.

Quæ *tertiam* habent *Aleph* levem admodum mutationem subeunt. Ea his tribus, quatuorve, regulis, facillime comprehendetur.

I. *Aleph* non amans *Scheva quiescens*, semper ex *motu* in *quietem* transit, ad *finem*, producens simul *Patach* in *Kametz*: ut מָצָא pro מָצַא *invenit*. יִמְצָא pro יִמְצַא *inveniet*. נִמְצָא pro נִמְצַא *inventus est*. &c. Vide *Reg.* LXIII. n. II.

II. Eadem de causa ante *adformantes Syllabicas* item in *quietem* labitur, antecedente *Kametz*, vel *Tzeri*, in *præteritis* : in *futuris*, & *imperativis*, *Segol*.

In *præt. Kal* ferme *Kametz* sumitur; nisi quod *terminale punctum Tzeri* retineri soleat, ut מָצָאתָ *invenisti*. מָלֵאתִי *plenus fui*. &c.

In reliquis *præteritis* ordinarie *Tzeri*: ut נִמְצֵאתָ *inventus fuisti*. הִמְצֵאתָ *invenire factus es*. Dicitur

tamen & הַמְצָאת: ut הֻבָאתָה *adductus es*, *Esech.* 40:4.

III. In omnibus *participiis* terminatio *fœminina* אֶת contrahitur in אֵת: ut מוֹצֵאת pro מוֹצֵאֶת *inveniens.* נִמְצֵאת pro נִמְצֵאֶת *inventa* &c. Redi ad *pag.* 150. 170.

IV. Ante *Assyllabas* forma *perfecta* tenetur, i. e. *Aleph* semper *motum* exerit: ut מָלְאָה *plena fuit.* מָלְאוּ *pleni sunt.* Extra ordinem tamen מָלְאוּ pronunciari, quin & מָלוּ exarari potuit, *Aleph* plane suppresso.

Eadem suppressio *tertiæ*, *Syllabam* claudentis, tum in *medio*, tum in *fine*, locum invenit: ut מָצָתִי *inveni.* מָלֵתִי *plenus sum.* הֶחֱטִי *peccare fecit.*

א Vix *Paradigmate* in verbo perfacili opus. Stricturas tantum dabo in *Kal* & *Niphh.* unde reliqua sponte fluent.

KAL.

Infinitivus Absol. & *Constr.*

לִמְצֹא	מְצֹאת	מְצֹא	מָצֹא

Præteritum.

f.	Plur. m.	f.	Plur. m.	
Com.	מָצְאוּ	מָצְאָה	מָצָא	3.
מְצָאתֶן	מְצָאתֶם	מָצָאת	מָצָאתָ	2.
Com.	מָצָאנוּ	Com.	מָצָאתִי	1.

In-

Futurum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּמְצֶאנָה }	יִמְצְאוּ	תִּמְצָא	יִמְצָא	3.
	תִּמְצְאוּ	תִּמְצְאִי	תִּמְצָא	2.
Com.	נִמְצָא	Com.	אֶמְצָא	1.

Imperativus.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
מְצֶאנָה	מִצְאוּ	מִצְאִי	מְצָא	2.

Participium Præsens.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מוֹצְאוֹת	מוֹצְאִים	מוֹצְאָה / מוֹצֵאת }	מוֹצֵא

Participium Præteritum.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.
מְצוּאוֹת	מְצוּאִים	מְצוּאָה	מָצוּא

NIPH-HAL.

לְהִמָּצאת	לְהִמָּצֵא	בְּהִמָּצֵא	הִמָּצֵא	*Infinitivus.*
&c.	נִמְצֵאתָ	נִמְצְאָה	נִמְצָא	*Præteritum.*
&c.		תִּמָּצֵא	יִמָּצֵא	*Futurum.*
הִמָּצֶאנָה	הִמָּצְאוּ	הִמָּצְאִי	הִמָּצֵא	*Imperativus.*
&c.	נִמְצֵאת	נִמְצָאָה	נִמְצָא	*Participium.*

נ. Varietas, hic satis libere incidens circa *Vocales secundæ radicalis*, quin & circa *tertiam* vel *omissam*, vel *in Jod conversam*, ad *Reg.* 133. commodius tradetur.

Hic teneatur ad id quod supra insinuatum, verbum בּוֹא *intrare, venire*, tertiam *Aleph* sæpe amittere; præsertim in *Hiphh.* ut מֵבִי *adducens*, pro מֵבִיא 2 *Sam.* 5: 2. 1 *Reg.* 21: 21. *Jer.* 19: 15. & 39: 16. Item אָבִי *adducam* 1 *Reg.* 21: 29. *Mich.* 1: 15. *Job.* 34: 36. Sic יָנִי pro יָנִיא *crudum faciet*: *Ps.* 141: 5. &c. &c.

CXXXII. Accedimus tandem ad *Quiescentia tertia Waw*, & *Jod*; quæ vulgo vocantur *Quiesc. tertia He.* Denominatio ferri potuisset, si non eam cunctis opinionem impressisset, illud *He* in *Origine* esse *Radicale.* Atqui, certissime est *servile*, substitutum pro *tertiis Waw* & *Jod*, quæ in *quietem* pronæ, sibi hanc *vicariam* literam adscivere.

Sic ergo pro גָּלַו & גָּלַי *revelavit*, quia *Waw* & *Jod quiescere* nequeunt in *Patach*, scriptum primitus גָּלַה, & mox גָּלָה, eadem lege, qua מָצָא pro מָצַא invaluit. Ad clariorem lucem teneatur.

I. Omne *He Radicale*, quale in גָּבַהּ *altus fuit*; נָגַהּ *splenduit*; תָּמַהּ *stupuit*; כָּמַהּ *luruit*; constanter *motum* suum retinere: & *perfecti thematis* normam sequi, hunc in modum, גָּבַהּ גָּבְהָה גָּבַהְתָּ &c. &c.

Idem in *derivatis* obtinet; ut גָּבוֹהַּ *altus.* גֹּבַהּ *altitudo.* גַּבְהוּת *idem.* &c. &c.

II.

II. Multa verba extitiſſe, quæ in *Waw* exierint, etiam *Perfecte* conjugata olim. Tale eſt שָׁלָו, *defœcate liquidus fuit:* unde שָׁלַוְתִּי *Job.* 3: 25. & in *part. præſ. ſecundo* שָׁלֵו *tranquillus*, cum *derivato* שַׁלְוָה *liquida tranquillitas.* Plura in Notis.

III. Non minus multa *Jod mobile* ad finem habuiſſe: atque adeò omnia quæ in *Waw* cadebant, etiam in *Jod* cadere potuiſſe, item *perfecte* conjugata: ut a שָׁלַי dictum fuerit שָׁלַיְתִּי, &c. שָׁלְיוּ, יִשְׁלְיוּ &c.

IV. *Participium Pabul* antiquum jus perpetuo conſervaſſe; ſaltem quum *ultima* eſſet *Jod:* unde ad *normam* perfectam ſemper pronunciatum גָּלוּי *revelatus.* גָּלוּו *Galuw* etiam quidem extitit, ſed minus placuit ob duritatem; in גָּלוּ propterea colliquefactum nonnunquam; prout נָקִי in *part. Pabîl* ex נָקִיי *innoxius*, per *quietem* ultimæ molliuſcule enunciatum.

Ex his jam *imperfecta*, i. e. gratior, & delicatior, conjugandi ratio, in hiſce verbis e facili, & limpido, fluet: tum ad *finem*, tum in *medio.*

A. Ad *finem*, *Waw*, & *Jod*, in *quietem* miſſis, ſubſtituitur *He ſervile;* illud *quieſcens* videlicet, quod nunquam *motum* recipere potuit, ſed vel excludi debuit, vel in *Taw* mutari. Hujus *terminatio* eadem fere, & ſimilis, in ſimilibus *modis*, & *temporibus*.

1. *Infinitivis maſculinis* datum *Cholem* & *Tzeri;*

ut *abs.* רָאֹה & *constr.* רְאֹה ,רְאֹת *videre.* הֵרָאֹה & הֵרָאֵה *videri.* עַנֹּה & עַנֵּה *adfligere.* & עֻנָּה *adfligi.* הַרְבֵּה & הַרְבֵּה *augere* &c.

Infinitivis fœmininis in *Taw* exeuntibus item *Cholem*, ut רָאוֹת in *Absol. Esaj.* 42: 20. & *Constr.* רְאוֹת pro רְאֹת vel רְאִית, *videre.* Item הֵרָאוֹת *videri*, לֵרָאוֹת *ad videri*, *Esaj.* 1: 12. &c. &c. &c. Forma *fœm.* antiqua הַרְבַּת ex הַרְבִּית contracta 2 *Sam.* 14: 11. in notis excutietur.

Ibidem quoque terminatio גְּלוֹת, quæ & ipsa *infin. fœmin.* illustrabitur.

2. *Præteritis* omnibus additum *Kametz*; ut רָאָה *vidit*; נִרְאָה *visus est.* עִנָּה *adflixit*, עֻנָּה *adflictus est.* הֶעֱנָה *adfligere fecit.* &c. &c.

3. *Futuris* plerumque *Segol*: aliquando & *Tzeri*: ut יִבְנֶה *ædificabit.* יִבָּנֶה *ædificabitur* &c. יְגַלֶּה *reteget*, *Lev.* 18: 7. נַעֲשֶׂה *faciemus*, *Jos.* 9: 24.

4. *Imperativis* usitatissime *Tzeri*, rarius *Segol*: ut פְּרֵה וּרְבֵה *fructifica & cresce. Gen.* 35: 11. הֵרָאֵה *conspicitor.* רַבֵּה *multiplica*: quod & רַבֶּה *Jud.* 9: 24.

5. *Participiis* in *absoluto*, *Segol*: in *Constr.* ex *Reg.* LXXVIII. *Tzeri.* רוֹאֶה & רֹאֶה *videns*: in *Regim.* רֹאֵה & רֹאֵה. In *Niph.* נִרְאֶה *visus* &c. &c.

In

In *part. præt. Kal*, quod *Pabul* dicitur, habemus נָטוּי *extensus*, *forma perfecta*, a נָטָה; & נָטוּו ultima *mota*, a נָטָו. Extat *Esaj.* 3: 17. נְטוּוֹת גָּרוֹן *extentæ guttur*. Ad veterem *Linguam* non attendit *Masora*, legere jubens נְטוּיוֹת. Geminum germanum, 1 *Sam.* 25. עֲשׂוּוֹת *paratæ*. Per *quietem* elatum צָפוּ pro צָפוּו. *Job.* 15: 24. *captatus*, & עָשׂוּ pro עָשׂוּו *factus*: *Job.* 41: 24. Adde רָאוּ pro רָאוּו, ex conjectura, *Job.* 37: 21.

In altero *part. pass. Pabîl*, contractio fit, & גָּלִי pro גָּלִיי sponte se dat; ita tamen ut *declinatio* exigat *Dagesh*, i. e. formam perfectam. Sic נָקִי *innoxius*, pro נָקִיי, a נָקָה, dat נְקִיִּים, ex *Reg.* LXXXII. & עָנִי *adflictus*, עֲנִיִּים. Pro eo עֲנִוִּים *Job.* 24: 4. quod a עָנִיו *formæ* גָּלִיו forte descendit; quamvis & a עָנָו deduci posset. Ita רְאוּיִם *digni*, a רָאוּי.

B. In *medio* porro, ubi *He* illud *servile* non toleratur, alia via inita cum *Adformantibus Syllabicis*, alia cum *Asyllabis*.

1. Ante *Syllabicas* restituitur *Jôd quiescens* in *Chirek*, & *Tzeri*, in *præteritis*: ubi *Kal* amat *Chirek*: עָשִׂיתָ *fecisti*. &c.

Passiva malunt *Tzeri*; ut נִגְלֵיתָ. Extat tamen נִגְלִינוּ 1 *Sam.* 14: 8. unde promiscuum ferme fuisse, colligere est.

Cer-

Certe *Pihhel*, *Hiphh. Hithpahhel*; itemque *Pohel*, *Pihlel* &c. libere *utroque puncto* utuntur.

In *futuris* & *imperativis* adhibetur *Segol*, ad imitationem *quiescentium tert. Aleph.* רְאֶינָה *videte* f. תִּרְאֶינָה *videbunt.* תִּרְאֶינָּה *Mich.* 7: 10. est *figuratum* per *Nun Emphaticum*, quod verbis addi solet; de quo infra.

2. *Quiescentia media* non exigunt *Dagesh*. Exempla sint שָׂמַנִי *posuit me*, *Gen.* 45: 9. שָׂמְךָ *posuit te*, *Deut.* 10: 22. שָׂמוֹ *posuit illum*, *Ps.* 105: 21. שָׂמָהוּ *idem*, *Esech.* 7: 20. שָׂמָהּ *posuit eam*, *Jer.* 13: 16. שָׂמַתְנִי *posuit me*. שָׂמַתְהוּ *posuit illum*, *Esech.* 19: 5. בָּאַתְנוּ *venit nobis*, *Ps.* 44: 18. שָׂמַתְךָ *posuit te*, f. שָׂמָתַם *posuit eos*. אֲשִׂימְךָ *ponam te*, *Gen.* 46: 3. ex אָשִׂים. אֲשִׂימֶנּוּ *ponam eum*, cum *Nun Epenth. Gen.* 21: 13. אֲשִׂימֶנָּה *ponam eam*, *Esech* 21: 32. Est *Fut. Kal*, ex *Quiesc med. Jod.* En & *Waw*; תְּצוּדֵנִי *venaris me*, *Job.* 10: 16. יְצוּדֶנּוּ *venatur eum*, *Ps.* 140: 12. Ex *Hiphh.* veniunt, הֲקֵמֹתוֹ *stabilivisti eum*, *Ps.* 89: 44. יְקִמֵנִי *statuit me*, *Job.* 16: 12. יְקִימְךָ *stabiliet te*, *Deut.* 28: 9. יְקִימֶנּוּ *suscitabit eum*, *Gen.* 49: 9. יְקִימֶהָ *erigebat illud*, *Jos.* 24: 26. יְקִימֶנָּה *stabiliet illud*, *Num.* 23: 19. &c. &c.

Quibus *tertia He quiesc.* pro *Waw* vel *Jod*, pressius quid & enucleatius dandum.

Ad גָּלָה hic habeatur prospectus in *tertiis Præt.* & *Fut. Kal.*

יִגְלוּנִי	יִגְלֵנִי	גָּלוּנִי	גָּלַתְנִי	גָּלָנִי
יִגְלוּנוּ	יִגְלֵנוּ	גָּלוּנוּ	גָּלַתְנוּ	גָּלָנוּ
יִגְלוּךָ	יִגְלְךָ	גָּלוּךָ	גָּלַתְךָ	גָּלְךָ
יִגְלוּךְ	יִגְלֵךְ	גָּלוּךְ	גָּלָתֶךְ	גָּלָךְ
יִגְלוּכֶם	יִגְלְכֶם	גָּלוּכֶם	גָּלַתְכֶם	גָּלְכֶם
יִגְלוּכֶן	יִגְלְכֶן	גָּלוּכֶן	גָּלַתְכֶן	גָּלְכֶן
יִגְלוּהוּ	יִגְלֵהוּ	גָּלוּהוּ	גָּלַתְהוּ	גָּלָהוּ
יִגְלוּהָ	יִגְלֶהָ	גָּלוּהָ	גָּלַתָּה	גָּלָהּ
יִגְלוּם	יִגְלֵם	גָּלוּם	גָּלָתַם	גָּלָם
יִגְלוּן	יִגְלֵן	גָּלוּן	גָּלָתַן	גָּלָן
יִגְלוּמוֹ	יִגְלֵמוֹ	גָּלוּמוֹ	גָּלָתְמוֹ	גָּלָמוֹ

Dicitur etiam עָנָנִי per *Kametz Ps.* 118: 5. קָנֶךָ in *Pausa*, est pro קָנְךָ *possedit te*, *Deut.* 32: 6. quin & עָנְךָ *exaudit te*, *Esaj.* 30: 19. צִוָּךְ *praecepit tibi*, 1 *Sam.* 13: 13. Ad *Chaldaismum* referri solet, de quo *Reg.* 168. Eodem modo in *Pihh. Hiphh. Hithpahh.* &c. צִוָּנִי *precepit mihi*: הֶעֱלָנוּ *adscendere fecit nos*, *Jud.* 6: 13. הֶעֶלְךָ *adscendere facit te*: *Neh.* 9: 18. הֶעֶלְךָ *idem.* ex *Reg.* 59.

Tertia fœmin. גָּלְתָה in *adfixione* non mutat *He* in *Taw*, ut fiat גָּלָתַת, & deinde גָּלַת, sed exclusa 3. *Waw*, vel *Jod*, simpli-

plicitér formatur נָלְת & נָלְת; ut נִפְלָאת *Ps.* 118: 23. ex נִפְלָאת, pro נִפְלָאָה. Talia sunt etiam extra *adfixionem* הָגְלָת *deportata fuit*, *Jer.* 13: 9. הֶלְאָת *fatigavit se*, *Esech.* 24: 12. עָשָׂת *feceris*, *Lev.* 25: 21.

Inde jam directe עָשַׂתְנִי *fecit me*, *Job.* 33: 4. & עָשָׂתְנִי; atque ita porro.

Promtius hinc percipies כִּסָּתְנִי *operuit me*, *Ps.* 44: 16. Cl. *Cocc.* in *Lex.* appofuit, *pro* כִּסַּתְתְנִי. Minime vero; nam sic *Radix* fôret כָּסַת. Item כִּלָּתוּ pro כִּלַּתְהוּ *consumserit eum*, *Zach.* 5: 4. הִסַּתּוּ *pellexit eum*, *Prov.* 7: 21. צִוָּתָה pro צִוַּתְהָ *mandavit ei*, *Ruth.* 3: 6. הֶעֱלָתַם *adscendere fecit eos*, *Jos.* 2: 6.

In *futuro* etiam multa nonnunquam intricata: ut אֶעֶנְךָ *exaudiam te*, *Ps.* 81: 8. ab אֶעֱנֶה: & יַעַנְךָ *exaudiat te*, *Ps.* 20: 2. a יַעֲנֶה *fut.* in *Kal.* Dicitur & יַעַנְךָ; ad quam normam יַחְתְּךָ *rapiet te*, *Ps.* 52: 7. &c. Huc pertinet יָחְנְךָ ex *Hoph.* *propitiator tibi*. *Gen.* 43: 29. & *Esaj.* 30: 19. à חָנָה, non a חָנַן. Præsertim quum *duplex imperfectio*, *primæ*, & *tertiæ*: ut אַכֵּהוּ *fut.* *Hiph.* *percutiam eum*; ab אַכֶּה pro אֲנַכֶּה: item אַכֶּנּוּ cum *Nun epenth.* *Num.* 14: 12. & תַכֶּנּוּ *percuties eum*, *Prov.* 23: 13. Extat etiam יַכּוֹ *percutiet eum*, 2 *Sam.* 14: 6. יַכֶּכָּה cum *Nun Epenth.* & *He supervacuo*, pro יַכְּךָ, a יַכֶּה, *percutiet te*, *Ps.* 121: 6. יַסִּתְךָ *faciat te declinare*, *Job.* 36: 18. &c. &c. Talia existunt quum *prima* simul *deficit*. Quum *eadem* simul *quiescit*, fit

יוֹרֵהוּ

יוֹרֵהוּ *docebit eum*, & יוֹרֶנּוּ, *Exod.* 15: 25. *Ps.* 25: 12. תּוֹרְךָ *docebit te*, *Ps.* 45: 8. & תּוֹרֶךָּ ob *Pausam*, *Job.* 12: 7. 8. יֹרֻהוּ *jaculantur in eum*, *Ps.* 64: 5. אוֹדְךָ *confitebor tibi*; a יָדָה, *Ps.* 50. &c. &c. Hæc ex *Hiph.* Ex *Kal* est נִירָם *jaculabamur in eos*, *Num.* 21: 30. נִינָם *opprimemus eos*, *Ps.* 74: 8. Hinc reliqua sibi quisque præstabit.

CXLI. Ante *Adformantes* tam *Asyllabas*, quam *Syllabicas*, in ו & י, finitas, simplicissimum, quod *forma* ipsa dat, retinetur; nec aliud *agglutinationis punctum* ullum admittitur: uti *generatim* ex tabellis patere cœpit.

א. *Speciatim* teneatur.

A. De *terminatis* in ו.

1. In 3. *Plur.* *Kal* pro פְּקָדוּ existere פְּקָדוּ, ad legem 3. *sing.* itemque פְּקָדוּ, si *punctum terminale* fuerit *Tzeri*. Sic eunt דְּקָרֻהוּ *confixerunt eum*, *Zach.* 13: 3. פְּקָדוּךָ *spexerunt te*, *Esaj.* 26: 16. הֲלָמוּנִי *percusserunt me*, *Prov.* 23: 35. &c. Item יְרֵאוּנִי *timent me*, *Mal.* 3: 5. יְרֵאוּךָ *timent te*, *Ps.* 119: 63. &c.

2. In *Fut.* & *Imper.* ad 3. & 2. *Masc.* *Plur.* ex *Patach* terminali item *Kametz* fieri amat, ut יִגְאָלֻהוּ *vindicent illum*, *Job.* 35. שְׁמָעוּנִי *audite me*, *Gen.* 23: 18. A שְׁמַע fuisset שִׁמְעוּנִי ut עִזְבוּהָ *derelinquite eam*, *Jer.* 51: 9. Reliqua per se plana.

3. *Adform.* *Syllabicum* נּוּ vel נִ, *adfixione* nuda similiter gaudet:

dot: ut דְּרַשְׁנֻהוּ *quaesivimus eum*, 1 *Chron.* 13: 3. חֲשַׁבְנֻהוּ *reputavimus illum*, *Esaj.* 53: 3. חֲקַרְנוּהָ *vestigavimus illud*, *Job.* 5: 27. שְׁמַעֲנוּהָ *audivimus illud*, *Ps.* 132: 6. שְׁכַחֲנוּךָ *obliti sumus te*, *Ps.* 44: 18. Confer *Reg.* 53. *nota ult.* Ex *quiesc. med.* in *Hiph.* est הֲבִיאֹנֻם *introduxerimus eos*, *Num.* 32: 17.

4. Eidem huic legi sese accommodant *adform. Syll.* תֶּם & תֶּן in תוּ vel תָ conversae. Res ad *Reg.* sequentem explanabitur.

B. De *finitis* in י habeatur.

1. In 2. *sing. foem. fut.* & *imper.* תִּפְקְדִי, & פִּקְדִי, dare vel תִּפְקְדִיהָ, & פִּקְדִיהָ, vel תִּפְקְדִיהָ & פִּקְדִיהָ &c.

Ex *Hiphh.* est הַרְאִינִי *videre fac me*, *Cant.* 2: 14.

Anomaliam esse ait Cl. *Alt. quum adform.* י *cedit Vocali agglutinationis*; ut הֵינִקֵהוּ *lacta eum*, *Exod.* 2: 9. pro הֵינִיקִיהוּ. Alii *Enallagen*, alii aliud caussantur. Integra omnia habebis, si *infinit.* pro *imperativo* mecum teneas: הֵילִיכִי *abduc puerum* וְהֵינִקֵהוּ *& lactare eum.* Id venustius, quam *lacta.*

2. Regulae huic paret quoque *adform. Syll.* תִּי; diciturque promiscue פְּקַדְתִּיהוּ & פְּקַדְתִּיו *spexi eum.* Tria junctim dabit *Esaj.* 43: 7. בְּרָאתִיו יְצַרְתִּיו אַף־עֲשִׂיתִיו *Creavi eum, formavi eum, etiam feci eum.* שְׁאִלְתִּיהוּ *rogavi eum*, est a שָׁאַלְתִּי: ut יְכָלְתִּיו *praevalui ei*, a יָכֹלְתִּי &c. &c.

3. *Adform.* תָ ex תִּי, vel תָ, etiam nonnunquam intercedente *Chirek adfixa* recipit; ut ad *Reg.* sequentem tradetur.

Pro הָ perpetuam hic הָ, quia *He ass. Mappikatum*, ut pote *servilis litera*, non recipit *Patach furtivum*. Sane פְּקַדְתִּיהָ ascivimus; & quidem certe פְּקַדְתָּהּ esse junius. Idem de פְּקַדְתָּהּ dictum esto.

Vetus pronunciatio tulit, ut *Schurek* delicatius per *Kibbuts* efferretur; itemque *Chirek longum* sine *Jod*. Nil *Anomali* ergo in צִוִּתִךָ *præcepi tibi*, *Exod.* 34: 18. ut nec in יַתְּנֻהוּ *dabunt eum*, 2 *Reg.* 22: 5. Talia passim se offerunt.

Veteris quoque *Linguæ* insigne vestigium præfert אַפְאֵיהֶם *excindam eos*, *Deut.* 32: 26. pro אַפְאֵם, a פָּאָה. Duplicis *Anomaliæ* taxatur scriptio hæc: quod הֶם pro ם positum; quodque *Jod quiescens* sit insertum, ex ה *He*. Atqui nil proclivius secundum *Analogiam* hac ipsa formatione: nam antiquitus pro יִגָלֵם in *Kal* plene, & perfecte, elatum יִגְלַיְהֶם, vel יִגְלֵיהֶם, unde prima *contractio* per *quietem* יִגְלֵיהֶם; altera dedit יִגָלֵם.

CXLII. Restant paucula circa *adfixionem* cum *adformantibus* תָּ, תְּ, תֶּם, תֶּן, & נָה: nam de ה *fœmin.* jam dictum supra.

א Habeatur itaque

1. *Masc.* תָּ amittere suum *Kametz*, ut locus fiat *puncto agglutinationis*, ante נִי, & ו: ut שִׂמַּחְתַּנִי *hilarasti me*, *Ps.* 92: 5. חֲזַקְתַּנִי *prævaluisti mihi*, *Jer.* 20: 7. חֲקַרְתַּנִי *investigasti me*, *Ps.* 139: 1. הֲקִלֹּתַנִי *vilipendisti me*; 2 *Sam.* 19: 44. Etiam *Kametz* usui venit, tam extra *Pausam*, quam præsertim in ea: ut עֲזַבְתָּנִי

do-

deseruisti me; *Pf.* 22: 2. Item קַבֹּתוֹ *execreris eum*, *Num.* 23: 8. הֲקֵמֹתוֹ *stabilivisti eum*, *Pf.* 89: 44. אֲסַפְתּוֹ *collegeris eum*, 2 *Reg.* 5: 6. quod & אֲסַפְתֵּהוּ.

In reliquis nempe, הוּ, ה, ם, ן, מוֹ, *Kametz adfixionis* cum *Kametz adformantis* sua sponte colliquescit.

2. תְּ *fœmin.* trifariam *adfixa* recepit. *Primo* per *Chirek*, ex Veteri Lingua, quæ dabat תִּי ex תְּ: ut נְתַתִּיהוּ *dedisti eum*, *Esech.* 16: 19. אַתְּ נְשָׂאתִים *tu tulisti eas*, *ibid.* *Vs.* 58. Item מְשִׁיתִהוּ *extraxisti eum*, *Exod.* 2: 10. יְלִדְתִּנִי *peperisti me*, *Jer.* 15: 10. הִכְרַעְתִּנִי *depressisti me*, *Jud.* 11: 35. &c. &c. *Secundo* per *Tzeri*; ut הוֹרַדְתֵּנוּ *descendere fecisti nos*, *Jos.* 2: 18. Nempe summa inter *Tzeri*, & *Chirek longum*, adfinitas. *Tertio* ad modum *masculini sui*, ut אַתְּ יְלִדְתָּנִי *tu peperisti me*, *Jer.* 2: 27. Ad eam rationem יְלִדְתּוֹ *peperisti eum*, dici potuit &c.

3. *Adform. Syll.* תֶּם & תֶּן *adfixioni* sic quidem minus aptæ, in תוּ, & תְּ abiere.

Opportunam ansam dedit vetus pronunciatio תֻּם & תֻּן, quam *Arabum Dial.* servat. *Chald.* & *Syri* pro אַתֶּם *vos* אַנְתּוּן sonant. Sic הֶעֱלִיתֻנוּ *adscendere fecistis nos*, *Num.* 20: 5. צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi*, *Zach.* 7: 5. &c. &c.

4. *Adform. Syll.* נָה etiam *adfixioni* non patens, rediit ad antiquam *terminationem* וּ, quam *Communis generis* fuisse, liquet ex 3. *plur. pret.* Conjugatum olim תִּפְקְדוּ יִפְקְדוּ: posmodum ex תִּפְקֹדְנָה confictum est תִּפְקֹדְנָה & תִּפְקֹדְנָה. Similiter

 in

in *imper.* פְּקֹדְךָ recipere debet *adfixa*, non פְּקֹדְנָה. Exempla paucissima; ut תַּחְשְׁבֻנִי *reputant me*, *Job.* 19: 15. תּוֹכִיחֻךְ *redarguent te*, *Jer.* 2: 19. Nonnulli *Enallagen generis* vocant. Non est, cur illuc recurratur.

CXLIII. Quæ *mutationem puncti terminalis*, ob *adfixa*, spectant, jam ferme in propatulo. Distinctius tantum circa 2. *masc. sing. imperat.* monendum restat, pereunte ibi, pro more, *Cholem*, ex פְּקֹד cum *adfixis* nasci sæpius פָּקְדֵנִי, ad imitationem *infinitivi constructi*, unde *Originem* traxit; quod & פִּקְדֵנִי enunciatum. Ex פְּקֹד usitatissime quidem פָּקְדֵנִי: sed dubitari nequit, quin etiam פִּקְדֵנִי sit dictum; nec non פְּקָדֵנִי & פְּקֹדֵנִי, si adesset *gutturalis*.

א. *Per Kametz-Chatuph* multa occurrunt. זָכְרֵנִי *memento mei*, *Ps.* 106: 4 עָזְרֵנִי *adjuva me*, *Ps.* 119. 86. רָדְפֵהוּ *persequere eum*, *Ps.* 34: 15. כָּתְבָהּ *scribe eam*, *Jes.* 30: 8. כָּתְבֵם *scribe ea*, *Prov.* 3: 3. קָשְׁרֵם *liga ea*, *ibid.* &c.

Neutiquam huc referendum זָעֲמָה *execrator*, cum *He paragog.* quæ species *adfixionis*. Est ex *Imperat. Pohel*, ut *pag.* 154. notum.

Cum *Chirek* veniunt שִׁכְבָה *cuba*. מִכְרָה *vende* &c.

Cum *Segol* עֶרְכָה *instrue*: אֶסְפָה *congrega*; quæ & cum *Patach* efferri potuere. Idem ob *mediam Gutturalem* sæpe factum, *Analogia* suggerit.

An-

Anomalum censetur נִצְּרֶהָ *custodi eam*; *Prov.* 4: 13. pro נִצְרֶהָ, cum *Dagesh forti Euphonico*. Malim ex forma *Pibh.* ubi etiam *Chirek* extra *Præteritum* retineri potuisse, submonui, *Reg.* 116. At *Ps.* 141: 3. נִצְרָה non est *forma Imperat.* sed *Substant.* vel, si velis, *Infin. fœm. Pibbel*, designans *retinaculum*.

ב. Quid *Verba imperfecta* hic dederint, obiter attigisse juvabit.

1. A *defect.* prima *Nun* habes תְּנֵהוּ *da eum.* תְּנֶנָּה *da illud.* תְּנֵם *da eos.* &c. ex תֵּן. Item קָחֶנּוּ *cape eum*, a קַח: שָׂאֵהוּ *tolle eum*; 2 *Reg.* 4: 9. a שָׂא.

2. A סֹב *circumda*, *defect. med.* est סָבֵּנִי & סֹבֵּנִי. Sic חָנֵּנִי *miserere mei*, *Ps.* 6: 3. חֻקָּהּ *insculpe illud*, *Esaj.* 30: 8.

3. הַב ex *quiesc. prima Jod* facit הָבָה *da*, *age*; *Gen.* 11: 4. לֵךְ *ito*, לְכָה & לֵךְ &c. &c. Nempe *He parag.* est *species adfixi.*

4. A שׁוּב & *quiesc. med. Waw* est שׁוּבָה *revertere*, & *transitive* שׁוּבֵנוּ *reduc nos*, *Ps.* 85: 5. Ibi *Jod inserto* extat שׁוּבֵינוּ, quod mihi hunc sensum subjicit; *Reductiones nostrum O Deus salutis nostræ, & abolere iram tuam!* Sic *Analogia* constabit. Dicitur etiam שֻׁבָה &c.

Ex *med. Jod* habes שִׂימֵנִי *pone me.* שִׂימָהּ *pone eam*, pro שִׂימֶהָ, *Deut.* 31: 19. &c. הֲקִימֵנִי *excita me*, est ex *Hiphh.*

5. A *quiesc.* 3. *He*, fit נְחֵנִי *duc me*: עֲנֵנִי *exaudi me*: ex *Kal.* Ex *Pibh.* חַיֵּנִי *vivifica me*, *Ps.* 119: 25. 37. 40. &c. & *tertia Jod* expressa חַיֵּיהוּ *Hab.* 3: 2. Ex *Hiphh.* הַכֵּיהוּ *percute eum*, 1 *Reg.* 20: 35. הוֹרֵנִי *doce me*, *Ps.* 27: 11. Duo postrema *duplicem* habent *imperfectionem.* Ex hisce universum genus satis dignoscetur.

CXLIV. Post *adfixionem* expedienda nobis *conversio* quæ dicitur *verborum*, cum reliqua *figuratione*, cui subjacent: quantum quidem ejus *fundamenta punctaturæ* attingit.

Scilicet ad *Syntaxin* potius pertinet profundior enucleatio *figurati usus*, quem *præteritum* in *futurum* transiens, & vicissim *futurum* in *præteritum* recurrens, induere possunt, per וָו הִפּוּךְ *Waw conversionis*, sive *conversivum*. Ad ejusdem quoque spectant ditionem *figuræ*, quas *verbis* addere possunt *He paragogicum*; itemque *Nun*, tam *paragogicum*, quam *Epentheticum*, quorum eatenus nobis hic habenda ratio est, quatenus *mutationem punctorum* inducunt, atque peculiarem aliquam *formam*, quæ in *Paradigmatibus* non comparet, efficiunt.

CXLV. *Figuratum præteritum* nascitur I. per *Waw conversivum præteriti* in *futurum*. II. Per *Nun Epentheticum*, ut vocari solet: nec non *paragogicum*. III. Per *He paragogicum*. De singulis tantummodo id libabitur, quod necessitas exigit, ad principia punctationis rite intelligenda.

א. Quod attinet I. ad *Waw conversivum præteriti*, quum simpliciter præfigatur per *Scheva*, a וָו חִבּוּר *Waw copulativo* discerni nequit, nisi in iis *personis*, & *formis*, ubi *accentus mutatio* quædam admittitur; quippe qui ex *penultima* in *ultimam deduci* amat, nisi quid obstet. Discrimen nullum, quoad *accentum*, in illis *personis*, *formisque*, *verborum*, quæ per se *Milra*: ut וְעָבַר *& transibit*, Exod. 12: 23. וְחָרַד וּפָחַד *& trepidabit*, *& pavebit*.

Jos. וְעָבְרוּ *& transibunt*, *Jer.* 22: 8. וּשְׁמַרְתֶּם *& custodietis*, *Exod.* 12: 24. &c. &c.

Nullum quoque, quoties per *adfixionem* jam *accentus* fuit *deductus*, ut וְזֵרִיתִיךָ *& dispergam te*, *Esech.* 22: 15.

Deductio ergo illa tantum cadere potuit in *formas Milhel*, nec tamen omnes: vix certa ut *Regula* hic dari queat.

Deducitur potissimum *accentus*

1. In 1. & 2. *sing. præteritorum*, vocalibus longis *accentu Euphonico* propterea fulciendis, ne in *Scheva* abire cogantur, ex *Reg.* 50. וּפָקַדְתִּי *& præficiam.* וְשָׁבַרְתִּי *& frangam*; וְהִפַּלְתִּי *& cadere faciam.* וְשָׁכַבְתָּ *& cubabis*; וְחָקוֹתָ *& inscribes*; וְהֵבֵאתָ *& introduces*, 2 *Reg.* 2: 2 וְאָפִיתָ *& coques*, *Lev.* 24: 5. &c.

Multa tamen hic exceptio *Verborum quiescentium tertia*, & *media*: ut וְגִלִּיתִי *& revelabo*; 1 *Sam.* 20: 22. וְגָלִיתָ *& migrabis*, *Esech.* 12: 3. וְיָרֵאתָ *& timebis*, *Lev.* 19: 14. וְנַסְתָּה *& fugies*, 2 *Reg* 9: 3. Item aliorum casuum, concursuumque, quibus immorari nunc nec libet, nec licet.

2 In *Personis Verborum Imperfectorum*, quæ *accentum* in *penultima* retinuerant contra *formam ordinariam*, & *perfectam*. Sic סָבָה *circumdedit*, dat וְסַבָּה *& circumdabit.* Talia sunt וְרַבָּה *& multiplicabitur.* וְחַדּוּ *& acuti erunt*: וְשָׁבָה *& revertetur* וְהֵבִיאָה *& adducet*, *Lev.* 15: 29 &c. &c.

Et hic iterum exceptio plurima: ut וְנָשַׁמּוּ *& evastabuntur*, *Lev.* 26: 22. *Jer.* 4: 9. &c.

Hæc mysteria per solam *Syntaxin* reserari possunt.

II. *Figuratum* quoque *præteritum* efficiunt *Nun Epentheticum*, de quo Cl. *Alt. Reg.* 150. *num.* 4 & *Paragogicum* de quo *Reg.* 151. *num.* 5. Utriusque eadem videtur fuisse *Origo*, secundum quam pro פָּקַד dictum פְּקָדֶן, vel פְּקָדֶן: in *adfixione* פְּקָדֶנִי;

ut

ut דָּנַנִי judicavit me, Gen. 30: 6. pro דָּנַנִי, ex דִּין &c. דָּן.
Item in Pihhel, יִסְּרַנִי castigavit me, Ps. 118: 18. בֵּרְכֶךָּ benedixerit tibi, Deut. 24: 13. quod per Dagesh forte iterum mutatum in בֵּרַכְךָ &c. In plurali יָדְעוּן noverunt, Deut. 8: 3. & צָקוּן arcte pressi sunt. Esaj. 26: 16. &c. De his mox plura, ad Reg. sequentem.

III. Figuram denique Præteritis addidit, in quibusdam formis incrementi illius capacibus, He paragogicum, per Kametz & Segol. Sic נָחָה pro נָח, Esaj. 7:2. omnino recumbit. לָנָה pro לָן omnino pernoctat. Zach. 5: 4. נִפְלָאֲתָה admodum mira fuit, 2 Sam. 1: 26. הֶחְבְּאַתָה Jos. 6: 17. abscondidit solicite. Redi ad Reg. 73. In הִשְׁלַכְתֶּנָה, pro הִשְׁלַכְתֶּן abjecistis penitus, Amos. 4: 3. apparet origo, ex אַתֵּנָה, cum He paragog.

CXLVI. *Figuratum* item *Futurum* efficit I. *Waw conversivum fut.* in *præt.* II. *Nun Epentheticum*, & *paragogicum.* III. *He paragogicum.* Hæc strictim iterum percurremus.

א. *Conversio* I. *Futuri* in *Præteritum* claro charactere distinguitur: nam *Waw* tunc semper præfigitur per *Patach* & *Dagesh forte*; nisi quod *Dagesh* ex *Jod Schevâto* excidat: & in 1. *Sing.* ab *Aleph* non admissum, compensetur, *Patach* in *Kametz* producto: ut fit cum *He Emphatico*, ex *Reg.* 104.

Hinc conjectura mihi nata, sub hac *Punctatura* extraordinaria וַ latitare *He* illud, quod etiam *verbis* solemniter *præfixum* fuit cum *demonstratione*: ut 1 *Chron.* 29: 17. הַנִּמְצְאוּ פֹה *Ecce inveniuntur hic*: atque etiam *exclusum* ob aliam *Particulam* supervenientem: ut 2 *Chron.* 1: 4. בְּהֵכִין לוֹ *in ecce paraverat ei*,

i. e.

i. e. in locum quem ei paraverat. Ad hanc normam וַיֹּאמֶר *& dixit*, ex וְהִיאֹמַר *& ecce dicebat*, vel, *& ecce est ut dixerit*, coaluisse suspicor.

Vides cum *Emphasi*, & *mutata significatione*, etiam *Pronunciationem* decore *immutatam*, atque *Accentum* ex *ultima* in *penultimam* sponte resiluisse, si *forma verbi* id permitteret, *vocalibus longis* ad finem eo ipso in *breves* suas transeuntibus: prout in וַיֹּאמֶר notari potuit.

Retractio ista *accentus* quoad *ultimam* permissa fuit, si ea non haberet incrementum vel *adformantis*, ut וַיֹּאמְרוּ *& dixerunt*; vel *adfixi*; ut וַיְשִׂימֵם *& posuit eos*, 2 *Reg.* 13: 7.

Penultima locum dedit *retractioni* eidem, si in *Vocalem* exiret, non in *Scheva quiescens*. Ita ex יִפָּקֵד fieri potuit וַיִּפָּקֵד: ex יְפוּקַד item וַיְפוּקַד: at יִפְקֹד & יְפַקֵּד &c. *accentum* ad *penultimam* abnuerunt. Ita sex *classes* existunt *formarum*, in quibus *retractio* admissa fuit.

1. Verborum *pure Perfectorum*, in *Niphh. Pohel*, *Hithpoh.* ut וַיִּפָּקֵד *& præfectus fuit.* וַיֵּאָסֵף *& congregatus fuit.* וַיִּנָּגֵף *& percussus fuit.* וַיִּגְעַשׁ *& concussit.* &c. &c.

2. Verborum *impure Perfectorum*, i. e. quorum *media indagessabilis*, quæ in *Dagessatis formis* ansam *retractioni* præbuere. Ut וַיְבָרֶךְ *& benedixit.* וַיְגָרֶשׁ *& expulit.* וַתִּתְפָּעֶם & *contusa fuit.*

3. *Defectivorum media* in *Kal*, *Hiph. Pohel*, *Hithpoh.* ut וַיָּסָב *& circuiit*, *Jud.* 11: 18. ex יָסֹב. Talia sunt וַיָּחָם *& incaluit*; *Jes.* 44: 16. וַיָּחָן & *misertus est.* וַיָּגֶל *& devolvit*, *Gen.* 29: 10. וַיָּמָד *& mensus est*, *Ruth.* 3: 15 וַיָּרֻם *& verminavit*, *Exod.* 16: 20. Ex *Kal* hæc. Ex *Hiph.* וַיָּרֶץ & וַיָּרֶץ *& contrivit*: וַיָּרֶד *& expandit*, 1 *Reg.* 6: 32. וַיָּסֶב *& circumduxit.*

xit. וַיָּסֶךְ *& obtexit.* Ex *Pohel*, וַיְמֹדֵד *& commensus est.* &c.

4. *Quiescentium prima Aleph* in *Kal* & *Hiph.* ut וַיֹּאמֶר *& dixit*; passim: vel & וַיֹּאמַר *Job.* 3: 1. &c. per totum Librum. וַתֹּאחֵז *& tenuit*, *Ruth.* 3: 15. וַיָּאצֶל *& seposuit.* וַיָּרֶב *& insidiatus est*, 1 *Sam.* 15: 5. ab אָרַב; nisi a רִיב potius veniat: ut supra subiannui.

5. *Quiescentium prima Jod*, item in *Kal* & *Hiph.* ut וַיֵּשֶׁב *& sedit*; וַיֵּלֶךְ *& ivit.* וַיִּיצֶר *& formavit*; *Gen.* 2: 7. quod & וַיִּצֶר *Vs.* 19. וַיִּיקַץ *& evigilavit.* Item וַיּוֹלֶד *& genuit.* וַיּוֹרֶשׁ *& expulit.* וַנֹּשֶׁב *& habitare fecimus*, i. e. *domum duximus*, *Esr.* 10: 2. &c.

6. *Quiescentium media Waw & Jod*, item in *Kal*: ut וַיָּקָם *& surrexit*, ex יָקוּם, & יָקֹם, peræque. וַיָּשָׁב *& rediit.* וַיָּגָר *& peregrinatus est.* Et *Hiphh.* וַיָּקֶם *& stare fecit.* וַיָּסֶר *& removit.* Pro quo וַיָּסַר existit nonnunquam, propter *Resch*, vel *Gutturales.* Non tamen perpetuum; nam וַיָּאֶר *& illuminavit*, occurrit *Ps.* 118: 27.

Si *media Jod*, etiam in *Kal* oritur וַיָּרֶב *& contendit.* וַיָּבֶן *& intellexit*, ex יָבִין. Pro isto *Segol* etiam *Patach* nonnunquam adscitum: ut וַיָּעַף *& vertiginem passus fuit*, *Jud.* 4: 21. Proprie *gyravit*; a עִיף, quod *perfecte* עָיֵף: cujus *Partic. Præs.* עָיֵף *gyrans*, *præ lassitudine: lassus: linquens animo.* וַיַּעַט *& irruit*, 1 *Sam.* 25: 14. a עִיט, unde עַיִט *volucris rapax.* Consimiliter in *Hiph.* וַיָּעַד *& testatus est*, pro יָעֵד, ab הֵעִיד.

In

In *forma* קוֹמֵם horum *Verborum* ansa quoque porrecta; ut וַיְקוֹמֵם *& excitavit.* וַיְכוֹנֵן *& confirmavit* &c. &c.

Probe ad hæc observandum, *retractionem* non necessariam fuisse; sed liberam plane; vel potius eam non ab ipso *Waw conversivo* pependisse, sed ab *adfectu* loquentis. Non est, quod hæreatur proinde, si contra *Regulam* occurrat sæpiuscule וַיִּקָּבֵר *& sepultus fuit*, 1 *Reg.* 14: 31. & 15: 24. &c. וַתִּשָּׁבֵר *& fracta est*, 1 *Sam.* 4: 18. Similiter in reliquis.

Subtilius, quam verius, quod *Grammatici* 1. *sing.* exceptam fuisse tradant; quum tamen וָאֶשָּׁבַע *& juravi*, 1 *Reg.* 2: 8. aliaque plura, hinc prostent. Non etiam usque quaque respondet, quod *Quiescentia tert. Aleph* hinc eximant. Ne id quidem verum, quod in *Pausa* locum *retractioni* datum negent. Alio ex fonte totum hoc genus derivandum: ut ad *Reg.* 149. distinctius tradetur.

II. *Figuratum* quoque *futurum* efficiunt *Nun Epentheticum*, & *Paragogicum*. *Epentheticum* vocatur, quum venit ante *adfixa* quædam. *Paragogicum* quum ad finem stat. Naturam, & vim, *Futuri*, hac accessione aucti, quisque statim percipiet ex hac tabella.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּן	תִּפְקְדֶן	יִפְקְדֶן	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּן	תִּפְקְדִין	תִּפְקְדֶן	2.
Com.	נִפְקְדֶן	Com.	אֶפְקְדֶן	1.

Habes *Nun* per *Segol* adjectum: nisi quod *Asyllabæ adform.* id unde receperint. Pro יִפְקְדֶן etiam dictum cum *Patach*, יִפְקְדַן, ad quam *formam* reducendum vexatissimum illud יְחִיתַן *Hab.* 2: 17. *Nam violentia Libani operiet te, & Bestiarum vastatio* יְחִיתַן

 un-

undique imminebit. Triplex *Anomalia* inducitur, quum *Radix* ſtatuitur חָתַת; quaſi eſſet *fut.* in *Hiphh.* cum *adf.* ם, pro יְחִתֵּם *terrefaciet eos.* Cl. *Cocc.* tentavit, & *calamitas beſtiarum* quæ *conſternabit illas.* Coacta, ut apparet, omnia. Reſtituenda Radix חוּת, vel חִית, *imminuit*, *avis* vel *fera*, *in prædam.* Inde *fut.* יְחִית, & cum ן *Paragogico* יְחִיתַן inſignem præbet figuram.

Ea forma in *adfixione* potiſſimum placuit; cui inde, cum decore, pondus additum. Retentum autem ante *adfixa*, ne *Emphaſi* quid decederet, *Scheva quieſcens*, *accentu* ibidem remanente, enunciatumque & ſcriptum quoque primitus, יִפְקְדֵנְנִי, & יִפְקְדֵנִי *inſpiciet me.* Sic plene exaratum יְכַבְּדָנְנִי *honorabit me*, *Pſ.* 50: 23. cum *Kamets* ob *Pauſam.* אֶתְּקֶנְךָּ *evellam te*, *Jer.* 22: 24. יְסֹבְבֶנְהוּ *circumcinget eum*, *Deut.* 32: 10. יִצְּרֶנְהוּ *cuſtodiet eum.* יְבָרֲכֶנְהוּ *benedicet ei*, *Pſ.* 72: 15. compendium deinde dedit תְּבָרֲכַנִּי *benedicat mihi.*, *Gen.* 27: 31. יְעִידֶנִּי *condicet mihi*; *Jer.* 49: 79. & 50: 44 תְּבַעֲתַנִּי *conterreat me*, *Job.* 9: 34. & 13: 21. תְּבַעֲתַנִּי *conterres me*, *Job.* 7: 15. Item, יִסְעָדֶךָּ *fulciet te*, *Pſ.* 20: 3. יַעְזְרֶךָּ *juvabit te*, *Eſaj.* 44: 2. יְחָנְּךָ *misereatur te*, יַכֶּךָּ, & cum *He redundante* ornatus gratia, יַכֶּכָּה *percutiet te*; *Pſ.* 121: 6. *Eſaj.* 10: 24. *Jer.* 40: 15. אַכֶּכָּה *percutiam te*, 2 *Sam.* 2: 22.

In his *Nun* inſertum in ſequentem *adfixi* literam. Contrarium uſu venit in הוּ, & הָ, quorum *He* abſorptum *Euphoniæ* ergo, duplicato *Nun*; ut תִּפְקְדֶנּוּ *inſpicis eum*; *Pſ.* 8: 5. & תִּזְכְּרֶנּוּ *recordaris ejus*: *Ibid.* אֶעֶנְדֶנּוּ *ligabo eum*, *Job.* 31: 36. אַכֶּנּוּ *per-*

entiam eum; 1 *Sam*. 26: 8. אוֹדֶנּוּ *confitebor eum*, *Ps*. 44: 6. & אֲהוֹדֶנּוּ *Ps*. 28: 7. אֶרְאֶנּוּ *videbo eum*, *Num*. 24: 17. יְסֹבְבֶנְהוּ *circuibit eum*. &c. &c. יְמַהֲרֶנָּה *dotabit eam*; ex יְמַהֲרֶנָּה, unde mollius יְמַהֲרֶנָּ. *He* ad *Kametz finale* ornatus gratia adjectum. Talia sunt יְבַלְּעֶנָּה *absorbebit eam*, *Esaj*. 28: 4. יֶהֶרְסֶנָּה *diruet eam*, *Prov*. 29: 4. תְּמֹגְגֶנָּה *undare facis eam*, *Ps*. 65: 11. יִתְּנֶנָּה *dabit eam*. יִקָּחֶנָּה *capiet eam*, &c.

Ad *finem* illud ן sat crebro comparet cum *Asyllabis* ִי & וּ: ut תְּחִילִין *parturis*, *Esaj*. 45: 10. תַּעֲשִׂין *facies*. תִּדְבָּקִין *adhaerebis*, *Ruth*. 2: 8. תִּתְחַמָּקִין *circumvagaris*, *Jer*. 31: 22. &c. תִּירְאוּן *timebitis*. תִּרְאוּן *videbitis*. יֵלְכוּן *ibunt*. יוֹלִיכוּן *ire facient*. יִתְהַלָּכוּן *grassantur*, *Ps*. 12: 9. יִשָּׂאוּן *tollent*. תֶּאֱהָבוּן *amabitis*, יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן *fugiebant*, *fugiebant*; *Ps*. 68: 13. יִכָּרֵתוּן *exscindentur*, *Ps*. 37: 9. יֵחָצְבוּן. *excidentur*, *Job*. 19: 24. &c. &c. Etiam per *Kibbutz* loco *Schurek*, יִשְׁכְּבֻן *cubant*, 1 *Sam*. 2: 22. יִרְוְיֻן *rigabuntur*, *Ps*. 36: 9 יִרְבְּיֻן *multiplicabuntur*, *Deut*. 8: 13. יַרְשִׁיעֻן *condemnabunt*, *Exod*. 22: 8.

Terminatio haec *adfixa* recepit; sed *nude*; i. e. sine alio *puncto agglutinationis*, ante *Syllabica*; ubi *Nun Syllabam* claudit; & *accentum* sibi vindicat: ut יִפְקְדוּנִי *inspicient me* יַעַבְרֻנְהוּ *transibunt illum*, *Jer*. 5: 22. יִמְצָאוּנְהָ *invenient illam*. יְשַׁבְּחוּנְךָ *permulcebunt te laudibus*, *Ps*. 63: 4. יִקְרָאֻנְנִי *invocabunt me*, plena scriptione; *Prov*. 1: 28. & יְשַׁחֲרֻנְנִי *quaeritabunt me*. *Asyll*. ךָ *accentum* etiam relinquit: ut יְשָׁרְתוּנֶךָ *ministra-*

strabunt tibi, *Esaj*. 60: 7. pro יְשָׁרְתוּנֶךָ. In יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum*, *Prov*. 5: 22. *accentus* ad finem raptus per *quiescens* illud *Waw*.

Qui hæc non fugitivo oculo lustrarit, facile intelliget, *Nun* illud *medianum*, sive *Epenthet*. & *finale*, sive *paragog*. unam habere *vim* & *originem*; atque aliquid grandius, graviusque spirare, præ *simplici futuro*. Hoc quale sit, *Syntaxi* deputatur. Hic tantùm observabo, omnibus *adfixis* idem *juris* in hoc *Nun*, sed non omnia æque apta ad *conglutinationem*: atque inde factum ut potissimum quatuor נִי , ךָ , הוּ , הָ ad *formam Singul*. יִפְקְדֶן accesserint. Nempe ךְ *fœm*. κακοφωνίαν peperisset: neque ejus *exclusioni* locus suppetebat. הֶן, הֶם, כֶן, כֶם, etiam hic minus quadrabant, quia *accentum* sibi dari postulant. יִפְקְדֶנְּם parum idoneum judicatum. A יִפְקְדֶנּוּ denique cum נוּ abstentum forte, quia confundi poterat cum הוּ. In *Plurali* יִפְקְדוּן paulo latior ditio, ubi יִפְקְדֻנְנוּ *inspicient nos*, dici potuisse, ambigi nequit. יִפְקְדֻנְהָ quoque adhibitum, patet ex gemello יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum*. Sonantius tamen יִלְכְּדֻנְהוּ, & יִלְכְּדֻנְהָ. Reliqua sponte semet abdicarunt: nec יִפְקְדֻנְּם habuit, quo se commendaret.

Apparet, nimis in arctum semet, remque simul Hebraicam, cogere *Grammaticos*, quum tradunt *Nun Epenthet*. ante quatuor tantum *adfixa* venire. Non omnium tamen hæc mens: & fuere jam olim qui liberius, & liberalius, hic versati, *Nun Epenthet*. & *Paragog*. uno e fonte derivarint. Ni fiat, sparguntur membra, quæ justis inter se nervis revincienda.

Utrumque unam *originem* habuisse, liquet etiam ex תִּפְקְדֶנָּה, quod restituere ausus fui, ut pro *Anomaliæ* incommodo, commodum *Analogiæ* succederet, in תִּרְאֶינָּה *videbunt*, *Mich*. 7: 10. & תַּעֲנֶנָּה *respondent*, *Jud*. 5: 29. omisso *Jod*. תְּהִימֶנָּה *tumultum cient*, *Mich*, 2: 13. תְּמוּתֶנָּה *morientur*, *Esech*. 13: 19. &c. &c.

An-

Ante נָּן quoque ſtare potuiſſe hocce *Nun*, colligere eſt ex *Job.* 31: 15. ubi alii Codices יְכוּנֶנּוּ *aptavit nos*, habent, a כּוּן, alii יְכֻנֶנּוּ *fovit nos*, a כָּנַן. Quodcumque ſequare, habes נּוּ *futuro gravi* additum. Fateor de הוּ ibi a multis cogitatum; ſed hoc *Grammatica* effecit; cui *Lingua* non ſubjecta.

III. *Figuram* denique *Futuris* adjecit *He Paragogicum*, inſtar *adform. Aſyllabæ* datum *Perſonis* nulla *adformante* auctis. *Typus* hic.

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּפְקֹדְנָה	יִפְקְדוּ	תִּפְקֹדָה	יִפְקְדָה	3.
תִּפְקֹדְנָה	תִּפְקְדוּ	תִּפְקְדִי	תִּפְקְדָה	2.
Com.	נִפְקְדָה	Com.	אֶפְקְדָה	1.

Plerumque antecedit *Kametz*. Aliquando tamen & *Segol*: ut וָאֶקְרָאֶה *& advocavi*, 1 *Sam.* 28: 15. יְדַשְּׁנֶה *in cinerem redigat*, *Pſ.* 20: 4.

Accentus ordinarie deducitur: niſi quod *Hiphh.* & hic ſuum teneat jus; itemque verba *imperfecta med. rad.* in quibus *Aſyllabæ* fere *accentum* relinquunt *penultimæ*: ut נַשְׁלִיכָה *projiciamus*, *Pſ.* 2: 3. תָּרֹנָּה *vociferatur*, *Prov.* 1: 20. יָחִישָׁה *feſtinabit*, *Eſaj.* 5: 19. Ad *Pauſam* tamen etiam in reliquis *accentus penultimam* ſuſtinere amat: ut אֶשְׁמֹרָה *obſervabo*, *Pſ.* 59: 10. quod alibi אֶשְׁמְרָה *Pſ.* 119: 17. אֲדַבֵּרָה *eloquar*, *Deut.* 32: 1. & *Gen.* 18: 30. quod alias אֲדַבְּרָה *Gen.* 18: 32. Etiam extra *Pauſam* dictum אֶפְקְדָה: atque inde ſolvendos putem nodos *Maſorethicos* *Jeſ.* 18: 4. *Eſra* 8: 25. &c. &c.

Nimia ſubtilitas Cl. *Alt.* quum *He paragog.* proprium facit *Futuris primæ perſonæ*: addens, raro *futuris alius perſonæ accedere*, *atque tum augere ſignificationem.* In *prima* quoque

pers

persona simul *accessionem* fieri *significationis*, non ambigendum: fuitque omnibus *personis* æquum in hanc *figuram* jus, quamvis plurima exempla in *primam* vergere non negem, ob rationem alibi indicandam. Sic אֶשְׁכְּבָה *cubabo*, *Ps.* 4: 9. נִשְׁכְּבָה *cubamus*, *Jer.* 3: 25. אֶחְדְּלָה *Job.* 16: 6. אֵלְכָה *ibo*, *Ruth.* 2: 2. & alibi sæpe: item אֵלֵכָה extra *Pausam*, *Jes.* 38: 10. nec non אָקוּמָה וְאֵלְכָה וְאֶקְבְּצָה *surgam*, & *ibo*, & *congregabo* &c. Agmen talium exstat. Ex *Niphh.* אִמָּלְטָה *evadam*; *Gen.* 19: 20. אִכָּבְדָה *honorabor*, *Exod.* 14. 17. &, suppresso *He*, manente *Kametz* אִכָּבֵד *Hagg.* 1: 2. Mysterium, quod ibi Magistri captant, ipsis relinquendum. Plura extant, in quibus defecta scriptio, ut שָׁם *ibi* &c. Ex *Pihhel* אֲבָרְכָה *benedicam* &c. Ex *Hiphh.* אוֹלִיכָה *ire faciam* &c. Ex *Hithpahh.* אֶתְהַלְּכָה *ambulabo identidem*, *Ps.* 119: 45. אֶשְׁתַּמְּרָה *observitabo memet identidem*, 2 *Sam.* 22: 24. &c. &c.

Ex aliis *Personis*, præter jam adducta, תָּבוֹאָה *veniat*, *Esaj.* 5: 19. Inde volunt *geminata paragoge* productum תָּבוֹאתָה *proveniat*, *Deut.* 33: 16. & תְּבוֹאֶתְךָ *proveniet tibi*, *Job.* 22: 21. Atquin, *He paragog.* in *Taw* mutari non patitur *Analogia*. Mihi nunc succurrit, vel *species conjugationis* per *Taw* תָּבוֹא in *præterito*, ut תִּרְגַּל: vel *subst. fœmin.* תְּבוּאָה pro תְּבוּאָה *proventus*. Inde תְּבוּאָתָה *magnus proventus*; & *Aleph* in *quietem* dato תְּבוֹאָתָה. Iterum תָּרֹנָּה *vociferatur*, *Prov.* 8: 3. תָּעֻפָה *vertigine laboraveris*, *Job.* 11. 17. &c. &c.

CXLVII. Verba *Quiesc. tert. He*, quæ vulgo dici-

cimus, *triplicem* hanc *figuram* tam ſingulari modo in *futuris* ſuis recipiunt, ut propterea ſeorſim ſpectari, & diſtinctius proponi, mereantur.

א. Novam quodammodo faciem induit *Ling. Hebraea* pro hoc genere *verborum*; præſertim in priore illa *claſſe*, quam *retractio accentus* efficit. In aliis quoque *figuris* aliquid peculiare; & abſtruſius. Singulis propterea *Claſſibus* peculiarem curam impertiemus.

1. *Retractionem accentus ex ultima in penultimam* admittere poſſunt omnia *futura*, etiam ea, quæ *Scheva quieſcens* ibi accipiunt; & יִגְלֶה, æque ac יִגָּלֶה, per *Waw converſivum* mutato tono, enunciatur *Milhel* i. e. וַיִּגְלֶה, ut in *Niph.* וַיִּגָּלֶה. Eodem modo in *Pihh.* יְגַלֶּה: in *Pyhh.* יְגֻלֶּה, in *Hiph.* יַגְלֶה: in *Hithpahh.* יִתְגַּלֶּה &c. &c.

Hæc *retractio accentus* ſponte induxit perpetuam ejus comitem *Apocopen tertiæ*; qui enim *formas* haſce rite pronunciarit, continuo perſentiſcet, *He* ad finem jam plane ſupervacuum; quin & *terminale Segol:* idque, ſi *Vocalis* præceſſerit, ut in *fut. Niphhal*, cum ſuo *He* prorſus perire. Si *Dagesh forte*, ut in *Pihh. Pyhh. Hithpahhel*, id item plane intercidere, una cum illo *Segol*. In *Kal* vero, *Hiphh.* & *Hophh.* ubi *Scheva quieſcens* immediate antecedit, *Segol* ſua ſponte in ejus locum reſilire, atque ex יִגְלֶה exiſtere יִגֶל, ſi ſit aſperior concurſus literarum; ſin mollior fuerit, una *Syllaba* rem confici, & ex וַיִּשְׁבֶּה potius וַיִּשְׁבְּ *& captivum duxit*; ex וַיַּשְׁקֶה *& potum dedit*, וַיַּשְׁקְ; ſubnaſci.

Claudicat ergo *Regula*, quæ docet, *Segol* una cum *He* tolli in *Conjugat. Kal* & *Hiphh.* quoties *media* בגד כפת, vel ט, vel ק; excepto iterum ſi *prima fuerit He*, vel *Ajin*, aut etiam *Reſch ſequente* ב, *aut* פ; ut וַיֶּרֶף *& remiſit*, &c. &c. Sola *Eupho-*

 nia

nia totum hocce rexit, & *Natura* huic negotio præsedit, non Ars, nec literarum aucupium. Sumatur experimentum: in וַיִּבְטָה: si inde וַיֵּבְט conformes, labra torqueas necesse est. Similis tortura oris in יֵבְךְ. Ergo יֵבְט, & יֵבְךְ, in hisce obtinere debuit. Magis adhuc sentias, si ad יִרְקָה experiare, nam יִרְק plane pronunciari nequit; sed in יֵרְק vel renitente ore relabitur. Pariliter *Natura duce* dictum, וַיִּקֶשׁ & *durum fuit*, 2 *Sam.* 19: 44. pro וַיִּקְשֶׁה: ut contra *eadem Magistra* elatum וַיַּשְׁק & *bibendum dedit*, *Exod.* 2: 17. pro וַיַּשְׁקֶה &c. &c.

Observandum præterea, in *Fut. Kal*, pro *Chirek brevi* ad *præform.* איתן, sæpissime adhibitum *Tzeri*; & quidem sub א in 1. *fut.* semper, sub reliquis libere & promiscue, utraque in formatione. Nempe dictum וַיֵּבְךְ & וַיִּבְךְ *flevitque*, וַיֵּרְדְּ & וַיִּרְדְּ & *dominatus fuit*: item וַיִּבֶן & וַיִּבֶז *ædificavitque*. וַיִּבֶז & וַיֵּבֶז *contemsitque*. וַיִּרֶב & *multiplicatus est*; *Exod.* 1: 22. & וַתֵּרֶב 1 *Reg.* 4: 30. &c. &c.

Fut. Hiph. id peculiare habet, quod si per *unam Syllabam* enuncietur, ut יַשְׁק *potum dabit*, maneat *Patach*: sin *Segol* reminigret in locum *præc. Schevatis*, pro יַקְשׁ fiat יֶקֶשׁ *durum faciet*, *Patach* in *Segol* abeunte ad *Euphoniam*. Sic וַיֶּגֶל, pro וַיַּגְלֶה & *deportavit*; וַיֶּפֶר pro וַיַּפְרֶה & *fructificare fecit* &c. &c.

Ex *Hophh.* nulla produci video exempla. *Analogia* permisit יָשְׁק pro יָשְׁקֶה; nec non יָשְׁק, *Kametz-Chatuph* non discernendo a *Kametz*, nisi sola vi *formæ*, & *Linguæ*. Tale putem וַיָּחַל & *letaliter excoriatus est*, 2 *Reg.* 1: 2. pro יָחְלֶה. 1 *Reg.*

32: 34. ejusdem *Præteritum* eodem sensu positum, הֻחֲלֵיתִי *letaliter sauciatus sum*.

In his *Futuris*, si *media* fuerit *Gutturalis*, pro *Segol regresso* existit *Patach*, ad *Reg.* 63: *Num*, 4. ut וַיִּשַׁע *& respexit*, pro יִשְׁעֶה. Ejusdem *Hiphh.* dedisset וַיָּשַׁע pro יַשְׁעֶה. Sic וַיִּתַע *& erravit*, ex *Kal*: וַיַּתַע *& errare fecit*, ex *Hiphh*.

Ast *Aleph*, in *quietem* transiens, *Segol* ante se retinet, quia alias *Patach* producendum foret in *Kametz*, cum turbela *Radicis*. Ut יֵרֶא *videbit*. יֵדֶא *volabit*. יֵלֶא *lassabitur*. &c.

Si *prima* fuerit *Gutturalis*, in *Fut. Kal* & *Hiph.* duplex existit *Patach*: fitque יַעַל *adscendet*, ex יַעֲלֶה vel יַעֲלֶה pro יַעֲלֶה, *Reg.* 53: 4. in *Kal*. In *Hiphh.* item יַעַל ex יַעֲלֶה vel יַעֲלֶה. Etiam *Reg.* 63: *num.* 4. pro אַעַן ex אַעֲנֶה, adduxit אַעַן *respondebo*; וַיַּעַן *& respondit*, ubique locorum &c. Talia sunt וַיֵּאת *& venit*, ex יֶאֱתֶה, unde contractum וַיֵּאת *Esaj.* 41: 25. וַתַּהַר *& concepit*, *Gen.* 4: 1. וַתַּעַר *& apparavit*, *Hos.* 2: 13. וַיַּעַשׂ *& fecit*, passim. Item תַּחַז pro תַּחַז ex תֶּחֱזֶה *videt*; *Mich.* 4: 11. & אָחַז in *Pausa*, pro אַחַז ex אֶחֱזֶה, *Job* 23: 9. וַיַּחַץ *& dimidiavit*, *Gen.* 32: 8 וַתַּחַשׁ *& siluit*; *pes meus super fraude*: illustri figura, *Job.* 31: 5. Vulgo ἀνωμάλως a חוּשׁ *properavit*, arcessitur. Huc etiam refero *Prov.* 27: 17. יַחַד pro יֶחֱדֶה, vel יַחְדֶּה, *ferrum ferro lætum fit*, i. e. *nitidum & politum*; nisi malis ex *Hiphh. ferrum in ferro lætitiam efficit*, *& vir* יַחַד *letificat faciem sodalis sui*.

Anomalum dicitur, quod *Cheth* ante se *Chirek* recipiat: ut וַיִּחַר *& exarsit*, *Job.* 32: 2. pro יֶחֱרֶה. Atqui *nostis Lingua*

dedit יֶחֱדֶה, ut יִהְיֶה; unde illud יִחַד pro יֵחַד suo jure, & summa cum *Analogia*, permansit: plus quinquagies occurrens. Simile est וַיִּחַן & *castra posuit*, *Gen.* 26: 17. & alibi sæpe. Brevius וַיִּחַד & *lætatus est*; ex יֶחֱדֶה *Exod.* 18: 9. & *Job.* 3: 5. &c.

In *Hiph.* una tantum *forma* וַיַּחַר & *ardescere fecit*, *Job.* 19: 11. יַחַד *lætificat*, *Prov.* 27: 17.

Peculiare quid in *verbo* רָאָה *vidit*; cujus *Fut.* in *Kal* per *Apocopen* hancce, geminum. Dicitur nempe יֵרֶא ex יִרְאֶה *videat*, *Gen.* 41: 33. sed usitatius per *unam Syllabam* יַרְא, ex יִרְא, *Chirek* in *Patach* mutato ad pleniorem sonum, ut ante *Gutturales*. Inde centies וַיַּרְא & *vidit*, ex *Kal*; *Gen.* 1: 4. 10. 12. 18. 21. 31. &c. Ex *Hiphh.* semel tantum, וַיַּרְא pro וַיַּרְאֶ ex וַיַּרְאֶה, & *videre fecit*, 2 *Reg.* 11: 4.

In forma יֵרֶא *Aleph quiescit*: in יַרְא *otiatur*.

Aliquid peculiare etiam poscunt, quibus *media Jod*; ut הָיָה *fuit* &c. quæ per *Apocopen* faciunt יִהְיְ; unde mox, *Jod* in *quietem* inclinante, ortum יְהִי: sic וַיְהִי & *fuit*; וַיְחִי & *vixit*. &c. &c. Ad eandem rationem, יְהוּא ortum ex יְהֱוֶה vel יֶהֱוֶה *existet*, *Eccl.* 11: 3. ubi *Media Waw* in *quietem* data יְהוּ adscivit *Aleph paragog*. *Reg.* 150: 1.

Interius adhuc, & abstrusius est, quod in *verbo* יִשְׁתַּחֲוֶה *adorabit*, occasione hujus *Apocopes* accidit. Inde *primo* regulariter extitit יִשְׁתַּחֲוְ, *Segol* in locum *Schevatis* migrante; ut fit *Jisch-tâ-chew*. Hoc autem *Waw* in *quietem* misso per *Schurek*, enun-

enunciatum יִשְׁתַּחוּ *Jisch-ta-chou*: ad hunc modum

f. Plur.	m.	f. Sing.	m.	
תִּשְׁתַּחֲוֶינָה	יִשְׁתַּחֲווּ	תִּשְׁתַּחוּ	יִשְׁתַּחוּ	3.
תִּשְׁתַּחֲוֶינָה	תִּשְׁתַּחֲווּ	תִּשְׁתַּחֲוִי	תִּשְׁתַּחוּ	2.
Com.	נִשְׁתַּחוּ	Com.	אֶשְׁתַּחוּ	1.

Nempe *Apocope* nulla in *Personis adformante auctis*, ac proinde *quinque* respuunt; ut *quinque* eandem admittunt.

Ad *Radicem* גָּלָה *formæ Futurorum* sic habent.

נִגֶל	אֶגֶל	תִּגֶל	תִּגֶל	יִגֶל	*Kal.*
נִגָּל	אֶגָּל	תִּגָּל	תִּגָּל	יִגָּל	*Niph-hal.*
נְגַל	אֲגַל	תְּגַל	תְּגַל	יְגַל	*Pih-hel.*
נְגֻל	אֲגֻל	תְּגֻל	תְּגֻל	יְגֻל	*Pyh-hal.*
נֶגֶל	אֶגֶל	תֶּגֶל	תֶּגֶל	יֶגֶל	*Hiphh.*
נָגֶל	אָגֶל	תָּגֶל	תָּגֶל	יָגֶל	*Hoph.*
נִתְגַּל	אֶתְגַּל	תִּתְגַּל	תִּתְגַּל	יִתְגַּל	*Hithpahh.*

Pro יִגֶל in *Kal* etiam יִגֶל reponas licet &c.

Si *literarum* mollior *junctura* invitet, pronuncies licet per *unam Syllabam* יִגְל & יֶגְל, ut supra declaratum.

In *Hiph-hil* item יֶגֶל tantum. Reliqua eundem servant tenorem.

Exempla ex *Kal* וַיִּשְׁבְּ & *captivum duxit*, *Jer.* 41: 10. וַיִּפְתְּ

& pellectum est, *Job.* 31: 27. וַיֵּשְׁתְּ *& bibit*, *Gen.* 25: 34. וַתֵּבְךְּ *& flevit*, *Gen.* 21: 16.

Ex *Niphh.* וָאֶפָּת *& pellectus fui*, *Jer.* 20: 7. וַיִּמַּח *& deletus fuit*, pro יִמָּח, *Gen.* 7: 23. Eadem scriptio *Ps.* 109: 14. quamvis *Vs.* 15. *ibid.* scribatur תִּמַּח. Sic תִּגָּל *revelabitur*, *Esaj.* 47: 8.

Ex *Pihh.* וַיְכַל *& consummavit*, *Gen.* 2: 2. וַתְּעַר *& evacuavit*, pro תְּעָרֶה ex תְּעַרֶה; unde isti *Patach* liquida jura, *Gen.* 24: 20. וַיְצַף *& obtexit*, *Exod.* 32: 2. וַיְגַל *& detexit*, *Jes.* 22: 8. וַתְּגַל *Esech.* 23: 18. וַיְתָו *& notas fecit*, pro יְתַוֶּה, 1 *Sam.* 21: 13. non tam ob accentum, quam quod *Waw* ad finem diductius pronunciandum, sponte *Patach* in *Kamets* trajiciat. Si minus rideat, teneas licet formam יְתָוֶה pro יְתַוֶּה, de qua *pag.* 283. &c.

In *Pyhh* וַיְכֻל *& absolutum fuit*; ut *Gen.* 2: 1. וַיְכֻלּוּ *& absoluti fuere*.

Ex *Hiphh.* וַתֶּמֶס pro הַמְסֵה *& liquescere fecisti*, *Ps.* 39: 12. וַיֶּזֶן *& scortari fecit*: וַיֶּרֶב *& multiplicavit*: וַיֶּרֶף *& relaxavit*. וַתֶּמֶר *& obstrigillavit*; pro תַּמְרֶה &c. &c.

Item ex alia forma, וַיַּשְׁק *Ps.* 78: 15. וַיְפַתְּ *& pellexit*. וַיֵּרְדְּ *& dominatus est* &c.

Ex *Hophh.* supra adductum וַיּחַל *Wajjochal*, pro יְחֻלֶּה, *& excoriatus fuit*, &c. Credo & alia hinc, illinc, cum tempore eruenda.

Ex *Hithpahh.* וַיִּתְגַּל *& retexit se*, *Gen.* 9: 21. וַיִּתְאָו *& concupivit*, proprie, *instimis se*, 1 *Chron.* 11: 17. pro יִתְאַוֶּה.

Ite-

Iterum *Kametz* pro *Patach* positum occasione ו *Waw*. Extat quoque אַל יִתַּל *ne efferat se*, apud *Jerem.* ad quam rationem אַל תִּתְחַר *ne exardescas*, pro תִּתְחָרֶה, ex תִּתְחַרֶה, citra ullam *Anomaliam*; *Ps.* 37: 1. 7. 8 & *Prov.* 24: 19.

Ante, quam manum de tabula, tangenda restant verba dupliciter imperfecta, per *quietem* 3. & vel *defectum*, vel *quietem*, 1. *radicalis*.

Primum illud genus, ut נָטָה *tetendit*, נָכָה *læsus fuit*, &c. in *Fut. Kal* ex יִטֶּה dat יֵט & וַיֵּט, abjecto *He*, *Segol*, & *Dagesh forti*: Sic *Gen.* 12: 8. *Exod.* 8: 2. &c. Item וַיִּז & *sparsum est*, 2 *Reg.* 9: 33. & יֵז *Esaj.* 63: 3. proprie *prosiluit*.

In *Hiph.* tantum יַט, ut וָאַט & *extendi*, *Jer.* 15: 6. וַיַּז & *exsparsit*, *fecit prosilire*, *Lev.* 8: 11. וָאַךְ & *percussi*, pro אַכֶּה *Exod.* 9: 15. וַיַּךְ & *percussit*, *Exod.* 12: 12. & alibi passim.

Alterum genus *quiesc.* 1. *Jod* reliquit specimen in וַיִּיף & *pulcher fuit*, pro יִיפֶה *Esech.* 31: 7. in *Kal.* In *Hiph.* fuisset וַיֵּיף & *pulchrum fecit*: ut וַיּוֹר & *jaculatus est*, pro יוֹרֶה 2 *Reg.* 13: 17.

A *quiesc.* 1. *Aleph* in *Kal* semel occurrit, וַיֵּאת *Esaj.* 41: 25. & *venit*, pro וַיֶּאֱת ex יֶאֱתֶה. Consimiliter dici potuit וַיֹּאף & *coxit* a יֹאפֶה &c.

In *Hiphh.* semel quoque וַיֹּאֶל & *adjuravit*: 1 *Sam.* 14: 24. ubi *Aleph* motui redditum, *Segol* in locum *Schevatis* transmisso.

Ad hanc mirabilem mutationem *quiesc.* 3. *He* qui attenderit, ne ad momentum quidem dubitare poterit, quin *verba* illa in *Origine* habuerint *Waw* vel *Jod*, quum illarum *literarum* ea sit natura, & conditio, ut *præsentes* non solum, sed & *absentes*, in *quietem* concedere ament. Hinc tanta illa *proclivitas* ad *Apocopen*;

pen; quam nunquam admittere potuissent, si *tertia Radicalis* fuisset *He*. Sane a גָּבַהּ *altus fuit*, constanter יִגְבַּהּ; nunquam יִגֶּב, nec in *Niph.* יִגָּב, nec in *Pihh.* יְגַב &c. &c. Has formas penitus a *qualitate* illius *Radicis* abhorrere, quivis cernit. Ne *Aleph* quidem, quantumvis cum ו & י vicissitudinem ineat, hanc *Apocopen* admisit; neque a מָצָא *invenit*, unquam efformatum יִמֶץ. Multo minus proinde a שָׁלָה formari potuisset יַשְׁל, *eliquate tranquillabit*, *Job.* 27: 8. si *Origo* fuisset שָׁלָה, non שָׁלוֹ, vel שָׁלִי.

II. Eadem hæc veritas relucet ex secunda *figura*, quam *verba* hæc per *Nun Epenthet.* & *Paragog.* receptant. *Typus* hicce in *Fut. Kal.*

תִּגְלֶינָה	יִגְלֶן	תִּגְלֶן	יִגְלֶן
תִּגְלֶינָה	תִּגְלוּן	תִּגְלִין	תִּגְלֶן
Com.	נִגְלֶן	Com.	אֶגְלֶן

In *Fut. Pihh.* יְגַלֶּן &c. In *Hiphh.* יַגְלֶן &c.

Talia sunt יְרַדֶּנּוּ *denominabitur ei*, *Lev.* 25: 53. וַיִּרְדֶּנָּה & *obterit ea*, *Thren.* 1: 13. יִדְלֶנָּה *hauriet illas*, *Prov.* 20: 8. נַעֲשֶׂנָּה *faciamus illud*, *Deut.* 30: 12. אַרְפֶּנּוּ *laxabo eum*, *Cant.* 3: 4. אוֹדֶנּוּ *celebrabo eum*, a יָדָה, *Ps.* 43: 5. אַכֶּנּוּ *percutiam eum*, a נָכָה, 1 *Sam.* 26: 8. תַּכֶּנּוּ *percuties eum*, *Prov.* 23: 13, 14. יַכֶּנּוּ *percutiet eum*, *Sam.* 17: 25. 27. נַכֶּנּוּ *percutiemus eum*, *Gen.* 37: 21. יַכְּךָ *percutiet te*, & יַכֶּכָּה *Ps.* 121: 6. *Jes.* 10: 24. &c.

In

In *Plurali* יִרְבְּוּן *multiplicabuntur*, *Ps.* 139: 18. quod *perfecte* יִרְבְּיוּן, vel יִרְבְּיֻן *Deut.* 8: 13 תִּרְאֶינָּה *videbunt*, *Mich.* 7: 10. &c.

Late fusum genus ex striĉturis hisce satis clarescet.

III. Ne *tertia* quidem *figura* per *He paragogicum* ab his *verbis* absuit. אֶהֱמָיָה *perstrepam*, habes *Ps.* 77: 4. Ea est *forma perfecta*: quæ in יֶהֱמָיוּן etiam conspicua; *Ps.* 39: 7. & 83: 3. & *Esaj.* 17: 12. De *imperfecta forma* non omnino liquet. נִשְׁתָּעָה *respectabimus*, occurrit *Esaj.* 41: 23. Est *Conj. Hith-pahh.* cum *He paragog.* pro נִשְׁתַּע ex נִשְׁתָּעֶה; a *Rad.* שָׁעָה *respexit.* Inde etiam in *Fut. Kal* est אֶשְׁעָה *respicio*, pro אֶשְׁעֶה; cum hoc incremento, ut *Cocc.* in *Lex.* notat. Adde תְּכַלֶּה *consumetur*, 1 *Reg.* 17: 14. &c. Quousque hæc *Paragoge* cum *reliquis Futuris* sese extenderit, hinc dignoscere est.

CXLVIII. *Futurum figuratum*, per *retractionem accentus*, etiam efficit *particula prohibitiva* אַל *Ne*: tum in aliis *formis*, mutationi huic aptis, tum potissimum in *verbis quiesc. tertia He.*

א. Quum *particula* hæcce *deprecationibus*, & *dehortationibus*, dicata, semper *Pathos* aliquod adferat, inde ansa data *accentui* transponendo. Non ergo *Waw Conversivum*, ut insinuavi, *retractionis* hujus causa; sed *adfectus*, & *pronunciatio* vehementior. Nil mirum hinc, si toties illa *retractio* fuerit neglecta; etiam in *verbis quiesc.* 3. *He*; ut וַיַּרְא & *vidit*, *Job.* 42: 15. וַתֵּבְךְּ & *flevit.* Item præcedente אַל: ut *Gen* 49: 4. אַל־תּוֹתַר *ne sis præcellens*: & *Vs.* 6. אַל־תֵּחַד *ne uniatur* &c. &c.

Attamen creberrime *futurum* illud *figuratum* inde exoritur,

 per

per omnes Classes Reg. CXLVI. indicatas: praesertim autem in quiesc. 3. He utpote proclivissimis in hanc commutationem. Sic אַל־תֵּפֶן *ne vertas faciem*, Num. 16: 15. אַל־תֵּתַע *ne erres*. אַל־יֵשְׁט *ne declinet*. אַל תֵּשְׁתְּ *ne bibas*. אַל־יִחַדְּ *ne laetetur*, Job. 3: 6. אַל־יִחַר *ne exardeat*: אַל־תְּהִי *ne sit*, Job. 6: 29. אַל־תֵּט *ne declinas* pro תִּטֶּה. Ex *Kal*.

Ex *Niphh*. אַל־יֵרָא *ne videatur*, pro יֵרָאֶה Exod. 34: 3.

Ex *Pihh*. אַל־תְּעַר *ne evacues*, Ps. 141: 8. tanquam a תְּעָרֶה: & אַל־תְּגַל *ne reveles*, Prov. 25: 9.

Ex *Hiphh*. אַל־תֶּרֶף *ne relaxes*, Ps. 138: 8. Prov. 4: 13.

Ex *Hitpahh*. אַל־תִּשְׁתָּע *ne circumspectes*, Esaj. 41: 10. a תִּשְׁתָּעֶה, nisi quod *Kametz* commodius redeat in *Patach*. Contra אַל־תִּתְאָו, etiam extra *Pausam* pro תִּתְאַו, ex תִּתְאַוֶּה Prov. 23: 3. ob *Waw*, diductiore labello pronunciandum.

Ex aliis formis notabile אַל־תּוֹסְףְּ *ne addas*, Prov. 30: 6. pro תּוֹסֶף ex תּוֹסִיף. Ibi cum *retracto accentu* absorptum simul *Segol*: quod in *verbis quiesc. prima Jod* satis commode factitatum. Ita תּוֹרְדְּ pro תּוֹרֶד, ex תּוֹרִיד, Genius Linguae permisit, &c. &c.

Ex *quiesc. med. Waw* est אַל־תָּשֹׁב *ne redeas*, in *Kal*: & אַל־תָּשֵׁב *ne redire facias*, in *Hiphh*. ad quam rationem etiam a *desc. med.* existit אַל־יָסֹב *ne circumeat*; & אַל־יָסֵב *ne circumducat* &c.

CXLIX. *Figuratum* per *retractionem accentus*

quo-

quoque *Futurum*, quin & *imperativum*, amarunt *Hebræi* in *mandatis*, *votis*, aliisque circumstantiis, aliquid animosum, calidum, forte, & grave, ferentibus.

II. Paucula pro specimine. E *perfectis* תעזב *dereliquatur*, pro תעזב, *Fut. Niph. Job* 18: 5. בל־ישקר *non deficiet*, *Prov.* 19: 23. Ex *quiesc.* 1. *Jod.* אלך *ibo*, *Cant.* 4: 6. &c. Ex *quiescent. med. Waw* יקם *stabit*, *Job.* 22: 28. Ex *quiesc. med. Jod.* ישת *ponet.* pro ישית vel ישת a שים *Ps.* 18: 12. & יגל *exultabit*, *Ps.* 21: 2.

Ex *quiesc. tert. He* ירא *videat*, *Thren.* 3: 50. ירב *multiplicetur*: *Gen.* 1: 22. ירד *dominabitur*, *Ps.* 72: 8. יהי *sit*, *Gen.* 1: 3. & cum *asseveratione*, pro *erit sane*, *aderit*, *Jobi.* 20: 23. יחי *vivat*, &, *vivet sane.* Hinc solemne illud יחי המלך *vivat Rex*, 2 *Sam.* 16: 16. in *Pausa* יחי, & יחי; ad quam *formam* solitarium illud תשי pro תשי *oblivisceris*, *Deut.* 32: 8. reducitur a Cl. *Alt.* quasi Radix esset שית. Cl. *Cocc.* a נשה derivat, cujus תשה cum *Jod paragog.* dederit תשי; pro quo תשי omisso *Dagesh*, & mutata vocali, exierit. Commodius procederet derivatio ista, si a תשה primo per *Apocopen* teneres תש, vel תש; unde cum *Jod parag.* תשי; & mox ob *Pausam* תשי. Sed ne hæc quidem satis tuta statio.

Ex *Niph.* ימח *deleatur*, pro ימח, a ימחה, *Ps.* 109: 13. תגל *retegetur*, *Esaj.* 47: 3. pro תגלה. &c.

Ex *Pihh.* יְקַו *expectet*, pro יְקַוֶּה *Job.* 3: 9. יְרַד *subigit*, pro יְרַדֶּה *Jud.* 5: 13. &c.

Ex *Hiphh.* יַרְדְּ *facit subigere*, pro יַרְדֶּה, *Esaj.* 41: 2. יַפְתְּ pro יַפְתֶּה *faciat pellici*, *Gen.* 9: 27. יַךְ *percutiet*, pro יַכֶּה, *Hos.* 14: 6. Dubium, אַט *extendo*, pro אַטֶּה, *Hos.* 11: 4. nam magis ibi quadrare videtur *leniter*, *clementer*, ab אטט. Indubitatum וְלֹא אַט & *non declinabam*, cum *Kametz* ob *Pausam*, *Job.* 23: 11.

Ex *Hithpahh.* יִתְעַל pro יִתְעַלֶּה *effert sese*, *Jer.* 51: 3. יִתְאָו *concupiscet*, pro יִתְאַו, ex יִתְאַוֶּה *Ps.* 45: 12. ob rationem aliquoties factam.

Crebra quoque *configuratio* hæc in *Imperativis* signanter prolatis. Ita הִשָּׁמֵר, pro הִשָּׁמֵר, *custoditor*, i. e. *cave*, passim. Sic ergo, הִגָּל pro הִגָּלֵה *revelator.* גַּל, pro גַּלֵּה *revela.* הֶגֶל pro הַגְלֵה *deporta in exilium.* הִתְגַּל pro הִתְגַּלֵּה *revela temet.*

Exempla ex *Pihh.* חַל *tere*, *obtunde precando*, 1 *Reg.* 13: 6. הַס *sile*, in *Pausa* הָס, *Amos.* 6: 10. &c. At מַן pro מַנֵּה, *para*, positum, non satis liquet. Ex *Hithpah.* הִתְחַל *fac te attritum*, i. e. *ægrotum*, in *Pausa* הִתְחָל 2 *Sam.* 13: 5.

Ex *Hiph.* הַעַל *fac adscendere*, pro הַעֲלֵה. *Exod* 8: 1. הֶרֶף *relaxa*, *Ps.* 37: 8 pro הַרְפֵּה, ad normam *Fut.* quod dat יֶרֶף pro יַרְפֶּה. Sic הֶרֶב pro הַרְבֵּה *multiplica.* Hæc etiam הֶרֶף & הַרְבְּ enunciata, credibile. Desino in הַט *inclina*, *Ps.* 119: 36. & 144: 5. הַךְ *percute*, *Zach.* 13: 7. &c. &c.

ב. *Imperativis Epenthetica & Paragogica* quoque forma addita.

1. Per

1. Per *Nun*; ut שְׁמָעֶנָּה *audi illud*, ex שְׁמָעֶהָ, *Job.* 5: 27. קְרָאֶנָּה *lege illud*, *Jer.* 36: 15. תְּנֶנָּה *da eum*, 1 *Sam.* 21: 10. a תֵּן, & נָתַן: ut קָחֶנָּה *cape illud*, a קַח, & לָקַח: & קָחֶנּוּ, pro קָחֶנְהוּ *cape eum*, 1 *Sam.* 16: 11. Obſcuriuſcúlum eſt קָבְנוֹ *Execrare eum*, *Num.* 23: 13. pro קָבֶנּוֹ a קָבַב, cenſet, *Cocc.* pro קָבְנוֹ vel קָבְּנוֹ *Alt.* Nempe a קֹב productum קָבֶן unde קָבְּנוֹ ſatis commode, & mox *Dagesh* omiſſo, קָבְנוֹ.

2. Cum *He paragog.* multa jam dedimus ad *Reg.* CXLIII. Infra adhuc recurrent formæ פָּקְדָה, & פָּקָדָה, *Pauſam* fere occupantes.

SECTIO X.

De *Proſtheſi*, *Epentheſi*, & *Paragoge*

CL. Conſtitutum jam *Corpus Grammaticæ*. Quicquid deinceps tradetur *circumſtantias* quaſdam leviores ſpectat, vel & *varietates*, non difficulter ex *fundamentis* a nobis jactis expediendas.

Ne interim opera noſtra hic ceſſaſſe videatur, curſum proſequar; contractiore tamen velo, ut ne, dum portum fere tangimus, æſtus *Criticus* nos in altum reſorbeat.

Incipio a *Proſtheſi*, & *Epentheſi*, quam vocant principes in arte noſtra viri. *Proſtheticas* nuncupant *literas* quaſdam extra ordinem *principio* accedentes. *Epentheticas*, quæ in mediam vocem inſeruntur.

א. Quod ad *Prosthesin.*

I. *Aleph* a multis citra necessitatem additum creditur in הָאזִקִּים *catenæ*, quod resolvitur in אֲזִקִּים *Jer.* 40: 1. 4. idemque non *significatione* tantum, sed & *forma*, statuitur cum זִקִּים. Cl. *Alting.* quia in medio stat, ad *Epenthesin* ea exempla reducere maluit. Audaciores vitium pronunciant properantis calami. Qui mitissime, *Matrem lectionis.* Omnia gratis. אֲזִקִּים est *legitima forma* ab אֱזֶק pro אֲזִקֵק, a *rad.* זָקַק; cujus alterum derivatam זֵק ex alia forma, præbet זִקִּים. Par ratio fere in אֲתָרִים *exploratores*, *Num.* 21: 1. pro תָּרִים ajunt: imo vero pro אֲתוּרִים, a veteri forma אָתוּר *circitor.*

II. *Beth Prostheticum* nonnulli imaginantur in בַּעֲבוּר *propter*; בִּגְלַל item *propter.* Imperitissime sane: quum vis præfixi ultro se oculis ingerat. Vide *pag.* 238.

III. Non valde coctum quoque, quod *Lamedh Prostheticum* concipiatur in לְבַד *solitarie*; לְאֹם *sensim*, לְשָׂרִים *principes*, *Jes.* 32: 1. לְאֹם *natio*, pro אֹם. Ita Cl. *Hill.* p. 509. Tria priora *præfixo* aucta. Posterius *Lamedh Radicale* habet: a deperdito לָאַם *conglutinatus fuit*: לְאֹם *fœderatio. Natio fœderata*, vel *conspirata factio.* Ejus plurale לְאֻמִּים non arguit *Radicem* אָמַם; unde אֻמִּים sunt *nationes ab una matre oriundæ*; sed speciem *Pihel*, cum ejusdem auctiore potestate: ut אֲדַמְדַּם *valde rufi* &c.

IV. Alienum plane, quod *Schin Prostheticum* vocent multi Characterem illum, qui in שַׁלְהֶבֶת conspicuus: nisi simul *Nun* in *Niphh.* & *He* in *Hiph.* eodem nomine adfici velint. Cl. *Hill.* שַׁעֲרוּרָה *res fœda*, simili *Schin* mactatum censet: quin & שׁוֹעֲרִים

שׁוֹעֲרִים *fœdati*, *Jer.* 29: 17. quod a עָרַע *nudare*, derivatum ivit. Nil contortius. Est haud dubie forma *Pihlel* a שָׁעַר, de quo in *Originibus*.

ב. Ad *Epenthesin* paucula.

I. *Aleph* in צַוָּאר *collum*, efficit *formam* auctiorem, quam quæ in ejus gemello צַוָּר cernitur. Nempe *species* extitit *verbi*, quæ *Aleph* insertabat, ut הַשְׂמְאִיל *levam petiit*, & שְׂמֹאל *læva*, a שָׂמַל *involvit*. Ejusdem naturæ, נְכֹאת, pro נְכֹת *Styrax*, a נָכַת *pupugit*. &c. In רָאֲמָה *Zach.* 14: 10. est *Aleph Radicale*; restituendumque *Thema* רָאַם *consolidari* &c. unde & derivatum רָאמוֹת *Job.* 28: 18. In אֶמְאָסְאָךְ *sperno te*, *Hos.* 4: 6. *Aleph* repræsentat *He Paragogicum*.

Alia aliam habent legem, & rationem. Cuncta executere, longum foret. Desiderat Lingua Hebræa *Librum de Analogia*, in quo quicquid horum libere, & liberaliter, examinari queat.

II. *Daleth* gratis *Epentheticum* statuitur a quibusdam, in עִמָּדִי *mecum*, pro עִמִּי. Rectius jam alii *particulam* illam a עָמַד *stetit*, deducendam esse docuerunt.

III. *He* ante *aff.* ם & ן insertum, pro כֻּלָּם dedit כֻּלָּהֶם *universitas eorum*, 2 *Sam.* 23: 6. Quid mirum, quum *Origo* sit הֵם, quod & הֵמָּה olim pronunciatum, scriptio hæcce arguit. Sic כֻּלָּהֶן pro כֻּלָּן *universitas earum*, & productiore adhuc forma, כֻּלָּהֵנָּה, per *He Paragog.* 1 *Reg.* 7: 37. תוֹכְהֵנָה *medium earum*, *Esech.* 16: 53.

IV. *Jod mobile* magnopere conturbat *Grammaticos* in solitario לִדְרְיוֹשׁ *ad inquirendum*, *Esr.* 10: 16. Pro לִדְרוֹשׁ id positum ajunt. *Spinosa* p. 63. *monstro simile* dicit, *de quo nihil statuere au-*

audeat. Sic & alii *fœdum vitium* pronunciant; *Epentheseos* figmentum ridentes. Est haud dubie *species Emphatica* verbi דָּרַשׁ *quæsivit*, proprie *trivit*, inflexi in דַּרְיֵשׁ, vel דַּרְאֵשׁ: cujus *infinitivus* præbet דַּרְאוֹשׁ, & דַּרְיוֹשׁ, quod est *accuratissime ventilare*, *triturando quasi*, *& excutiendo omnia.*

Jod quiescens insertum creditur, *Ps.* 19: 14. in אֵיתָם pro אֵתָּם in *fut. Niph.* a תָּמַם, *perfectus ero.* Aperte *mendosum* textum pronuncians *Episc. Cicestr.* legit אֶהְיֶה תָם *ero perfectus.* Cl. *Cler.* prudentius respicit *Rad.* יָתַם. Eam & ego tenuerim, ut sit, *ero infans*, vel *pupillus.* Grandis figura; de qua alibi latius. In הֲמִיתִיו *occidi eum*, 1 *Sam.* 17: 35. pro הֲמִתִּיו, conservatus *Character* vetustatis. הֻרִים *ablatum est*, *Dan.* 8: 11. repræsentat priscum הֻרִים. Item מֵאיוֹת *plur.* a מֵאָה *centum*; tenuit *Jod radicale.* Tactum p. 222. *Radicale* quoque *Jod* in הַכֵּינִי *percute me*; תְּחַיֵּינִי *vivificabis me*, similibusque. De הַשְׁמֵיד *exterminare*, *Amos.* 9: 8. &c. aliquid jam submonui p. 301. sub finem. Eadem ratio scribendi in סְבִיב *circumdans*, 2 *Reg.* 8: 21. שְׁלֵיו *liquide tranquillus.* In מֵיאִתִּי *Esaj* 44: 23. ubi *Masora* substituit מֵאִתִּי *a memet*, forte profundius quid; de quo alias. In מְלֵאתִים vetus scriptio; quam & *Chald.* ac *Syri* sub אֲנָתִין vel אֲנָתִין reservant.

V. *Nun* liquido satis jure gaudet. Si tamen ad ea, quæ jam *Reg.* CXLVI. præstruximus, rite attendatur, non tam *Epentheticum*, quam *Paragogicum* esse reperietur, quamvis per accidens *mediam* sæpe *vocem* occupet.

Ejus accessus ad *verba* supra expositus. Hic tangimus reliquas *formationes* inde ductas

I.

1. In *Infinit.* optima Exemplaria exhibent יַסֶּרְךָ, pro יַסֶּרְנְךָ *castigare tui*, *Deut.* 4: 36. קַלֶּלְךָ *maledicere tui*, *Cap.* 23: 5. צַדְּקֶךָ *justificare tui*, *Job.* 33: 32. יֶחֱמַנָּה *incalescere ejus* gregis; *Gen.* 30: 41. Cl. *Buxt.* p. 500. ex *Kimch.* aliam Analysin adfert, quasi esset יֶחֱמַן pro יֶחֱמֶן *incalescere earum*, cum *He paragog.* Prius verius.

2. Ex *Participio* habemus עֹנֶךָּ *respondens tibi*, *Job.* 5: 1. מְיַסְּרֶךָּ *castigans tui*, *Deut.* 8: 5.

3. Crebra hæc *figura* in *Particulis* quibusdam cum *Emphasi* enunciari solitis; אַיֵּה *ubi*, הִנֵּה *ecce*, עוֹד *adhuc*; אַיִן *non est*. Sic dicitur אַיֶּכָּה *Gen.* 3: 9. pro אַיֶּנְךָ, quod simplicius erat אַיֶּךָ. Item הִנֶּךָ *ecce te*, pro הִנְּךָ: & הִנֶּנּוּ *ecce nos*, *Num.* 14: 40. pro הִנְּנוּ &c. עוֹדֶנּוּ *adhuc ipse*, pro עוֹדֶנְהוּ: & עוֹדֶנָּה *adhuc ipsa*. אֵינֶנִּי *non sum ego*, *vacuitas mei*. אֵינֶנּוּ *vacuitas illius*. אֵינֶנָּה f. *Zach.* 8: 10. &c. Etiam יֶשְׁנוֹ formatum, credibile, nam יֵשׁ *est*, *soliditas*, recipit *adfixionem*, datque יֶשְׁךָ, יֶשְׁכֶם. Brevius elatum יֶשְׁנוֹ *est illud*, *soliditas illius*, 1 *Sam.* 14: 39. & *Est.* 3: 8. *est ille*.

De קָבְנוֹ *maledic ei*, actum supra, sub *Reg.* CLIX. שִׁבְעָנָה *septem*, *Job.* 42: 13. non videtur esse שִׁבְעָה cum *Nun Epenthet.* sed forma antiqua שִׁבְעָן *numerus septenarius*, cui *He paragogicum* annexum. Sic *Anomalia* & in hac voce caruerimus. Nulla quoque *Epenthesis* in מִמֶּנִּי *ex me*. מִמֶּנּוּ *ex nobis*. מִמְּךָ *ex te*. מִמֶּנּוּ *ex illo*. מִמֶּנָּה *ex illa*. Nempe origo est מִן vel מֶן; unde מֶנְהוּ *ab illo*, *Job.* 4: 12. Item מֶנִּי *a me*. מֶנּוּ *a nobis*: &

per *reduplicationem* מְנַמְּנִי; quod in מִמֶּנִּי conſedit leniſſime.

CLI. *Paragogicæ* dicuntur *ſex literæ* ad *finem* adjectæ, אהוינת. Ad *elegantiam*, vel *incertam* ob *cauſam*, eas annecti, traditur.

Luſtrabo ſingulas; ut quid de iis ſtatuendum ſit, ſponte pateſcat.

א. I. *Aleph* terminatis in ו & י ſubnectitur aliquando. הָלְכוּא *iverunt*, *Joſ.* 10: 24. אָבוּא *voluerunt*, *Eſaj.* 28: 12. יִנָּשׂוּא *portabuntur*, *Jer.* 10: 5. Eſt ſcriptio vetus; quam *Arabes* conſtanter ſervant in *adformantibus* hiſce *Aſyllabis Præt. Fut.* & *Imperat.* ad indicium *Syllabæ* longiuſculè trahendæ. Sic הוּא *ipſe*, pro הוּ ab הָוָה ultima *Waw*: ut יְהוּא *erit*, *Eccl.* 11: 13. pro יְהוּ ex יִהְוֶה; ad normam יְהִי pro יִהְיֶה. Iterum לוּא *utinam*, pro לוּ: & פוֹא *hic loci*: אֵיפוֹא *ubi loci*? Ex *ſcriptione* quoque *veteri* הָא exaratum pro הָ *adſ. fœm.* *Ezech.* 41: 15. prout *Arabes* ـهَا ſcriptitant.

In נָקִיא *inſons*, alia paulo res. *Aleph* ibi pro *Jod* ponitur; nam plena *forma* eſt נָקִיי. Sic ſumendum תַּמְרִיא *incitat ſe*, *Job.* 39: 21. pro תַּמְרִיי, forma *perfecta* in *Hiphh.* a מָרָה *ſtrinxit* ſentiens.

ה. II. *He paragogicum* eſt *duplex*; alterum *ornatui* inſerviens, & *terminatis* in *Kametz*, vel *Kibbutz*, pro *Schurek*, accedens, ſine incremento ſignificationis: alterum *formam* ſimul, & *poteſtatem*, augens.

A. Prius illud cernere eſt,

1. In אַתָּה pro אַתְּ, *tu*: unde paſſim פָּקַדְתָּה, pro פָּקַדְתָּ: ut נָתַתָּה *dediſti*. שַׁתָּה *poſuiſti*, *Pſ.* 8: 7. &c. Item יָדְכָה

ma-

manus tua, pro יָדְךָ *Exod.* 13: 16. הִנְּכָה pro הִכְּךָ 2 *Reg.* 7: 2. לְכָה *tibi*, pro לְךָ &c. אֵיכָה *ubi tu*; *Gen.* 3: 9. Huc redit quoque illud *He*, quod *adfixo* ךָ adhærescit in forma יִפְקְדֶנָּה *inspiciet eam*: עוֹדֶנָּה *adhuc illa*, pro עוֹדֶנָּה: & recte statuisse videntur peritissimi *Grammatici*, omne *Kametz finale* tali *He* augeri potuisse.

2. In עָלָה pro עָל *adscenderant*, 2 *Reg.* 24: 10. וְהָיָה *Jos.* 15: 4. *&* *erunt*. Plura attigi p. 280. De his tamen curatius adhuc cogitandum.

B. Posterius, quod latissimam dictionem tenet, pleramque per *Kametz* venit, sæpe etiam per *Segol*. Rarius est *Tzeri*: unde הִנֵּה *ecce*, & אַיֵּה *ubi*, forma *Milraa*: at *Milhel* in מַלְאָכֵכָה *nuntius tui*, pro מַלְאָכְךָ, *Nah.* 2: 14. In אָכְלָה *comedere*, 1 *Sam.* 1: 9. est *Cholem*: nisi forte *adfixum* sit.

Subtilitas *Linguæ*, quæ hinc subnascitur, *Syntacticis institutionibus* deputatur. Quæ prima Elementa tangunt, paucis perstringam.

Triplicem videtur exeruisse potestatem, *motus ad* locum; *quietis in* loco: & *superlationis* varie applicitæ.

Classes quasdam distinctius enotasse e re fuerit.

I. In *Nominibus*, ubi *accentum* semper relinquit *Milhel*; efficit.

1. *Granditatem*, & *dignitatem*, quandam: ut חַרְסָה, pro חֶרֶס *Sol*. לַיְלָה *nox*, *Job*. 3: 2. pro לַיִל &c. Huc revocandus usus ille *superlativus*, quem p. 183. vidimus. Sic קְפָדָה *exitium grave*, *Esech*. 7: 25. עֵפָתָה *vertigo gravissima*, *Job*. 10: 22. &c.

2. *Motum ad*, ut בַּיְתָה *domum versus*. הַשָּׁמַיְמָה *cœlum versus*. יָמִימָה *in dies*. פְּנִימָה *facies versus* i. e. *introrsum*, a פָּנִים non *singulari* utique, sed *plurali*; &c.

3. *Quietem in* loco: ut בַּיְתָה *in domo*, *Ps.* 68: 7. לַיְלָה *in nocte.* עַתָּה *nunc*: proprie, *in tempore hoc.* שָׁמָּה *ibidem.*

II. *Pronominibus* item magnam addit gratiam, & dignitatem.

1. *Separatis*: ut אַתֵּנָה *vosmet.* הֵמָּה *illi.* הֵנָּה *illa.* אֵלֶּה *isti & istæ.*

2. *Adfixis*: ut לָכֵנָה *vobis.* זִמַּתְכֵנָה *scelus vestrum.* גְּוִיֹּתֵיהֵנָה *corpora earum*, *Esech.* 1: 11. קִרְבֶּנָה *venter earum*, *Gen.* 41: 21. pro קִרְבְּהֵנָה contracte. Alias קִרְבָּנָה fuisset; ut לְדְתֵּנָה *parere earum*, *Job.* 39: 2. אוֹתָנָה *eas.* בֹּאֲנָה *venire earum.* כֻּלָּנָה *universitas earum.* לְבַדְּנָה *ad solitudinem earum. Solæ illæ. Gen.* 21: 29.

Notabile inprimis אֹתְכָה *Te*: *Exod.* 29: 35. ab אֹתְךָ in *Pausa* אֹתָךְ: nec non אֵלֵיתַמָּה retento *Dagesh*; pro אֵלֵיהֶמָה, *superliminaria eorum*, *Esech.* 40: 16.

III. *Particulis* aliis, ut אָנָה וָאָנָה, *huc & huc*, ab אָן. Cum *Dagesh forti* prostat אָנָּה *Ps.* 139: 7. שָׁמָּה *ibi.* מַטָּה *deorsum.* מַעְלָה *sursum.* נֶגְדָה *coram*, *Ps.* 116: 15. &c. Horum *substantiva* est *Origo*, ut alibi insinuatum.

IV. *Infinitivis* peculiaris locus debetur, ad revincendum errorem, quo *terminatio fœminina*, & *Paragogica*, in hisce a plerisque confusa fuit. Nempe מָשְׁחָה *ungere.* רָחְצָה *lavare.* דָּבְקָה *adhærere.* חֶמְלָה *parcere.* חִמְצָה *fermentare.* רִבְעָה *concumbere.* יִרְאָה *timere.* שַׁחֲטָה *jugulare.* דַּאֲבָה *dolere* &c. minus recte habentur pro *infinitivis Paragoge* auctis, quum sint *terminationes fœmininæ*, quæ vocem *Milra* constituant: ut jam monere cœpi p. 287. Confirmatur ex eo, quod *He* istud etiam in ת abire queat. Sic בְּקָרְבָתָם *in appropinquare eorum*, *Exod.*

40: 32. quod *mascul.* flexione בְּקָרְבָם: & *Jes.* 30: 19. כְּשָׁמְעָתוֹ *secundum audire ejus*, &c. &c.

Vera *forma Paragogica infinitivorum* est פְּקֻדָּה & פְּקֹדָה, ut שְׁאָלָה *postulare*, *Jes.* 7: 11. קְפָדָה *interire penitus*, *Esech.* 7: 25. Talia sunt, quæ tanquam *Anomala* vexantur, רָגְזָה *tremiscere*. פְּשֹׁטָה *exspoliare* &c. *Jes.* 32: 11. Adde רְאוֹה *spectare*, *Esech.* 28: 17. supra p. 386. tactum.

V. Quod jam porro adtinet ad *Paragogen Verborum* hinc ductam, in *Præt. Fut.* & *Imperativis*; de ea luculenter actum supra sub *Reg.* CXLVI. & sequentibus.

Quantum vel *decoris*, vel *ponderis*, hinc iis adjectum fuerit, in *Syntaxi* enucleatius demonstrandum.

ג. III *Waw Paragogicum* per *Cholem*, vel *Kameiz*, nihil aliud in *Origine* esse videtur, quam *Adfixum* ad *normam Sing.* vel *Plur.* accedens, per *Pleonasmum*. Manifestum exemplum in בְּנוֹ בְעֹר *filius ejus Beboris*. Nempe *Pleonasmus adfixi* in *Dialecto Syriaca* solemnis. Sic חַיְתוֹ־אֶרֶץ pro חַיַּת est, *bestia sibi terræ*: *Gen.* 1: 24. &c.

Consimiliter יַחְדָּיו & יַחְדָּו *una*, *simul*: proprie est, *unitatibus sibi*, *Gen.* 13: 6. *Ps.* 4: 9. Est *duale*, vel *plurale*, a יַחַד *unitas*. Reliqua *Syntaxi* mandata sunto.

ד. IV. *Jod Paragogicum* per *Chirek*, vel *Patach*, ad *adfixi* quoque *vim* & *Originem* revocandum; ita tamen ut non in *Genitivo*, sed in *Dativo*, reddendum veniat. Accedit

1. *Nominibus*; עַל דִּבְרָתִי *ad ordinem mihi*, *Melchizedeki*, *Ps.* 110: 4.

In his *Participia*. גְּנֻבְתִי *furto surreptum mihi*, *Gen.* 31: 39. מְלֵאֲתִי *plena mihi*, *Esaj.* 1: 21. אֹסְרִי *ligans mihi*, *Gen.* 49: 11. הַיּוֹשְׁבִי *sedens mihi*, *Ps.* 123: 1. &c. Item *Infinitivi*: ut לְהוֹשִׁיבִי *ad facere sedendum mihi* &c. Ad *normam Plural.* habes

יָדַי *manuum mihi*, *Ezech.* 13: 18. שָׂרַי *principes mihi*, *Jud.* 5: 15, Vide ad *Reg.* 167.

2. *Particulis:* ut מִנִּי *a mihi*; cum granditate. בִּלְתִּי *nisi*, *præter*; *absque: non.* Proprie, *resectione mihi*. Res exemplis deducenda in *Syntaxi.* זוּלָתִי *præter*; proprie, *discessione mihi* &c. Hæc ad *normam Singul.* Ad *Plural.* אַחֲרַי *postea mihi*, *Prov.* 28: 23. Sic בִּלְעָדַי *præter mihi.* מָתַי *quando mihi.* אֲזַי *tunc mihi* &c. &c. Hæc alibi enucleanda.

3. *Verbis* quoque annexum creditur in תָּזְנִי־שָׁם *scortata est ibi*, pro תִּזֶן; *Jer.* 3: 6. & תֶּמְחִי *deleas*, pro תֶּמַח: *Jer.* 18: 23. Forte istud *Jod Radicale* potius, a *Radicibus* זָנָי, & מָחָי *Adfixa* tamen per *pleonasmum verbis* quoque addita, non negamus. Redi ad *Reg.* CXXXVII

ה. V. Speciosissima est *Paragoge*, quam efficit *Nun*, *adform. asyllabis* ו & י adjectum mediis *Mibra*, etiam iis, quæ alias *Milbel.* Sic יְקוּמוּן *resurgent*, pro יְקוּמוּ, 2 *Sam.* 22: 39. יְשׁוּבוּן *revertentur*, pro יְשׁוּבוּ. Plura reperies sub *Reg.* CXLVI. &c. Ibidem quoque ostendimus, ad hocce *Nun* revocandum videri alterum illud, quod *Epentheticum* dici solet.

Isti sententiæ patrocinatur, præter ea quæ diximus, *forma Infinitivorum* per *Nun* adaucta: ut אָבְדָן *interitus.* *Est.* 8: 6. בִּנְיָן *ædificatio.* תִּתֵּן *dare*, pro תֵּת, ex תְּנֵת, 1 *Reg.* 6: 29 & 17: 14. חָרוֹן *æstuare*, pro חָרוֹ &c.

Hæc, & alia, alibi fusius discutienda; & secundum *Analogiam Ling. Orient.* constituenda.

ו. VI. *Thau Paragogicum*, quod vulgo vocant, absque ullo dubio est *terminatio altera fœminina* in ת vel ־ֶת, cum suis *contractionibus*, *Reg.* LXX. indicatis. Ita מְצֹאת pro מְצֹאת,

vel

vel & מְצֹאת: nec non גְּלוֹת pro גָּלוּת vel גְּלוֹת. Talia sunt שְׁכֹבֶת *concubitus*. קְטֹרֶת *suffitio*. יְבֹשֶׁת *arescere*. יְכֹלֶת *posse*. צְדָקָה *justificare*. בַּצֹּרֶת *siccitas*. &c. &c. Qui vel a limine sacra nostra salutarunt, mirabuntur in re planissima adhaesum: si enim quicquam, certe *fœminina terminatio* in omnibus illis formis ultro se oculis ingerit. Eam *Infinitivis*, utpote *nominibus*, addi potuisse, Linguarum Orientalium *Analogia*, & *Harmonia*, luce meridiana clarius, evincit.

CLII. *Paragogen* quoque facere dicuntur *Syllabæ* דֵי, מוֹ, פִּי cum *præfixis* בלב & מ: ac si מִדֵּי simpliciter valeret *ex*; בְּדֵי *in*; כְּדֵי *sicut*. כְּפִי *sicut*; לְפִי *ad*: בְּמוֹ *in*: כְּמוֹ *sicut*: לְמוֹ *ad*. Sed jam observatum a Viris Doctissimis, דֵי a דַּי, notare *sufficientiam*, *abundantiam*, in *Regimine*, secundum *Reg.* LXXXV. פִּי esse constructum פֶּה *os*: *Reg.* LXXVIII.

✠. Voculas דֵי & פִּי magna luce perfudit Cl. *Cocc.* in *Lex.* atque formulas loquendi elegantissimas, inde ductas, dextre explicuit. Ad מוֹ nihil contulit. Cl. *Gusset.* vocat *particulam expletivam*. Hoc parum juvat. *Origo* ejus petenda videtur ex veteri מַי *aqua*, in *constr.* מוֹ. Hoc pro *diluto*, vel & *obscuro*, *colore*, usurpant *Arabes*. Inde בְּמוֹ *secundam speciem*: *sicut*; & alia, alibi explananda.

SE-

SECTIO XI.

De *Accentuum* generali ratione, & usu.

CLIII. **A**ccentus *tonicus*, qui apud *Hebræos* semper vel *ultimam*, vel *penultimam*, adficit, partim *propriam*, partim *impropriam*, stationem tenet: unde bipertita classis *vocum Milhel* sive *penacutarum*; & *Milra*, sive *Acutarum*.

CLIV. Voces *proprie Milhel* vocamus, quibus ipsa forma *accentum* in *penultima* attribuit.

א. Tales sunt.
I. Nomina *Segolata*, *Reg.* LXXXVI.
II. *Quasi Segolata*, פַּיִר & פּוּר. *Reg.* LXXXVII.

III. *Dualia*, & *pluralia*, in ים &c. *Reg.* LXXI.

IV. Quæ *adf.* ךָ per ... ad normam *plural.* recepere. *Reg.* XCV.

V. Quæ *adfixa Syllabica levia*, per *Vocalem* aut *Nun Epenthet.* accepere: ut & per *Scheva quiescens* in 3. *fœm. præt.*

VI. Verba *adformantibus Syllabicis* aucta: exceptis תֶּם & תֶּן.

VII. In *Hiphh.* etiam *asyllabæ* faciunt *Milhel*: tum in *perfectis*; tum in *deficient.* & *quiescent.* *media.*

VIII. *He Paragog.* in *nominibus* semper, in *particulis* plerumque, accentum in *penultima* relinquit.

IX. In *præteritis* quoque verborum semper: in *imperativis* & *futuris* sæpe.

X. *Milhel* denique sunt vocabula quædam in הוּ & חוּ desinantia per *contractionem* e *quiete*: ut תֹּהוּ וָבֹהוּ pro תֹּהֶוּ וָבֹהֶוּ: ut *Origo* horum sit *Segolata*.

Item

Item שָׂחוּ *natatio:* & אָחוּ *ulva*, proprie *vinctio.* De harum forma alibi. יְשַׁעְיָהוּ *Esajas* &c. &c.

CLV. Voces *proprie Milra* dicuntur, quas ipsa forma constituit acutas.

א. Tales sunt

I. *Nomina singularia*; quæ exeunt in *radicalem Schevate quiescente* notandam, exceptis *Segolatis.*

II. *Singularia* quoque in *servilem* האמנתי exeuntia, exceptis iterum *segolatis fœmininis* per ת &c.

III Eædem *terminationes fœmininæ*, si in *contractionem iverint* per ית, וּת, וֹת, aliasque formas &c.

IV. *Pluralia* in ים & וֹת.

V. *Adfixis gravibus* aucta vocabula.

VI. *Verba* in *radicalem* finita, sive *mobilis* sit ea, sive *quiescens.*

VII. *Verba adformantibus* & *adfixis gravibus* adaucta.

VIII. *Verba* quibus *asyllabæ adform.* additæ: si tamen a *defectivis* & *quiesc. media* discesseris.

IX. *Futura* & *Imperat.* quibus *He* & *Nun Paragog.* accessere; ad legem graviorem, cui etiam *defect.* ac *quiesc. med.* parêre coguntur.

CLVI. *Voces improprie Milhel*, sunt, quibus *retractio accentus* contigit ex *Regulis* CXLVI. & sequentibus: ut *improprie Milra* fiunt aliæ, ex *Reg.* CXLV.

CLVII. *Improprie* præterea dictæ *Milhel*, oriuntur nonnunquam, partim ob nimiam *vicinitatem accentus* in sequenti vocula: partim ob *Pausam.*

Mmm Prior

Prior ille casus ad nostram hancce curam non pertinet. Posterior a nobis breviter expediendus.

✠. Ad *decentiam*, & *gravitatem*, *Lectionis*, in *Synagogis* introductum, ut *Accentus Pausantes* cum *mora*, quam faciebant, in *Syllabas*, & *Vocales*, quasdam influerent. Quid in *Vocalibus* effecerint, sub *Reg.* CLX. distinctius tradetur. Circa *Syllabæ* vel *restitutionem*, vel *constitutionem*, quam Cl. *Alting.* hic tractavit, teneatur, minus dignum, & decorum, visum, & est sane, ut *fines periodorum* raptim pronunciarentur. *Oratoria ars* ergo sibi hic *viam* invenit; atque multas *voces* ibi resonari voluit cum *accentu* ad *penultimam*, quum *proprie ultimam* occuparet.

Nihil hic factum temere: nihil non summa cum prudentia; ad normam interiorem *Linguæ* huc invitantis, atque adeo sponte pertrahentis.

Rem Viris Doctissimis parum introspectam forte, paucis eruamus.

I. Qui aliquid in *Oratoria* pollet, facile concedet, *Periodo* claudendæ minus aptas esse *formas acutas Verborum*, in *Asyllabam* exeuntium. יִפְקְדוּ, פָּקְדוּ, פָּקְדָה &c. Restituit ergo sibi hic *Lingua*, quod habebat, & sonare jussit trifariam, pro natura cujusque verbi פָּקָדָה, פְּקָדָה, פָּקָדָה &c. item יִפְקֹדוּ pro יִפְקְדוּ, a יִפְקֹד: & יִפְקֹדוּ pro eodem, a יִפְקֹד. Similiter יֹאמֵרוּ pro יֹאמְרוּ, *dicent*, a יֹאמַר: & יֵאָמֵרוּ *dicentur*, pro יֵאָמְרוּ a יֵאָמֵר: & יְזַמֵּרוּ pro יְזַמְּרוּ *psallent*, a יְזַמֵּר, atque Ita porro per reliquas *species*: ubi si *terminale Punctum* fuerit *longum*, sub Jure reponitur: sin *breve*, pro natura sua producitur, & *Patach* sponte fit *Kametz*. Talia se infinitis in locis offerunt in *Psalmis*, & alibi passim: etiam aliquando extra *Pausam*, ob *affectum* graviorem; ut חָסָיָה נַפְשִׁי *confugit anima mea*, *Ps.* 57: 2. נָטָיוּ רַגְלָי *inclinati sunt pedes mei*, *Ps.* 73: 2. הֵתָיוּ לְאָכְלָה *adducite ad edendum*, *Jer.* 12: 9. יִשְׁלָיוּ אֹהָלִים *liquide*

tran-

tranquilla sunt tentoria, *Job.* 12: 6. Gratis hæc, Italis, 'Αναιτίως venire dicuntur.

II. Ex *Schevate* etiam ad *Vocalem* reditur in *Nominibus* פְּקִי, atque ex *Acuta voce*, fit *penacuta*, secundum cujusque *Originem*, & *indolem*. Ut & hoc penitius persentiatur, spectanda est *perfecta forma*, *Reg.* LXXXVI. quæ hæc *Segolata bisyllaba* tuisse antiquitus docuit.

Hinc ergo rite & ordine

1. Ex לְחִי *maxilla*, restituitur לֶחִי: ex כְּלִי *vas*, כֶּלִי: ex מְרִי *rebellio*, מֶרִי: ex עֲדִי *ornatus*, עֶדִי: ex קְרִי *casus fortuitus*, קֶרִי: ex שְׁבִי *captivitas*, שֶׁבִי &c. &c. Hæc omnia fuere olim *Segolata sex Punctorum*, &c.

2. A *Segolato quinque Punctorum* venit חֲצִי *medium*, pro חֵצִי, nil minus profecto quam *Anomalum* &c.

3. *Segolata quatuor Punctorum* reponunt *Cholem*: ut עֳנִי, pro עֹנִי *adflictio*: חֳלִי pro חֹלִי *excorians plaga*: יֳפִי pro יֹפִי *pulchritudo*. דֳּפִי pro דֹּפִי *ruina*. &c. &c.

4. Ex אֲנִי restituitur אָנִי. Nempe ejus *forma primigenia* habebat *Kametz* ad primam radicalem: ut & אָנֹכִי.

5. *Segol* sumunt *Futura* יְהִי *sit*, יְחִי *vivat* &c. quoniam *origo* est יִהְיֶה vel יִהְיֶה &c.

6. *Segol* quoque adhibetur cum *adf.* ךָ *singularibus* per *Schewa mobile* addito: & pro דְּבָרְךָ, *verbum tui*, fit, דְּבָרֶךָ; quia *Punctum* illud in *Plurali* quoque isti *pronomini* dicatum. Sic יְשׁוּעָתֶךָ *salus tua*. יְמִינֶךָ *dextra tua*. פָּעֳלֶךָ *opus tuum*, *Ps.* 90: 16. &c. Similiter שֹׁמְרֶךָ *custos tui*, pro שֹׁמֶרְךָ: & יִפְקְדֶךָ *inspi-*

 ciet

viet te, pro יִפְקָדְךָ; per universam illam *adfixionem*.

7. Nonnunquam ipsum *Kametz* in ךָ retrahitur. Sic לָךְ fit לְךָ *tibi*, בְּךָ *in te*, בָּךְ, *Ps.* 31: 20. אוֹתְךָ *te*, אוֹתָךְ, & אוֹתְכָה cum *Paragoge*. עִמְּךָ *tecum*, עִמָּךְ &c.

Etiam in *verbis* sat crebrum: ut הִבָּרְאָךְ *creari tui*, pro הִבָּרַאֲךָ, *Esech.* 28: 15. צִוָּךְ *præcepit tibi*, *Deut.* 6: 17. חֹנָךְ *obsidens te*, *Ps.* 53: 6. &c. Ex *Chaldaismo* hæc derivant alii. Vide *Reg.* 168.

8. *Anomala* & hic creduntur תְּהִלָּתֶיךָ *laus tua*, *Ps.* 9: 15. inserto *Jod*. Nobis est *Plurale* in וֹת exiens. שֵׁרִיתִךָ, *Jer.* 15: 11. non est pro שְׁאֵרִיתְךָ *residuum tuum*; sed *Præt. Pihh.* a שָׁרָה. Idem innuit *Masora*. חֵלְכָה, *Ps.* 10: 14 minus recte a multis detortum, quasi esset חֵילְךָ *exercitus tuus*: quum sit חֵלְכָה *calamitosus*, cum *He Parag.* a *Rad.* חֵלֶךְ. Sed de his, aliisque, alias.

CLVIII. Breviter quoque stringenda *mutatio punctorum*, quam inducit sæpe lineola *Mackaph*, *Reg.* XXIII. Ea videlicet intercedente, prioris vocabuli *ultima Syllaba*, si in *Scheva quiescens* terminetur, *Vocales longas* plerumque corripit in *oppositas breves*. Ita הַר fit הַר־ *mons*: לֵב fit לֶב־ *cor*: יִפְקֹד fit יִפְקָד־ *inspectabit*: כֹּל fit כָּל־ *universitas*: יִפְקֹד item, יִפְקָד־ *inspiciet*. Quin יָקוּם fit יָקָם־נָא *surgat-age*. Non raro tamen *Vocalis longa*

ga ante *Mackaph* retinetur, ut יָם־הַמֶּלַח *mare salis*, *Jos.* 3: 16. & *Job.* 7: 12. הֲיָם־אָנִי *an mare ego?* Nullum hisce *Methegh* appositum. Plerumque adjicitur: ut לֶב־דָּוִד *cor Davidis* &c. &c. בְּנוֹת־לוֹט *filiæ Lothi.* גִּבֹּר־צַיִד *potens venationis*, *Gen.* 10: 9.

תִּדְרֹךְ־זַיִת *calcabis olivam*, *Mich.* 6: 15. &c.

א. Nimis scrupulose a *Masorethis* sollicitatæ *Lectiones* quæ cum *Mackaph* habent *Cholem* fultum suo *Waw*; quod ipsis illegitimum visum scilicet. Talia sunt יִקְצוֹר־אָוֶן *metet vanitatem*, *Prov.* 22: 8. יִפּוֹל־שָׁם *cadet ibi*, *Vs.* 14 טְהוֹר־לֵב *purus cordis*, *Vs.* 10. Literæ sistunt יִקְצוֹר־, יִפּוֹל־, טְהוֹר־; in quibus lectionibus nihil inconcinni. Sed totum hocce genus, ut & reliqua, quæ ad genuinam vim hujus *Lineolæ copulatricis* pertinent, alium locum requirunt.

CLIX. De usu *Accentus Euphonici*, sive *Rhetorici*, *Methegh*, tantum attigimus *Reg.* XXIV. quantum *Institutiones* nostræ desiderant. Subtilior enucleatio, & *Syllabarum* libratio, inde oriunda, partim *Oratoriam Hebræorum*, partim *Prosodiam*, amplectitur.

CLX. *Pausantes* vocari solent *Accentus tonici*, qui simul vim *interstinctionis majoris* adferunt, quam *Punctum*, *Colon*, *Semicolon*, & *Comma*, vocitamus. *Punctum* efficitur per *Silluk.* Per *Atnach* & *Merca Machpachatum* fere *Colon.* Utrumque *Sakeph*, ut & *Rebia*, atque alii nonnulli, par-

tim *Semicolon*, partim *Comma*, conficiunt.

Horum *tres* priores plerumque; reliqui rarius, aliquid mutationis in *punctatura* inducunt.

א. Ita vulgo res traditur; nec repugno, si modo rite intelligatur. Nempe, *Accentus* non mutat *Punctationem*, sed in *Pausa*, præsertim *majore*, qualis ad *finitam*, vel *colo insectam*, *periodum*, existit, mora ipsa aliquid decenter mutavit, & novavit, ad *interspirationem* simul, simul *gratam varietatem*.

Hinc I. in vocibus *Milra* id suggestum, quod sub *Reg.* CLVII. sub conspectu datum: ut pro *S'hevate* reponeretur *Vocalis*, & פָּקְדוּ fieret פָּקָדוּ, פְּקָדוּ, פָּקָדוּ &c. itemque pro מְרִי rebellio מֶרִי &c. Pro עַבְדְּךָ *servus tuus*, עַבְדֶּךָ &c.

II. Hinc quoque factum, ut *ultimum Patach* in iisdem *Milra* sæpe sit productum. Sic pro פָּקַד sponte natum פָּקָד: & נִפְקַד in נִפְקָד protractum &c. ut יָשָׁב *sedit*: עָמָד *stetit*, *Ps.* 1: 1. &c. Similiter יִשְׁמַע *audiet*, in יִשְׁמָע suo jure transit: at in *Niphh.* יִשָּׁמַע retentum, quia alia est conditio illius vocalis.

Productio quoque admissa in *adfixo Jod* per *Patach*; ut pro דְּבָרַי fiat דְּבָרָי *verba mei*, & pro אֵלַי *ad me*, אֵלָי &c.

Item in *monosyllabis* multis, ut אָם pro אַם ex אַמָּה *declinatam*, *Job.* 23: 11. טָל pro טַל *ros* &c.

At בָּת pro בַּת *filia*, ex בְּנֶת *Analogia* repugnasset &c.

Observandum præterea, *Productionem* hanc nec necessariam esse, nec perpetuam: ac proinde non est quod pedicas nobis, aliisque, hac in parte, nectamus.

III. Ab eadem granditate, & dignitate, est, quod vocabula *Milhel* penultimum *Patach* in *Kametz* extraxerint.

1. In *Verbis adform. Syll.* auctis: ut אָהָבְתִּי *amo*. בָּחָרְתִּי *elegi*,

gi,

yi, *Ps.* 119: 30. לָבַשְׁתָּ *induisti*, *Ps.* 104. 1. יָגַעַתְּ *laborasti*, *Esaj.* 47: 15. &c.

2. In *tertiis fœmin. Præt.* quibus additum *adfixum Syllabicum*, ut שְׁטָפַתְנִי *inundavit me*. חִיָּתְנִי *vivificavit me* &c.

3. In *Verbis defect. med.* ubi סַבָּה in סָבְבָה *circuiit*, & סַבּוּ, in סָבְבוּ, protractum.

4. In *formis* יַעַן pro יַעֲנֶה *respondebit*: ut אֶחֱז *videbo*, pro אֶחֱז ex אֶחֱזֶה vel אֶחֱזֶה.

5. In *formis* פִּיד: ut עַיִן *oculus*. לַיְלָה *nox*.

6. In *dualibus* ־ַיִם; ut עֵינַיִם: itemque *pluralibus* ea terminatione gaudentibus; מַיִם *aquæ*. שָׁמַיִם *cœli*.

7. In *adfixo* ךְ per ..., ut דְּבָרֶיךָ *verba tui*. חַיָּיִךְ *vitam tuam*, *Ps.* 163: 5. &c.

8. Cum *adfixo* נִי per *Patach*, פְּקָדַנִי, pro פְּקָדֵנִי, *Reg.* CXL. item cum *Nun Epenthet.* per *Patach*.

9. In יִשְׁתַּחוּ pro יִשְׁתַּחֲוֶה *adorabit*, unde יִשְׁתַּחֲוּ *Jos.* 6: 6. &c.

10. In אַתָּה *tu*, quod sæpe אָתָּה &c.

Non raro tamen *productio* cessat, ob rationes ex *Rhetorica*, vel *Prosodia*, repetendas.

IV. *Formæ Segolatæ sex punctorum* denique; penultimum *Segol*, vicariumque *Patach*, in *Kametz* protrahunt. אָרֶץ pro אֶרֶץ *terra*. עָבֶד *servus*. דָּרֶךְ *via*. לָכֶת *ire*. פָּעַם *ictus*. יָחַד *simul*. מִשְׁפָּחַת *familia*. עֹמֶדֶת *stans*. יוֹשָׁבֶת *sedens*, *habitans*.

Et hic iterum maxima libertas, quum דָּרֶךְ *via*, אָרֶץ *terra*, & alia bene multa, etiam in *Pausa* veniant; atque longus Catalogus texi posset *Segolatorum*, quæ nullam mutationem subiere.

No-

Notandum ארץ, accedente *Articulo*, etiam extra *Pausam* הארץ pronunciari.

In his omnibus *Kametz* adamatum fuisse, nemo mirabitur, qui ad *naturam pronunciationis veteris*, quam in *Segolatis* iudicavi, *Reg.* LXXXVI. & LXXXVII attenderit.

Quod V. *Tzeri* in *Patach:* & VI. *Schurek* in *Cholem* trajici, dicatur; vi accentus *Pausantis*, ex eo genere est, quo *Rabbini* se, aliosque, compunxerunt.

SECTIO XII.

De formationibus rarioribus, ex Dialecto Aramæa repeti solitis.

CLXI. Eandem cum *Lingua Hebræa* originem, & stirpem, tenent ejusdem *Dialecti*, *Chaldaica*, *Syriaca*, & *Arabica*. Hæ omnes mutuam sibi opem, & lucem, ferunt; unius *Corporis membra*, videlicet; unius *Arboris rami*, in quatuor vicinas regiones diffusi. Res evidentior, quam ut unquam in dubium vocari debuisset. Quid ansam dubitandi, & contradicendi, dederit quibusdam Viris Doctis, alibi discussum. Quid cuique *Dialecto* sit statuendum pretii, in *Hebræis* illustrandis, alibi etiam indicatum; & uberius, Deo dante, demonstrandum in *Originibus*.

Ad *Grammaticæ Hebrææ principia*, & *fundamenta*, altius, certiusque, eruenda, nunquam pervenietur, si hi Fontes deserantur. *Syntaxis* quoque

que vel clausa in multis, vel confusa, & obscura, manebit, nisi hinc copiosior lux inferatur. Nunc *exiguam particulam*, quæ cum *Institutionibus* hisce connexa, paucis expediemus, & *Anomalias*, quas vulgo vocant, *Aramæas*, ad *Linguæ Veteris Analogiam*, pro *Coronide* præsentis curæ, reducemus.

Apud *Chaldæos*, & *Syros*, pro *terminali Tzeri* substituitur *Patach*, ante *Cheth*, *Ain*, & *Resch*. Ad hanc rationem שִׁלַּח *dimisit*; pro שִׁלֵּחַ, *Exod*. 9: 7. נֹטַע *plantans*, pro נֹטֵעַ *Ps*. 94: 9. סִגַּר *conclusit*, pro סִגֵּר &c.

א. Hanc cur *Anomaliam*, & quidem ex *Dialecto Aramæa* oriundam, appellarit Cl. *Alt*. non video. Tota *Lingua Hebræa* ista vicissitudine *terminantium Vocalium Tzeri*, & *Patach*, est referta; etiam ante alias *literas* quascumque: ut אִבַּד *perdidit*, pro אִבֵּד &c. Contra ante *Gutturales* illas *Tzeri* sæpe retentum. Redeatur ad *Reg*. CXIX.

CLXII. Pro *Schevate*, cujus *nota* carent *Syri*, sub *Aleph* in initio vocum ponunt *Rebotzo*, i. e. *Tzeri* vel *Segol*.

א. Ad hanc formam processit אֵפוּ *coquite*, pro אֱפוּ *Exod*. 16: 23. & plenius אֵתָיוּ *venite*, *Esaj*. 21: 12. &c. pro אֱתָיוּ *Imper*. *Kal*, ab אָפָה, & אָתָה. At הֵתָיוּ *Jer*. 12: 9. est *adducite*, ex *Hiph*. ut recte submonuit jam Cl. *Cocc*.

 Si-

Simile quid accidisse videtur in אסערם *disturbabo eos*, pro אסערם, *Zach.* 7: 14. *Fut.* in *Pihh.* cum *Chateph Segol* expressius enunciato ob sequens *Kametz*. In his nihil *Anomali*: quum *Natura* ipsa pronunciationis huc ducat. Infinita talia existere debuere; E. G. ab אמר Lingua dat אמרך, & אמרך. Hoc posterius efferri vix potuit, nisi *Chateph Segol* ad *sonum Tzeri* ferme producto. Ad *sonum* dico: nam *vera Vocalis* in his neutiquam concipienda.

CLXIII. *Aleph* ante se habens *Scheva*, illuc transmittit suam *Vocalem*, ipsumque vel *quiescit*, vel *otiatur*, vel *supprimitur* in totum. Pariliter *Jod* in locum *Schevatis praecedentis* remittit *Vocalem*, *quietem* capiens, si possit; sin minus, periens.

א. Quod ad *Aleph* attinet;

Quiescit I. In מלאכה *functio; opus*; pro מלאכה; cujus *plur.* cum *Aleph mobili* habes *Ps.* 73: 28. & 1 *Chron.* 28: 19. Dicitur & מלאכת pro מלאכת &c. Est ejusdem *Originis* cum מלאך *Legatus*, *Angelus*, unde מלאכות *Legatio*, *Hagg.* 1: 13 Radix לאך, apud *Æthiopes*, monente Cl. *Cocc.* in *Lex.* notans, *misit*. Apud *Arabes* quoque eadem asservata; qui in suo ملأك *Angelus*, plerumque quidem *Aleph* retinent *mobile*; nonnunquam tamen & *quieti* permittunt. Sed hæc alias. Consimiliter מאתים pro מאתים *ducenti*. בראם *fingens ea*, pro בראם

בְּדְאָם *Neh.* 6: 8. חַטָּאת *peccatum*, pro חַטְּאַת, ut volunt; quod tamen forte ex חַטָּאת potius: ut supra tactum. Porro וָאֶעֱשִׁיר & *ditabo me*, pro וְאַעְשִׁיר; quod *pag.* 112. illustratum. שְׂמָאל *leva*, pro שְׂמֹאל: & שְׂמָאלִי *sinister*, pro שְׂמֹאלִי &c. &c.

Otiatur II. in חֹטְאִים *peccantes*, 1 *Sam.* 14: 33. קֹרְאִים *vocantes*, *Ps.* 99: 6. נִרְפְּאוּ *sanantur*, pro נִרְפְּאוּ *Esech.* 47: 8. רִאישׁוֹן *primus*, pro רִאשׁוֹן, ex derivatione p. 112. אַשְׂמְאִילָה pro אַשְׂמְאִילָה *sinistram petam.*

III. *Supprimitur* in מַלְּפֵנוּ *docens nos*, pro מְאַלְּפֵנוּ *Job.* 35: 11. אַבֶּדְךָ pro אַאַבֶּדְךָ *perdam te*, *Esech.* 28: 16. Forte tamen a נָבַד *projecit*, id verbi manavit. Similiter Cl. *Buxt.* וַיָּרֶב & *insidiatus est*, 1 *Sam.* 15: 5. pro וַיְּאָרֶב ex *Pihh.* deduxit. תָּזֹר pro תְּאַזֵּר *cingis*, reperies, ad *Reg.* CXXVIII. Hæc *primam* exclusere. In שֵׁלָה *petitio*, pro שְׁאֵלָה occultata est *secunda*: itemque in שֵׁרִית *residuum*, pro שְׁאֵרִית: de quibus aliquid dictum *Reg.* CXXVII. De מְדִיבוֹת pro מַדְאִבוֹת *cruciantes*, *Lev.* 26: 16. non displicet eorum ratio, qui *Rad.* דוב adscivere: quæ & alibi vestigium sui reliquit. Huc etiam referri potest לַהְשׁוֹת *ad diruendum*, 2 *Reg.* 19: 25. Pro eo לְהַשְׁאוֹת extat *Esaj.* 37: 26. *Infin. Hiphh.* a שָׁאָה *disrumpi cum fragore.* Pro הַשְׁאוֹת nempe pronunciatum הַשּׁוֹת more *Chaldaico*, quo *præformanti* datur *Schewa.* Inde לְהַשּׁוֹת & לַהְשׁוֹת: ut recte Cl. *Alt.*

Tertia suppressa, in נָשֻׁן pro נְשֻׂאֻן *ferunt*, *Ezech.* 39: 26. Vide *Reg.* CXXXI. & CXXXIII. Sic חֵמָה pro חֶמְאָה *butyrum*, *Job.* 29: 6 חֵטְא pro חַטָּאת *peccatum*. אֲחַטֶּנָּה *expiabam illud*, pro אֲחַטְּאֶנָּה, *Gen.* 31: 39. יוֹצֵת pro יוֹצֵאת *exiens*, *Deut.* 28: 57. &c.

Nempe huic *Syriasmo* contrarium plane usui quoque venit apud *Hebræos*, ut *Aleph* ex *quiete* in *motum* remigret, & מֹצֵאת *inveniens*, potius efferatur מֹצְאֵת, *Cant.* 8: 10. שְׂאֵת *efferre*, *elatio*, pro שֵׂאת ex שְׂאֶת, a נָשָׂא, passim. מַשְׂאֵת pro מַשְׂאֶת *ferculum*, *donum*, ab eadem *Radice*. Antiquæ Linguæ vestigium quoque eminet in קְרֶאןָ pro קְרֶאןָ ex קְרֶאנָה *vocate*, *Exod.* 2: 2. Itemque in צֶאינָה pro צְאֶנָה *exite*, *Cant.* 3: 11. secundum formam תִּפְקֹדְנָה, de qua supra.

Sic satis commode expediri potest תֶּאֱהָבוּ *amabitis*, pro תֵּאהֲבוּ, *Prov.* 1: 22. per *quietem primæ* in *Tzeri*: etiam in *Kal*: de qua *Reg.* CXXXI. Potest etiam esse *Fut.* in *Pihh.* per *speciem* פֵּעֶל in omnibus retentam; ex *Reg.* CXVI.

Ita certe enodandum תְּאָכְלֵהוּ *devorabit eum*, *Job.* 20: 26. quod Cl. *Alt.* pro תֹאכְלֵהוּ positum autumat, *Cholem* in *Kametz-Chatuph* trajecto, plane ἀνομάλως. Mihi id venit pro תְּאַכְּלֵהוּ, secundum *speciem pag.* 283. indicatam.

ב. Cum *Jod* gemina via, & ratio, inita.

I. Eleganter, per *quietem* opportunissimam, pro כִּיתְרוֹן, *Aut*

pro-

praecellentia, enuntiatum כִּיתְרוֹן, *Eccles.* 2: 13. וִילֲלַת pro וִילְלַת, *Jer.* 25: 36. וִיחֵלּוּ & *expectant*, pro וְיִחֲלוּ, *Job.* 29: 21. a יָחַל in *Pihh. Dagesh forte* ibi extra ordinem insertum ob *Euphoniam*, ajunt. Dixerim potius, esse pro יְחַלְלוּ, ex specie *Pih-lel*: de qua sub *Reg.* CLXXIV. Iterum בִּיקְּרוֹתֶיךָ *inter honoratas tuas*, pro בִּיקְרוֹתֶיךָ, *Ps.* 45: 10. Non *Euphonicum* iterum *Dagesh* hocce, sed *necessarium*; a יִקְּרוֹת *valde honoratae*, ex forma *Pihhel*.

II. Quum *quieti* locus non esset, *Jod se supprimi* passum est: ut וַיְּבַשֵׁהוּ & *arefacit illud*, pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ, *Nah.* 1: 4. Similiter וַיַּדּוּ & *projecerunt*. Pro וַיְיַדּוּ; in *Fut. Pihh.* a יָדָה, *Thren.* 3: 53. וַיַּגֶּה pro וַיְיַגֶּה & *dolore vexat*, a יָגָה. *Kimch.* ex *Hiphh.* haec malebat. וַיַּחֶל pro וַיְיַחֵל & *expectavit*, *Gen.* 8: 10. Hoc alii tamen a חִיל vel חוּל ducunt in *Hiphh.* In his *Compendium* pronuntiandi simul, & scribendi, captatum. At יַדּוּ *projiciunt*, *Joel* 3: 1. *Obad. Vs.* 11. *Nah.* 3: 10. Cl. *Coccejo* positum videtur pro יָדוּ in *Praet. Kal*: non in *Fut. Pihh.* pro יְיַדּוּ. Durior *Anomalia*. Addit proinde: ἢ ϰαὶ, *vel forma assumta a* יָדַד. Ne hoc quidem molle; quia *significatio* illius *Radicis* diversissima. Maneat ergo receptior opinio; vel eatur ad *Thema* נָדָה, ex cujus *Hithh.* Dialectus *Arabum* dat, *promulgant sortem*; vel *ad sortem Coetum convocant*. De his, & superioribus; ampliare mihi liceat.

Huc pertinere creditur וַיְיַשְּׁרֵם & *direxit eas*, pro וַיְיַשְּׁרֵם, 2 *Chron.* 40. Pronuntiatio utriusque eadem. In *priori scriptione* ultimum *Jod* otiosum, & supervacuum plane: unde suspicio mihi injecta, non ex *Pihh.* sed ex *Hiphh.* esse arcessendam istam *Lectionem*; etiam ad mentem *Masorethorum*, qui hic יישׁר pro

יַיְשַׁר innuisse videntur; ut *Prov.* 4: 25. יַיְשִׁירוּ. Utique sic in *Origine* יִיקַּף, dein יַיְקִף, mox יַקִּף *circumcinget.*

Alium adhuc nodum nectit וַיִּשַּׁרְנָה *& recta iverunt*, 1 *Sam.* 6: 12. Id aliis *fut.* in *Pihh.* pro וַיְיַשַּׁרְנָה, idque iterum pro וַתְּיַשַּׁרְנָה, cum *Chirek* pro *Patach* ad 1. *radic.* Cl. *Cocc.* in *Lex.* mallet pro וַיִּשְּׁרוּ positum, ex forma *præt. Pihh.* Nos p. 323. supra, aliquid ex *Fut. Kal* tentavimus. 322

Scopulus *Grammaticorum*, verbum וַתֵּתַצַּב *& constituit sese*, *Exod.* 2: 4. Volunt pro תִּתְיַצֵּב in *tert. fœm. fut. Hitpahh.* a יָצַב, ejecta *prima radicali* factum תִּתַצֵּב; & quia *Chirek* non absolvebat *Syllabam*, תֵּתַצַּב. Cl. *Alting.* aliquid coloris *Anomalæ* isti *formæ* addidit ex trajectione illa, de qua cum maxime agimus. Cl. *Buxt.* in *Thes.* p. 147. propius ad fontem verum accessit, quum ait ex תִּתְיַצֵּב extitisse תֵּיתַצַּב, *per transpositionem peregrinam literæ* י, & ת, atque inde mansisse תֵּתַצַּב. Haud dubie *transpositio* eadem hic obtinet, quam ad *primam sibilantem* frequentavit *Dialectus Hebræa:* ita tamen, ut ob *Euphoniam* etiam abstineri ea posset; vel & alius adhuc flexus sumi, ut *pag.* 273. & p. 320. vidimus. Potuit & *transpositio* illa fieri, etiamsi *prima* non esset e *sibilantibus:* ut pro הִתְפַּקֵּד enunciatum sit הִפְתַּקֵּד, ut *Arabes* semper افتقد אפתקד efferunt. Sic הֵיתַצֵּב & הֵיתַצַּב in *Hitpahh.* nihil habet *Anomali*, sed *Analogiam* vetustam repræsentat.

Singulare quid, & profundioris indaginis, ad *primam Radicalem Jod* accidit in *verbo* יְיֵדָע *Ps.* 138: 6. pro יֵדַע, *pernoscit*, in *Fut. Kal* ut Cl. *Alt.* cum plerisque, putat; translato *Tzeri* in locum *præced. Schevatis.* Sic יֵיטִיב pro יֵיטִיב ex *Hiphh. benefacit*, *Job.*

Job. 24: 21. יְיֵלִיל pro יְיֵלִיל *ululat*, *Esaj.* 15: 2. 3. & 16: 7. & alibi. אֲיֵלִיל *ululabo*, *Jer.* 48: 31. pro אֵילִיל. Ad eam rationem etiam יְיֵדַע revocari posset sub *Hiphh.* ubi non יוֹדִיעַ tantum, sed & יְיֵדַע *Analogia* permisit. Inde exiret, *improbum notum facit procul:* per *exempla pœnarum* in eum edita, videlicet. Licet & aliter. Quid ansam dederit huic *trajectioni*, in *opere de Analogia* latius discutiendum.

CLXIV. *Dagesh forte* apud *Chaldæos* nonnunquam per *Nun* resolvitur. Sic מַדַּע *cognitio*, in מַנְדַּע transiit, *Dan.* 2: 21. &c.

א. Huc reductum a multis קִנְצֵי *Job.* 18: 2. pro קִצֵּי *fines.* Precarium id, & textui contrarium, in *Comment.* insinuavi. Restituimus ibi *Radicem* קָנַץ *venatus est*; vertimusque *captiosos laqueos.*

Non plus juris in hanc regulam habet תַּמְנוּ *Ps.* 64: 7. quod pro תַּמּוּ positum volunt, a תָּמַם, dantes, *consummant.* Alii ad *Nun Epentheticum* confugiunt. Neutrum tale, in quo pes figi queat. Alii statuunt, esse 1. *Plur.* pro תַּמְנוּ *consummavimus.* Sic sane תַּמְנוּ illud *Jer.* 44: 18. *Thren.* 3: 24. *Num.* 17: 13. valet *consumti sumus.* Ad *Anomaliam* evadendam adscita jam a multis *Radix* cognata תּוּם. Hæc alibi disceptanda. קָבְנוֹ *Num.* 23: 13. *execrare eum*, etiam hinc alienum: habet enim *Nun Epenthet.* מָעֻזְנֶיהָ *munimenta ejus*, non est pro מָעֻזֶּיהָ, ut tradi solet, sed a מָעֻזָן, ex מָעֹז producto per *Nun servile*, descendit.

Ce-

Ceterum *Chaldaiſmum* huncce granulo ſalis adſpergi velim; non enim promiſcue *Dagesh forte* ſic reſolvi potuit: nedum, ut talia illuc trahantur.

Ut res aliquo modo percipiatur, moneo *Dialectum Hebræam* deditiſſimam fuiſſe *eliſionibus:* atque præſertim *Nun* in medio *Syllabam claudens* ſuppreſſiſſe, atque emolliviſſe, duplicata ſequenti, ut *Colligo*, pro *Conligo*, &c. Sic orta *deficientia prima*, & *tertia Nun* nonnunquam. Ad eam rationem *media* quoque *radicalis* illa ſæpiuſcule exulare juſſa: & pro אַנְפִּי *Naſus meus*, promtius, delicatiuſque, elatum אַפִּי. Seges talium. *Arabica Dialectus*, contra, ſervantiſſima illius *Nun*, nec in *prima*, nec in *ſecunda*, nec in *tertia ſede*, illud dimittens. *Chaldaica* ad utrumque parata; אַפִּי & אַנְפִּי reſonans. *Reſolutio* iſta ergo potiſſimum cadit in ea *Vocabula*, quibus *Nun* jam a ſtirpe additum, vel ſaltem adeſſe creditum. Hæc latius exequi haud vacat.

CLXV. *Chaldæi* & *Syri* loco *He Demonſtrativi* in initio, uſurpant *Aleph Emphaticum* præcedente *Kametz* ad finem. Sic טוּרָא *mons*, pro טוּר *Dan.* 2: 45.

א. Ad hanc *normam* venire cenſet Cl. *Alt.* כָּלָּא *totus*, *Eſech.* 36: 5. זָרָא *faſtidium*, *Num.* 11: 15. חָגָּא *trepidatio*, *Eſaj.* 19: 17. תַּחְרָא *lorica*, *Exod.* 39: 27. Aliis hæ *formæ fœmininæ* per *Aleph*, more item *Aramæo*; ut קָרְחָא *calvities*; *Eſech.* 27: 31. pro קָרְחָה: & שֵׁנָא *ſomnus*, מַטָּרָא *ſcopus* &c. *Hebraicæ* ditionis eaſdem fuiſſe, non eſt cur ambigamus. Sententiæ *Altingianæ* obſtat, quod quum *Emphaſi* huic *Aramææ* reſpondeat *He Paragogicum Hebræorum*, id *accentum* conſtanter in penultima relinquat, quan-

quando *nominibus* accedit. Si בְּלָא *Milbel* exaratum esset, res dubio vacaret; & nihil aliud monendum restaret, quam pro *He* scriptum *Aleph*. Nunc iis subscribendum censeo, qui cuncta hæcce sub *terminatione fœminina* acceperunt.

ב. Ex *Syriasmo* etiam hic subserit Cl. *Alt* ל non *Dativo* solum, sed & *accusativo*, designando adhibitum: ut הָרְגוּ לְאַבְנֵר 2 *Sam*. 3: 30. Sic *Ps*. 135: 10. 11. *Ps* 136: 18. 19. 20. Id melius sane, quam quod alii *Enallagen Dativi* pro *Accusativi* fingere. Non possum tamen quin submoneam, hocce *Lamedh* tam *Hebræis*, quam *Syris*, proprium fuisse; & signare *Emphasin*, qua tum *Nominativus*, tum *Accusativus*, gravissime verbo suo vel præmittatur, vel subnectatur. Copia exemplorum prostat: quorum pars a Viris Doctiss. jam visa, pars prætervisa. *Syntactica* hæcce *cura*.

CLXVI. *Terminatio sing. fœmin.* apud *Aramæos* est אָ in תַ convertenda, si *status regiminis* adsumatur. Et hanc *Hebræis* domesticam fuisse, nunquam dubitari debuisset.

א. Sic חֵמָא *excandescentia* לְבִיָא *Leæna*. שֵׁנָא *somnus* &c. דָּשָׁא *triturans*, *Jer* 50: 11 יֹצָא *exiens*, pro יֹצֵאָא, *Aleph radicali* suppresso; *Eccl*. 10: 5. In *verbis* quoque idem admissum, ut גָּבְהָא *alta fuit*, *Ezech*. 31: 5. De תָ & תַ iisdem in *verbis* infra *Reg*. CLXX. & CLXXVIII.

CLXVII. Ex *Dialecto Chald*. & *Syriaca* descendere creditur *termin*. ין in *plur. masc. absoluto*. Ex *Syriaca* speciatim, *forma constructa* in ַי pro ֵי.

Item *plur. fœmin.* וֹת cum *Waw mobili*, pro *quiescente* וֹת, quum *adfixa* accedunt. De singulis paucula.

א. Antiquissima est terminatio illa in ין, per *Librum Jobi* se passim offerens. מִלִּין *sermones*, *Job.* 4: 2. 18: 2. 26: 4. מִלִּים tamen *Cap.* 19. 2. ut æqua utriusque jura fuisse liqueat. חַיִּין *vitæ*, *Job.* 24: 22. אַחֲרִין *alii*, *Job.* 31: 10. רָצִין *cursores*, 1 *Reg.* 11: 13. צִידֹנִין *Zidonii*, ibid. *VI.* 33. שֹׁמֵמִין *desolati*, *Thren.* 1: 4. מְלָכִין *reges*, *Prov.* 31: 3. חִטִּין *Tritica*, *Esech.* 4: 9. אִיִּין *insulæ*, *Esech.* 26: 18. עִיִּין *acervi*, *Mich.* 3: 12. יָמִין *dies*, *Dan.* 12: 13. &c.

Contra מַלְכִים *reges*, pro מַלְכִין, *Esra* 4: 13. in textu *Chaldaico*.

Colliget hinc, qui recte calculos ponere novit, utramque formam olim utraque in *Dialecto* obtinuisse; ita tamen ut *Hebræa* magis inclinarit in ים, *Aramæa* autem, nec non *Arabica*, in ין.

ב. Ex *Syriasmo* repetit Cl. *Alting.* חֲשׂוּפַי שֵׁת *nudati podicis*, pro חֲשׂוּפֵי, *Esaj.* 20: 4. quatenus *Plur. Constructus* apud *Syros* exit in ַי: addit, huc pertinere etiam *Pluralia absoluta*, similiter in ַי cadentia: שָׂרַי *principes*, *Jud.* 5: 15. גּוֹבַי *locustæ*, *Nah.* 3: 17. & *Amos.* 7: 1. חוֹרַי *foramina*, *Esaj.* 19: 9. חוֹזָי *videntes*, 2 *Chron.* 33: 19. cum *Kametz* pro *Patach*, ob *Pausam*. Item יָדַי *manus*, *Esech.* 13: 18. הָרָי *montes*, *Zach.* 14: 5. חַלּוֹנָי *fenestræ*, *Jer.* 22: 14. Subnectit denique, eandem hanc formam imitari *particulas* אֲזַי *tunc*, pro אָז; ab אָז, *Ps.* 124: 3.

אחלי

אַחְלַי *utinam*, pro אַחֲלֵי, *Ps.* 119: 5. אַחֲרַי *post*, pro אַחֲרֵי, *Prov.* 28: 23. בִּלְעָדַי pro בִּלְעֲדֵי *præter* &c. Cl. *Buxt.* in *Thes.* p. priora illa vocat *Pluralia plane irregularia*; adjiciens סוּרַי *apostatæ*, *Jer.* 17: 13. שָׂדָי *agri*, *Hos.* 10: 4.

Ad hæc expedienda, ad justamque *Analogiam* revocanda, re-dordior ab ultimo. Hoc שָׂדָי judice *Ab. Esra* est *Singul.* idem cum שָׂדֶה *ager*. Probat ex *Ps.* 96: 12. *Exultet* שָׂדַי *ager*, & *quicquid* בּוֹ *in eo*. Rectissime; nam *radix* est שָׂדַי *irriguus fuit*; unde *riguus ager* nomen duxit, qui & per *quietem tertiæ* שָׂדֶה. Alii existimant שָׂדַי auctum esse *Jod Paragogico* per *Patach*: quod & in reliquis obtinere volunt. Nos jam supra istud *Jod adfixi vim* habere indicavimus. Hinc חֲשׂוּפַי שֵׁת valet *Nudati mihi podicis* &c. Similiter אָזַי *Tunc mihi* &c. Reliqua *Syntaxi* sepono.

3. Ex *Syriasmo* quoque derivatum creditur *Plur.* עֵדְוֹת *testimonia*, 119: 14. & sæpiuscule ibidem, alternas faciens cum עֵדוֹת, a עֵדָה *testimonium*. Hoc *Waw* ex *quiete* in *motum* transiisse, minus plausibile. Rectius Cl. *Alt.* *Singulare* statuit עֵדְוּת, unde ex *Reg.* LXXXIV. עֵדְוִית, pro עֵדְוּוֹת existere potuisset. Hoc sine *Dagesh* celerius enunciatum præbet עֵדְוֹת & עֵדוֹת. Habeo adhuc aliud. עֲדִי est *ornamentum*, quod & עֲדָה olim: a *rad.* עָדִי & עָדָו. Inde עֲדוֹת essent *ornamenta*. Ulterius inquirendum.

Terminus. Fœmin. Plur. וֹת non omittenda hic loci. Eam tetigi, p. 172.

CLXVIII. In *adfixione* sat creber *Chaldaismus*, qui

qui nobis tamen vetus, & verus, quoque *Hebraismus*.

א. Tale est 1. השמדך *exterminari tui*, pro השמדך *Deut.* 28: 24. 45. 51. &c. הבראך *creari tui*, *Ezech.* 28: 15. pro הבראך, quod *Vs.* 13. extat. Nempe *Chaldæi* ך *masculine* etiam usurpant: ut כי ipsis *fœmininum* signat. Sic פארך *decoravit te*, צוך *præcepit tibi.* ענך *respondit tibi.* חנך *obsidens tui*, *Ps.* 53: 6. Confer *Reg.* CLVII.

Similiter, 2. *fæm.* כי, quod antiquius esse quam ך, supra insinuavi, ita apud *Chaldæos* resedit, ut *Hebræis* quoque suum in illud jus remanserit. Compluscula hinc *Ps.* 103. conformata: ut *Vs.* 3. עונכי *pravitas tua.* *Vs.* 4. מעטרכי *coronans te:* quæ ad normam *Singularium*: ad *Pluralium* hæcce; תחלואיכי *excoriationes tuæ.* חייכי *vita tuæ.* נעוריכי *adolescentiæ tuæ*, *ibid.* *Vs.* 3. 4. 5. Item מנוחיכי *requietes tuæ*, *Ps.* 116: 7. עליכי *super te* &c.

Ad Veterem Linguam non attenderunt *Masorethæ*, quum scriptiones primævas, hinc ortas, cerula sua adfecere, 2 *Reg.* 4: 2. 3. ubi לכי *Tibi*, & שכניכי *vicini tui*: item *Vs.* 7. ubi נשיכי *debitum tuum*, & בניכי *filii tui*, adeo nihil mendi habent, ut sint potius vestigia pretiosissima antiquitatis.

Rarum 3. & singulare, הי pro הו vel ו, *Plurali* additum ad legem *Chaldaismi*, in תגמולוהי *beneficia ejus*, *Ps.* 116: 12. *Syri* sonant תגמולוהי, per *Waw mobile*. Nempe תגמוליו olim plenius erat תגמוליהו vel תגמוליהו. Inde aliæ illæ confor-

ma-

mationes effluxere; הָן in הָיִ trajecto.

CLXIX. *Participium præsens* apud *Chaldæos* est פָּקֵד: *Præteritum* פְּקִיד. Utrumque ad ditionem *Hebraicam* quoque pertinuisse, *Reg.* CXVIII. insinuatum.

א. *Participii Præsentis* exempla sunt, אָבֵל *lugens*, *Gen.* 37: 35. גָּדֵל *crescens*, 1 *Sam.* 2: 26. יָשֵׁן *dormitans*: cujus *Plurale* יְשֵׁנִים, ex lege mutationis supra indicata. דָּבֵק *adhærens*, cujus *fœm.* דְּבֵקָה, 2 *Chron.* 3: 12. & *Plur.* דְּבֵקִים, *Deut.* 4: 4. יָרֵא *timens*; *fœm.* יְרֵאָה & constructe, יִרְאַת, *Prov.* 31: 30. in *Plur.* יְרֵאִים; constructe יִרְאֵי שְׁמִי *timentes nominis mei*, *Mal.* 3: 20. קָשֶׁה קָשָׁה קָשִׁים קָשׁוֹת *Durus* &c.

Qui hæc ex *Chaldaismo* profecta volunt, non attendunt ad innumera hujuscemodi, per totum corpus *Ling. Hebr.* fusa: tam *strictiore usu participiali*, quam *latiore* illo, quem in *serpens*, *sapiens*, *rudens*, apud *Latinos* animadvertere est. Talia sunt נָמֵר *pardus*. גָּדֵר *sepiens*, *maceria*. &c. דְּבֵלָה *flaccescens*, *massa ficuum*. בְּהֵמָה *bruta pecus*. Hæc in oculos incurrunt. Sunt alia abstrusiora; ut יָוֵן *fermentans* pro *luto*. דָּיֵק *machina oppugnandis urbibus admota*: proprie, *pulsans*, vel *tundens*. כָּבֵד *Hepar*, quasi *gravans*. שָׁנָה *annus*, quasi *mutans*, a שָׁנֶה *masc*, &c. &c. Acervus talium prostat.

ב. *Part. pass.* פָּקִיד, quod *Reg.* CXVIII. restituimus, una etiam *Syllaba* פְּקִיד efferri ibidem commonui. Ita natum מְעִיל

vectis, *Job.* 40: 13. proprie *cusus*, *procusus*. כְּסִיל *stultus*. נְטִיעִים *plantæ*. נְטִישׁוֹת *palmites*. &c. &c. Vim *participii* stricte dicti habes in נְטִילֵי כֶסֶף *onusti argenti*, *Zeph.* 1: 11. De his alibi latius. *Anomalum* censetur נְחִתִּים *demissi*, pro נְחִיתִים, 2 *Reg.* 6: 9. sed Cl. *Cocc.* ad חתת pertinere innuit. M[illegible] non explicuit. Sic deberet esse *part.* in *Niph.* ut נְסַבָּה a סָבַב. In aliud tempus remittitur.

CLXX. Tertia *fœm.* *sing.* *præt.* apud *Chaldæos* exit in תְ; quin & תַ, si ultima sit *gutturalis*: ut שַׁבְּחַת *laudavit*, pro שַׁבְּחַת.

א. Priori formationi respondet אָזְלַת *abiit*, *Deut.* 32: 36. וְשָׁבַת & *redierit*, *Ezech.* 46: 17. pro וְשָׁבָה, accentu ad finem tracto per *Waw converſ. præt.*

Hebræis idem juris fuisse in hanc flexionem, quod *Chaldæis*, patet ex *adfixione*, quæ hic exigit פְּקָדַתְנִי *inspexit me*, &c. Redeatur ad *Reg.* CXL.

ב. Posteriori simile נִשְׁכַּחַת *oblivioni tradita fuerit*, pro נִשְׁכְּחָה, secundum Cl. *Alt.* At *Cocc.* censet esse *fœmin.* *participii* in *Niphh.* Eadem ambiguitas in נוֹכַחַת *erudita fuit*, pro נוֹכְחָה, inquit *Alt.* Alii iterum ex *part.* *Niphh.* malunt. Cl. *Cocc.* in *Lex.* dat, & *demonstraberis*, quasi esset 2. *fœm.* *præt.* *Niphh.* Sic נוֹכַחַתְּ *Nochaahht* rescribendum esset. Aliud subest, quo de alibi.

CLXXI.

CLXXI. *Chaldæi, Syri, & Arabes*, pro servili *He*, tum alibi, tum in *præformationibus conjugationum*, usurpant *Aleph*: atque pro הִפְעִל sonant אַפְעֵל, pro הִתְפַּעַל item אִתְפְּעַל.

Forma posterior apud eosdem plerumque *passiva*. Horum vestigia in *Dialecto Hebræa* quoque conspiciuntur.

א. Talia sunt אֶגְאָלְתִּי *pollui*, *Esaj.* 63: 3. pro הִגְאַלְתִּי; quod æquum jus possidet cum הִתְגָּאֲלוּ, et *Reg.* CXII. annotatum. אַשְׁכֵּים *mane surgere*, *Jer.* 25: 3. אֶזְנִיחוּ pro הִזְנִיחוּ illustratum jam p. 272. rejectumque duplex præformans. His adde אַרְצֵן pro הַרְצֵן *placare*, *Job.* 37: 13. ex conjectura in *Comment.* proposita.

Contra in *Chaldaicis Danielis*, & *Esræ*, pro אַשְׁפֵּל *humilem facere*, הַשְׁפֵּל, & pro אוֹדַע *notum facere* occurrit הוֹדַע, etiam *He* illo retento cum *Characteristicis futuri & participii*: ut יְהוֹדְעֻן *notum facient*. Est scriptio antiquissima; quæ nihil nec in *Chaldæo*, nec in *Hebræo*, *Anomali* importat. Vel nomen יְהוּדָה *Jehuda* id arguat, quod in יוֹדָה nunquam contractum, quamvis illuc raperet pronunciatio reliqua *Radicis*, qua יוֹדֶה *celebrabit* pro יְהוֹדֶה invaluit. Attamen & אֲהוֹדֶנּוּ *laudabo eum*, *Ps.* 28: 7. & יְהוֹדוּךָ *laudabunt te*, *Ps.* 45: 18. ad granditatem affectatum. Idem in aliis permissum fuisse, dubitari nequit.

Ex *Hophh.* conformatum forte אֻמְלַל pro הֻמְלַל, *languidus*,

&

& *excoctus*, *fuit* : ut *Radix* non sit אָמַל, sed מָלַל. In *Originibus* incudi reddetur.

Ex *Hithpahh.* habemus אֶתְחַבַּר *consociavit se*, pro הִתְחַבַּר, 2 *Chron.* 30: 35 אֶשְׁתּוֹלְלוּ, pro הִשְׁתּוֹלְלוּ *direpti sunt*, vel *semet ad spoliandum dediderunt*, *Ps.* 76: 6.

Etiam *Infin.* in *Niph.* אִדָּרֵשׁ scribitur, pro הִנָּדֵרֵשׁ *inquiri*, *Esech.* 14: 3. *Arabes* انـــدرس אִנְדָּרוֹשׁ hic resonant; quæ haud dubie forma vetustissima.

ב. *Passivam vim* apud *Aramæos* inferre solet אִת vel אֶת *præformativum*. Apud *Arabes* anceps fere *forma* hæc, ut *Græcorum Media*; atque nunc *Active* venit, nunc *Passive*, *species octava*. Sic יִתְפָּרְדוּ *dilacerantur*, *Job.* 4: 11. הִתְפָּרְקוּ *rupti sunt*, *Esech.* 19: 12. יִשְׁתַּכְּחוּ *oblivione deleantur*, *Eccl.* 8: 16. &c. &c.

CLXXII. Apud *Aramæos* species *Abbel* ante *adformantes asyllabas* amittit *terminale Tzeri*, ob *accentum* fini additum. Sic מְפַקֵּד dat מְפַקְּדָא in *fœm.* & in *plur.* מְפַקְּדִין מְפַקְּדָת. Item *fut.* יְפַקְּדוּן.

א. Ad hanc normam, vetustam haud dubie, rite secundum principia *Linguæ* antiquæ enunciatum מַחְלְמִים *somniantes*, pro מַחֲלִימִים, *Jer.* 29: 8. מַעְזְרִים *adjuvantes*, 2 *Chron.* 28: 23. Item יַדְבְּקוּ pro יַדְבִּיקוּ *assecuti sunt*, 1 *Sam.* 14: 22. & יַדְרְכוּ pro יַדְרִיכוּ *tendunt*, *Jer.* 9: 2. יַעְשְׁרֶנּוּ *ditabit eum*, 1 *Sam.* 17: 25. תַּעְשְׁרֶנָּה *ditabis eam*, *Ps.* 65: 10.

Ejusdem naturæ est יוֹשְׁעֲכֶם *salvabit vos*; nisi quod *Tzeri* ante

adf.

adf. grave per *Scheva quiescens*, corripiatur in *Patach*, fiatque primo יִשְׁעֲכֶם, unde mox propter gutturalem יִשְׁעֲכֶם.

Huc pertinet abstrusius illud לְהַפְרְכֶם *ad irritum reddere vestri*, *Lev.* 26: 15. *Radix* פּוּר, dat in *Infin Hiphh.* הָפֵר. Inde cum *Adf. gravi* הָפֵרְכֶם: & flexu contrario הַפְרְכֶם. Ita Cl. *Cocc.* in *Lex.* nec aliter *Alt. Buxt.* aliique principes artis.

Desidero liquidius quid, firmiusque, nam הַשְׁבְכֶם dictum, pro הֲשִׁיבְכֶם, ab הֵשִׁיב *reducere*, non est valde verisimile.

Vicinum quid præbet אֲכֶלְךָ, *Exod.* 33: 3. *consumam te*: non ab אָכַל in *Hiphh.* ut Cl. *Alting.* sub *Reg.* CXXVIII. non sane molliter: sed vel a כּוּל, in *Fut. Hiph.* אָכֵל; vel potius a כָּלָה, unde אֲכַלֶּה *consumam*, cum *adf.* dat אֲכַלְּךָ, & alio flexu, *Segol* in locum *Schevatis* retracto, אֲכֶלְךָ. Si ergo *Analogiæ* consultum volumus, הַפְרְכֶם a פָּרָה derivandum. *Origo* istius *radicis* est *rumpere*, *findere*. Hæc alium exigunt campum.

Ad *Hiphh.* relatum quoque a *Masora* rarissimum illud מַחְצְצְרִים *clangentes* חֲצֹצְרָה *tubâ*. Fugit eos forma antiqua, docte, & feliciter, illustrata a *Rever. Hackm.* in *Præcid.* quem consuli velim.

Huc etiam reduci non debuisset תֵּיטְבִי *bona es*, *Nah.* 3: 8. quasi esset *Fut.* in *Hiphh.* pro תֵּיטִיבִי. Est *Fut. Kal* a יָטַב *bonus fuit*; idem cum טוֹב. Significatio *intransitiva* neminem dubium hærere patitur.

CLXXIII. *Aramæi* suum *Aphhel* non efferunt ordinarie *Ophhal*, in *Passivo*, sed *Ittaph-hal*, vel *Ettaph-*

taph-bal, אִתַּפְּעַל, pro אִתְאַפְּעַל, absorpta *præformante Aleph*, & duplicato *Taw* ad compensationem.

א. Occurrendum errori, qui Doctis quibusdam Viris hic obrepsit, opinantibus *Dialectum Chaldaicam* non habuisse formam אַפְעֵל vel הַפְעֵל; atque ex imitatione *Hebraismi* esse, quod *Daniel*, & *Esras*, hac *specie* usi fuerint. *Analogia* ambigere non patitur, quin ut *Arabes*, ita *Chaldæi*, & *Syri* quoque, antiquitus habuerint *Uph-bal*, & *Oph-bal*, quod tamen per frequentem usum ꝥ *Ittaph-bal* postea negligi cœperit, & in oblivionem ferme venerit.

ב. Formam *Ittaph-bal* imitari censet Cl. *Alting*. תִּתַּבָּר *purum te exhibes*, 2 *Sam*. 22: 27. quod *Ps*. 18: 27. est תִּתְבָּרָר, in *Hith-pah-bel*. Nempe *Defectiva med. rad.* in hac *specie* a דָּקַק dant אַדֵּק, & אִתַּדַּק; ad quam rationem a בָּרַר esset הִתַּבַּר & הֵבֵר. Dices, sic תִּתַּבַּר exarandum fuisse. Respondet Vir Doctus, *Dagesh forte*, & *Patach*, resolutum in *Kametz*. Non opus erat, ut huc confugeretur. Ad normam *Hebræam* בָּרַר in *Hiphh.* dat הֵבֵר *purum fecit*. Inde jam הִתְהֵבֵר *semet purum fecit*, *præstitit*: quod contractius הִתַּבֵּר enunciatum.

Alterum exemplum in eodem contextu 2 *Sam.* 22: 27. תִּתַּפָּל non æque expeditum. In *Parallelo*, *Ps*. 18: 27. extat תִּתְפַּתָּל *contortum te præbes*: vel, ut alii malunt, *luctatorem*, a נִפְתַּל *colluctari*. Multa ad *Variantem* hanc *Lectionem* a multis dicta. Priorem locum aperte mendosum pronunciant nonnulli; quum *Radix* תָּפַל *insipidus fuit*, nihil boni sensus fundere queat. Ausus tamen Cl. *Cocc.* tum in *Comm.* tum in *Lex. fatuum & insul-*

falsum te praebes, scil. *agendo praeter spem hominis distorti.* Durum. Cl. *Alt.* recurrit ad *Rad.* פָּלַל, unde per formam *Hitaph-hal*, אִתְפַּל *judicem egit*; ut sit, *cum perverso judicem agis.* Id mollius quidem; sed sententiæ isti non adest id acuminis, quod captatum apparet a *Psalte.* Mihi succurrit נָפַל *cecidit*, הִפִּל *stravit:* הִתְהַפֵּל *Luctatorem*, & *Stratorem*, *egit.* Hoc iterum sine ulla *Anomalia* in הִתַּפֵּל contractum, unde תִּתַּפָּל & תִּתְפַּתָּל unum idemque consignare quivis cernit. Qui textum corruptum, & תִּתְפַּתָּל reponendum esse, tendunt, specie ducuntur illi quidem; sed non satis attendunt, a *Sanæ Critices regulis* abhorrere, ut tot *mutationes*, ad *nonaginta* usque, in unum *Psalmum* irrepsisse statuantur vitio Librariorum. Carmen illud haud dubie bis editum, atque ab ipso Auctore in omnibus illis locis leviter immutatum fuit. NB [illegible]

ג. Apparet summo jure *speciem* הִתְהַפְּעֵל *Hith-haph-hal*, & contracte הִתַּפְּעֵל *Catalogo* nostro auctiori potuisse insertari. Sed disquisitio hæcce nos longius sub *Reg.* CVIII. detinuisset; & malui ab iis qui post nos sacra hæcce tractabunt, Numerum amplificari; quam a me nimis extensum judicari. *Analogia Linguæ*, præter *Harmoniam Dialectorum*, eandem hanc *speciem* vindicat. Nempe ut פָּקַד habet suum הִתְפָּקֵד sine *Dagesh:* ut פִּקֵּד suum הִתְפַּקֵּד: ut פּוֹקֵד suum הִתְפּוֹקֵד: ut פַּעְלֵל suum הִתְפַּעְלֵל: ut שַׁפְעֵל suum הִשְׁתַּפְעֵל: ita sane הַפְעֵל suo הִתְהַפְעֵל, & הִתַּפְעֵל, non est privandum.

CLXXIV. Verba *Defectiva media* in *Dialecto Aramæa* elisæ literæ *compensationem* recipere amant in

1. *radicali* quando *præformans* acceſſit: ut יְדִק *comminuet*, quod *Hebræis* יָדֹק: in *plur.* יְדִקוּן, quod *Hebr.* יָדֹקוּ &c. &c.

Apud *Syros* quoque pro דָּקֵק vel דָּקֵק *comminuens*, in *partic. præſ.* exiſtit דָּאֵק, *media rad.* in *Aleph* trajecta; quod in declinatione vel *quieſcit* דָּאֲקָא *comminuens* f. דָּאֲקִין *comminuentes*: vel ſupprimitur, ut דָּקִין.

א. Ut de *puritate*, & *impuritate*, *Dialectorum*, hac in parte, judicari queat, obſervo, *compenſationem* in 3. *radicali*, quam *Hebræi* plerumque, *Arabes* conſtantiſſime tenent, eſſe maxime naturalem, & confuſioni vitandæ accommodatiſſimam. Infinita certe hinc inducta in *Chaldaicam*, & *Syriacam*, *Dialectum*, quæ inter *deficientia prima Nun*, & *deficientia ſecunda radicali*, ancipiti cogitatione diſtinere poſſint vel peritiſſimum. Senſus quidem plerumque dubitationem dirimit: ſed tamen uſu venire poteſt, ut totus ſenſus propterea incertus, atque ſuſpenſus, maneat.

Merito ergo id genus ab *Arabibus*, in puritatem *Linguæ* mirifice, inde ab ultima memoria, intentis, penitus repudiatum, quippe qui ſemper *tertiam geminent*; atque etiam ante *Adform. Syllabicas* reſtitui voluerint *formam perfectam* potius, quam ut vel *Dageſh forte* more *Aramæo* excideret, דַקְתּוּן *comminuiſtis*, vel *Epentheſis* fieret more *Hebræo*, דַקּוֹתֶם, plenum דְקַקְתֶּם tenaciſſime ſervantes.

Notandum præterea, quod quum *Hebræi part. præſens* ſemper integrum retinuerint דָּקֵק, vel דָּקֵק, *Arabes*, pro ſua *Dialecto*, quæ ficticiam Syllabam ad finem adſcivit, enunciare potuerint דָּאֵק, in *fœm.* דָּאקָה & דָּאקַת &c. Hinc expedies modum *Maſorethicum*, *Dan.* 4: 4. עָלְּלִין *ingredientes*: pro עָלְלִין

Ara-

Arabice عالين עֲאלִין.

Quum ergo *duplicatio tertiæ* omnino necessaria reperiatur ad confusionem, & ambiguitatem, evitandam, operæ pretium fuerit tentasse quousque exempla illa, quæ a Cl. *Alting.* & aliis congesta, minui vel possint, vel debeant. Ordinis causa per *species conjugationum* procedemus.

I. Ex *Kal* adducitur אָקֹּב pro אֶקֹּב *Num.* 23: 8. *execrabor.* Hoc ad קָבַב reductum, quia sequitur mox קַבֹּה *execratus est eum.* Cl. *Cocc.* ad נָקַב *transfixit*, rectius retulit, collato & *Vs.* 25. *ibid.*

Sic אָכֹּת *contrivi*, *Deut.* 9: 21. videtur quidem a כָּתַת *contudit*, in 1. *Fut. Kal*, pro אָכֹת, quod plene אֶכְתֹּת: sed sciendum, extitisse olim *Thema* נָכַת, *punxit*, *pungendo tutudit*, & *contrivit.* Infra sub *Hiphh.* redibit.

Manifestus saltem error in יִשֹּׁם, 1 *Reg.* 9: 8. quod pro יֵשֹׁם, a שָׁמַם vertunt *obstupescet*, *attonitus erit.* Omnino ibi tenenda Radix נָשַׁם, *spiravit*, *anhelavit.* Ejus derivatum נְשָׁמָה *anima*, *spiritus*, *anhelitus*, nullum hic dubium relinquit; additur enim ibidem יִשְׁרֹק *sibilabit.* Similiter אֶשֹּׁם וְאֶשְׁאַף *Esaj.* 42: 14. *spirabo*, & *halitum ducam.* Agnovit jam Cl. *Cocc.* in *Lex.* Extat eadem hæc formula pluscuIis in locis, *Jer.* 18: 16 & 19: 8. & 49: 17. & 50: 13. Recurret alio adspectu sub *Hiphh.*

Citra necessitatem quoque huc relatum יִתֹּם *finitum est*, *Gen.* 47: 15. pro יֵתֹם: *Cocc.* rectius *fut.* in *Niphh.* censuit; ut *Ezech.* 47: 12. Inde indubitato יִתַּמּוּ *finientur*, *Num.* 14: 45. pro

quo יִתַּמּוּ *Ps.* 102: 28. in quibusdam Codicibus, sed optimi exhibent יִתָּמּוּ.

Non æque expeditum יִתְּמוּ *Deut.* 34: 8. *finiti sunt.* Hoc *Altingio* est *fut.* in *Kal* pro יִתְמוּ: at *Coccejo fut.* in *Niphh.* pro יִתַּמּוּ. Suspicio est, tres fuisse cognatas *Radices* תּוּם, תָּמַם vel תִּים, & יָתַם. Postremam nonnulli jam adscivere ex *Ps.* 19: 14. ubi אֵיתָם extat pro *integer ero.* Si id admittatur, יִתְּמוּ positum fuerit pro יִיתְּמוּ ex *Reg.* CXXIX.

Merito suspectum verbum sat frequens יִקֹּד *inclinatus est*, vel *inclinavit verticem*, *Gen.* 24: 26. *Exod.* 12: 27. & 34: 8. aliisque locis: cujus *Plur.* יִקְּדוּ *Gen.* 43: 28. *Exod.* 4: 31. *Neh.* 8: 6. &c. Hæc iterum ex *Kal* derivat Cl. *Alt.* ut pro יִקֹּד, & יִקְּדוּ, hæc veniant a קָדַד. Cl. *Cocc.* ex *Niphh.* maluit. Neutrum sat tutum. In tam frequenti usu, (decies quinties minimum occurrit) mirum esset, si ne semel quidem justior formatio compareret. Mihi jam non suspicio, sed liquida satis convictio, *Radicem* esse נָקַד *fixit*, *pupugit*, *defixit visum humi.* نقد *Arabibus.* Id *reverentiæ* signum. In *Originibus* adstruetur.

Alia fluctuatio in נִדְּמָה *Jer.* 8: 14. Vertitur *sileamus*, a דָּמַם, pro נִדְּמָה ex *Fut. Kal.*, secundum *Alting.* quum *Cocc.* iterum malit *Niphh.* pro נִדַּמָּה. Similiter יִדְּמוּ *silebunt*, *Job.* 29: 21. & *Exod.* 15: 16. *immoti erunt*, juxta *Cocc.* pro יִדַּמּוּ. *Jos. Kimh.* ad nodos hosce solvendos jam olim recurrit ad Thema נָדַם, ejusdem potestatis cum דָּמַם. Hæc *Originum opus* discutiet, cum aliis adhuc locis, in quibus idem scrupulus: ut יִדֹּם *silebit*;

bit; *Amos* 5: 13. *Ps.* 30: 13. &c.

Ad *Kal* revocatur quoque a Cl. *Alt.* & *Cocc.* יִגָּר *ruminabitur*; *Lev.* 11: 7. quod tamen ex *Niphbal* longe mollius; in *Pausa* enim venit, pro יִגַּר, ex יִגָּרֵר, ut. יִסַּב.

Ultimum fit תְּצִלֶּנָה *tinnient aures*, *Jer.* 19: 3. a צָלַל, in *Fut. Kal* ad calculum Cl. *Alt.* & *Cocc.* Pro eo ex *Hiphh.* habemus תְּצִלֶּינָה 1 *Sam.* 3: 11. Si *radix* צָלַל, omnino ex *Niphh.* descenderit isthæc forma. Forte tamen gravius quid subest ibi, nam *Rad.* נָצַל in *Origine* sonuisse videtur, *cum tinnitu extrahi*, vel *destringi*; unde existeret *aures cum tinnitu velut destringentur*, ex *Kal.* Hæc alibi enucleanda.

II. Ex *Niphbal* profertur נִחַר *exustum est*, *Ps.* 69: 3. quasi נִחַר, pro נִחַר, a חָרַר; unde נִחָרוּ *adusta sunt*, *Ps.* 102: 4. pro נִחֲרוּ ob *Pausam* esse volunt. Posterius hocce precarium. נִחָרוּ pro נִחֲרוּ ibi positum, meliori jure tetenderis. Confer, quæ *pag.* 331. monuimus, de *gemina compensatione* in 1. & 3. sede.

Concessi *ibidem*, *Dagesh forte* ex 3. omissum nonnunquam: ut נִחַלְתְּ *profanata es*, *Esech.* 22: 16. pro נִחַלּוֹת: item נִחַנְתְּי *stridula facta es*, *Jer.* 22: 23. pro נִחַנּוֹתִי: nec præfracte id negare ausim, quod tam adfines *Dialecti* frequentarunt. Vide tamen quid ad hæc ipsa dici queat. Utrumque potest esse *Partic. fœm.* in *Niph.* quod cum *Pron.* אַתְּ eleganter coaluit. Certe יֹשַׁבְתְּי *Jer.* 22: 23. est haud dubie יֹשֶׁבֶת אַתְּי. *Sedens tu*, & מְקֻנַּנְתְּי *nidulata tu*, מְקֻנֶּנֶת אַתְּי. Indicatum p. 309. Ergo נִחַנְתְּי etiam pro נִחָנָה אַתְּי, *absorpto He*, *Aleph* & *Dagesh forti*, atque *Tzeri* ad *Characteristicam* redeunte, quia *Accentus* ad vi-

viciniam ejus reductus. Similiter נִחַלְתְּ ex נִחַלָּה אַתְּ *profanata tu*, emersisse putem.

Non est quod נְחַלּוּ mihi objiciatur, *Ezech.* 7: 24. pro נִחֲלוּ *polluent*; vel secundum alios, *polluentur*. Series ibi exigit potius *Radicem* נָחַל, *crevit hæreditatem*; nam & יָרַשׁ *hæres fuit*, præcessit. Discussio longius exiret.

Non admittere ausim נִחֲתָה pro נִחֲתָה, *Ps.* 18: 35. *confractus est*, a חָתַת. Alibi jam monui mollius a נָחַת, *descendit*, resolvi, vel ex *Niphh. descendere factus est Arcus æneus brachiis meis*; vel potius ex *Pihh. Brachia mea descendere fecerunt Arcum æneum* &c.

נֶחָמִים *calefacti*, *Esaj.* 57: 5. non est pro נֵחַמִּים, *Plur. Niphh.* a חָמַם: sed est a יָחַם, per *quietem primæ Jod* in *Tzeri*. Redi ad *Reg.* CXXIX.

Similiter conformatum putem נֵאָרִים pro נִיאָרִים, *maledictionibus perusti*; *Mal.* 3: 9. *Analogia* נֵאָרִים requirit, si *Radix* sit אָרַר. *Origines* ostendent, אָרַר, & יָאַר. unam potestatem tenuisse. Sic & *Niphhal* formationibus hisce minus puris liberatum.

III. In *Hiphh.* pro יָסֵב sæpe occurrere creditur יַסֵּב *circumduxit*, *convertit*; ut *Exod.* 13: 18. & 2 *Sam.* 20: 12 Etiam יַסֵּבּוּ extat, *Jud.* 18: 23. & 1 *Sam.* 5: 8. & 2 *Chron.* 29: 6. Redi ad p. 331. ubi hoc genus jam indicatum. Nonnulla tamen horum *Radicem* mallent נָסַב, quæ omnino *Hebræis* restituenda.

Formas יַתֵּם *perficiat*, 2 *Reg.* 22: 4. & תַּתֵּם *integras facis*, *Job.* 22: 3 pro יָתֵם & תָּתֵם, a תָּמַם, non omnino improbare au-

ausim, magis tamen inclino, pro hisce, ad *Thema* יָתַם vel וָתַם, *Reg*. CXXIX. ut *Waw suppressum* per *Dagesh forte* compensetur. Confer quæ *pag*. 321. prostant de *deficientibus Jod*, vel *Waw*, potius.

Peculiarem curam exigit וַנַּשִּׁים *Num*. 21: 30. Plerique dant, *& desolavimus*; a שָׁמַם *vastatus fuit*. Similiter *Jer*. 49: 20. *Si non* יַשִּׁים *desolabit super ipsos mansionem eorum*; pro יָשֵׁם. Cl. *Cocc*. tentavit quoque, *obstupescere faciet*. Alii alia. Tutius, ut ad *Rad*. נָשַׁם redeatur, unde הִשִּׁים *fecit suspirare*. Posset etiam recurri ad נָשָׁה pro נָשַׁי, unde יַשִּׁי pro יַנְשִׁי, cum *adfixo* ם, daret, *si non oblivisci faciet eorum*, *super eos*, *mansionem eorum*. Sic in *Jobo*, *non agnoscet eum locus ejus*. Quæro: necdum statuo.

Verbum תַּמֵּר *Exod*. 23: 21. quibusdam ἀνωμάλως positum videtur pro תַּמְרֶה, a תָּמֶרֶה *rebellabis*. Mollius, quod Cl. *Alt*. ex תַּמֵּר, a מָרַר *amarus fuit*, det, *exacerbes*. Cl. *Coccejo* placuit, *ne te amarum facias contra eum*. Cl. *Guss*. in *Comm*. L. H. sub מָרָה, respexit ad נָמֵר *pardus*; supponens *Rad*. נָמַר notasse *ferocire*. Sic תַּמֵּר in תַּנְמֵר resolvendum esset. Apud *Arabes* נָמַר نمر valet *Maligna indole fuit*. Inde תַּמֵּר convertere licet, *ne malignum*, *præfractumve*, *te præbeas erga eum*.

Restat וַיַּכְּתוּ *Deut*. 1: 44. & *Num*. 14: 45. pro וַיָּכֹתּוּ, *& contriverunt*, a כָּתַת *contudit*; ut volunt. Sed & heic succurrit *Thema* נָכַת نكت *punxit*, *pungendo tutudit*. Inde signata phrasi *tundere terram* dicitur, qui *transfossus terram mordere* cogitur, & *in caput deturbatur*. Vides quare forma *Hipph*.

adhibita. Pulcherrime ergo enunciatum, *Num.* 14: 15. וַיַּכּוּם וַיַּכְּתוּם & *percusserunt eos, & fecerunt eos tundere terram capitibus.*

IV. Ex *Hophhal* adducitur יֻכַּת *Esaj.* 24: 12. pro יוּכַת *contunditur*, iterum a כָּתַת. Nil duri: & jam satis speciose dici posset, *Dagesh forte* ad normam *Aramæam* captatum, ut *contusionis* imitatio quædam in ipso sono esset. Sed quidni a נָכַת, cum illustriore adhuc figura.

Iterum *Jer.* 46: 5. *Heroes eorum* יֻכַּתּוּ, pro יוּכַתּוּ, a כָּתַת ita admitto, ut tamen expendendum tradam, an forma conflata sit ex gemina *Radice* כָּתַת, & נָכַת, ex *Reg.* CXXXV. Adi *Comm.* in *Job. Cap.* 4: 20.

Ad profundius hocce genus etiam pertinere suspicor יוּשַּׁד *Hos.* 10: 14. *vastabitur*, vel potius *vastatus Carmen fiet publicum*: a שָׁדַד & נָשַׁד نشد. Pariliter יוּסַב *circumagetur*, *Esaj.* 28: 27. a סָבַב & נָסַב. His enodandis insistere, non est præsentis curæ. Simile quid in יוּלַּד ad *Job.* 5: 7. reperies.

ב. Ad *Syriasmum* posteriorem, revocatur a Cl. *Alt.* שׁוֹאסַיִךְ pro שֹׁסַיִךְ *spoliantes te.* Cl. *Cocc.* ab affini שָׁסָה derivare maluit, inserto *Aleph.* Prius *Analogiæ* congruentius. Mihi tamen & שָׁאַס eadem potestate præditum extitisse, verisimile. Sic שׁוֹאסַיִךְ pro שֹׁאֲסַיִךְ, per *quietem med. Aleph* conformatum fuerit. Sunt hæc verba ex genere [illegible], ut in *Originibus* exponetur.

Ad eundem *Syriasmum* magno consensu reducitur יִמְאַס *li-*

que-

quesit, *Jobi* 7: 5. & *Ps.* 58: 8. pro יִמַּסּוּ, in *Fut. Niph.* a מָסַס *liquescere*. Cl. *Hill.* p. 546. hinc *Regulam* condere ausus, *Samech ante se ipsum verti in* א. Quid non sibi permittunt Viri Docti! An ergo ubicumque duplex *Samech*, pro priore *Aleph* adsciscitur? Inauditum id in *Ling. Orient.* Priori opinioni, esse imitationem *Dial. Syriacæ* obstat, quod ipsi *Syri* hoc in *Futuris Defic. media* nunquam fecerint. Retinenda *Radix* מָאַס, *sprevit*; cujus *Origo* est, *ulceratus fuit*. Consulantur quæ ad *Jobum* plus uno loco prolata.

Coactius adhuc, quod יַאֲהִיל *Job.* 24: 5. a *Radice* הָלַל *splenduit*, ex יְהָלִיל mutatum dicatur in יְהָאִיל; unde per *Metath.* יַאֲהִיל. Nec mollius multo, quod aliis יָהֵל per *Aleph Epentheticum* extractum videatur in יַאֲהִיל. Nil simplicius, nil grandius simul, quam quod *Radix* אָהַל ministrat, *Ecce vel Luna*, לֹא יַאֲהִיל *non obtinebit tentorium*. Adisis *Comment.* ubi formula loquendi illustrata.

Non admittimus צֶאֱלִים pro צְלָלִים *Job.* 40: 21. vel ad *umbras*, vel ad *umbrosas arbores* signandas. *Lotos arbores* ibi significari a *Rad.* צָאַל, vel צִיל in *Comment.* indicatum.

Ne minimam quidem speciem veri habet בָּזְאוּ *Esaj.* 18: 2. elatum pro בָּזְזוּ *diripiunt*. Hæc esset veri nominis *Anomalia*, cui nihil simile in toto *Linguæ* ambitu. In talibus nil finire, vel fateri ex mera agi conjectura, tutius, justiusque. *Radicem* בָּזָא olim extare potuisse: quis neget? Si cognatum quid sectandum erat, ad בָּזָה *contemsit*, potius decurrendum fuisset: ut בָּזְאוּ pro בָּזוּ sit enunciatum, vel בָּזְזוּ, ad *Reg.* CXXXIII. Digna phrasis, *Flumina contemnunt terram*, i. e. *inundant*. Alibi plura.

Difficilis *Analysis* verbi בָּהְשַׁמָּה *in vastari*, *Lev.* 26: 43. Secundum *Masoram* dandum *in vastari ejus*; ut *He adfix. Mappikatum* transierit in *quietem*. Id non facile admittendum. Est potius *termin. fœm.* הָשַׁמָּה pro הָשְׁמָמָה; unde cum *præfixo* בָּהָשְׁמָמָה, & mox *Schevate composito* in *simplex quiescens* reducto בָּהְשַׁמָּה. *Vs.* 34: 35. ejusdem *Capitis* extat הָשַּׁמָּה eadem lege, quamvis & הֻשַּׁמָּה in *Exemplaribus* multis exaretur. Si posterior scriptio obtineat, duæ *radices* concurrerint, נָשַׁם *spiravit*, & שָׁמַם *vastatus fuit*.

Inter *Anomala* quoque censetur תָּהֳלָה *Job.* 4: 18. aliis *claritas*, ab הָלַל *splenduit*, ex *Hophh.* pro תּוּהֳלָה, ex pleno תְּהֻלָּלָה: aliis *stultitia*, ab eadem *Radice*. Utrumque minus concinnum. In *Commentario* nodum exsolvere conatus sum, restituta *Radice* הָלָה. Illuc remitto.

Alias adhuc *Anomalias*, quæ verbis *deficientibus media radicali* accidisse traduntur, tetigimus supra p. 332.

De forma יָחֵלוּ, pro יְחַלֲלוּ, *expectant*, ad legem *defect. med.* novam infra CLXXXI. regulam exhibebo.

CLXXV. *Chaldæis* solemnis *quies primæ Aleph* in *Fut. Kal* per *Tzeri*; ut יֵאכֻל *comedet*, quod & יֵיכֻל exaratur. *Syris* insuper familiaris *quies primæ* in *Chebotzo* sive *Chirek*; ut נִאמַר *dicet*: תִּאזֵל *ibis*: אִזַל pro אֶאזַל *ibo*.

In

In *Hiphh. prima Aleph* tranſit in *Waw*, apud *Chaldæos quieſcens* in *Cholem*, apud *Syros diphthongeſcens* per *Patach*: ut אוֹכֵל, & אַוְכֵל, *comedere fecit*.

א. Hæc maximam partem *Hebraici* etiam *juris* fuiſſe, jam inſinuatum ad *Reg*. CXXVIII. p. 341. 343 344.
Apud *Arabes* in his omnibus ſumma *puritatis radicalis* cura, qua cautum, ut de *prima Aleph* liquido ſemper conſtaret.

CLXXVI. *Media radicalis Aleph* apud *Syros* interdum *primæ radicali* præmittitur, non in *tertia* tantum, ſed & in *prima conjugatione*. Huc traxit *quies mediæ* illius, iis ferme perpetua. Sic a מְאַן *moleſtum fuit*, pro מֵאֵן, in *futuro* exiſtit תֶּמְאַן *moleſtum erit: tœdebit*, & per *metath*. תֶּאמַן *Hebr*. 12: 13. quin cum duplici *Olaph*, לָא תֶאמְאַן לַן *non pigebit nos*, *Gal*. 6: 9. Anſam præbuiſſe videtur pronunciatio fortior *primæ Syllabæ*, per quam *media Aleph* viſa ad *primam ſedem* commigraſſe. Non eſt genus valde purum: unde & accuratiores eo fere abſtinent.

א. Huc reductum ab *Alting*. לַאֲדִיב *ad cruciandum*, 1 *Sam*. 2: 33. quaſi veniret pro לְהַאֲדִיב; atque illud iterum pro לְהַדְאִיב, in *Infin*. *Hiphh*. a *Rad*. דָּאַב *doluit*. Similiter *Cocc*. in *Lex*. Mihi ſimplicior videtur *Syriaſmus*, quem præbet דּוּב, un-

unde pro הַדִיב more *Aramæo* exstitit אַדִיב, & לַאֲדִיב, eodem significatu. *Schindl.* in *Lex. Pentagl.* cum *Avenar.* restituere ausus *Radicem* אָדַב, quæ idem valeat cum דָּאַב. Id valde plausibile. In *Originibus* incudi reddetur, atque ex *Dialecto Arab.* confirmabitur.

Iidem Viri Doctiss. reposuerunt quoque *Rad.* אָדַשׁ *trituravit*, ejusdem notionis cum cognata דּוּשׁ. Eodem inclinat & *Cocc.* in *Lex.* ob אַדוּשׁ *triturare*, *Esaj.* 28: 28. Cl. *Alting.* trajectione *Aramæa* utitur, quasi esset pro דָּאוּשׁ, a דָּאַשׁ, unde *Arabes* suum داس traxerint, idem cum דּוּשׁ. Atqui illud *Aleph* non *radicale Arabibus*, sed *servile*, substitutum pro *Waw*, quod solemne in *quiescentibus media*. Cl. *Vitr.* in *Comm.* vocat *formam insolentem* per *Prosthesin* ℥ א. Id non plane rejiculum. Nempe in *Dialecto Arabica* non *Imperativus* tantum, sed & *Infinitivus primæ Conjug.* augetur nonnunquam *Aleph servili.* Magis tamen inclinarem in *Thema* אָדַשׁ; de quo *Origines* anquirent.

Crux *Grammaticorum* וְנֵאשְׁאַר אָנִי, *Esech.* 9: 8. *relictus*, vel *residuus factus est ego.* Habetur pro *Præt.* in *Niphh.* נִשְׁאַר cum *Aleph Epenthetico*; mutatis insuper punctis. Id parum juvat. *Alt.* noster primo per *Syriasmum* concipit נֵאשַׁר ex נִשְׁאַר *relictus fuit:* unde reposito & altero *Aleph* prodierit נֵאשְׁאַר. Acute. Sed constructio parum favet; nam durius exit, *Relictus fuit ego.* Hoc ansam dedit *Pagnino*, & aliis, de *duplici Conjugatione* cogitandi, quasi esset *Præt.* in *Niphh.* & *Fut.* in *Kal* simul. Huc concedit Cl. *Cocc.* sub *Niphh.* ita ordinans hocce exemplum, ut א ex *Fut. Kal* insertum autumet. Acumen adjecit Cl. *Danz.* p. 388. quasi Propheta incipiens a נִשְׁאַר *relictus fuit*, numerumque jam expressurus, semet correxerit, & אֶשְׁאַר אָנִי *relictus fui ego*, extulerit. Addit & aliud, ex 1. *Plur. Fut. Kal*, cum 1. *Sing.* ut vates inceperit נִשְׁאַר *relinquebamur*, per [illegible]

sub-

subsumto mox אשאר *relinquebar ego.* Ultimo dein conatu respicit ad *Rad.* אשר *felix, beatus fuit*, quasi esset pro נאשר *felix factus ego.* Id languidius, & arcessitum. Cl. *Hill.* p. 511. vult compositum esse ex נשאר שאר *Relictus reliquiarum.* Argutius, quam solidius. Si essem Criticus, una trajectiuncula rem confectam dari posse dicerem, juberemque rescribere ואנשאר vel ואנשאר, in 1. *Sing. Fut. Niph.* & *relictus sum*; ut ואענה, ואעשיר, & alia. Adderem, *Masorethas*, ad insolentem scriptionem hæsitantes, maluisse alterum illud. Non tamen huc progredi sustineo: & tutior apud me suspensio judicii, quam audax decisio. Conatibus hominum Eruditissimorum hicce accedat. *Dialectus Syriaca* ad 3. *masc. Sing. Fut.* æque ac ad 1. *Plur.* locat נ, & a שאר pro שאר dat נשאר *relictus erat.* Hoc & נאשאר scribi potuit, quin נאשר. Id *Radici* servandæ etiam נאשאר scriptitatum videtur; unde נאשאר *Aleph* in *motum* excitato, & ne quiescere censeretur, distinctius נאשאר. En mollius adhuc, simulque figuratius, per speciem *Oxymori*, ex *plur. fut. kal*, pro נשאר, & *relicti fuimus Ego.* Volebat plures numerare, sed *Solus* superstes factus, *Ego* subsumit. Internecioni pingendæ aptissimum *Schema.*

Contrariam *trajectionem* indicat Cl. *Alting.* in נואל, *stultus factus est*, a *rad.* אול, vel אול, unde אויל *stultus.* Cl. *Cocc.* hanc *formam*, & *vim*, a *rad.* יאל arcessivit, in qua inesse statuit *levem* ac *temerariam* voluntatis *inclinationem.* Cl. *Guss.* sub יאל etiam a *Metathesi* alienior; negans viam in *Grammatica* patere ad נואל & נאל a נאול deducendum. Fallitur: etenim *Aleph* in *quietem* per *Cholem*, ex *Reg.* CXXVIII. misso, existit נאול. In

ista

ista *quiete* autem proclivis mutatio ſ *Aleph* in *Waw*, vel *expressum*, vel latens in *Cholem*. Sic נוֹל, & נֹל, enatum. Inde commodiore pronunciatu emergere potuit נוֹאַל, & נֹאַל *media Waw* vicissim in *Aleph* commutata. Nihil tamen finio. *Origo Thematis* יָאַל in lucem protracta nodum *Criticum* resolvet.

Admitti non potest, quod Cl. *Alting. mediam Aleph* semel *tertiæ* postpositam tradat in צֹנַאֲכֶם *Grex vester*, *Num.* 32: 24. pro צֹאנְכֶם. *Analogia* exigit צֹנֶא, *part. præs.* a צָנָא, idem quod צָאַן *fœcundus fuit*. Inde צֹאן pro צֹאֵן *grex* a *fœcunditate*, qui & *fœcundans*, vel potius *fœcunditate abundans* dictus. Utraque Radix *Arabibus* protrita. Habent & tertiam צָנָה, unde *Ps.* 8: 8. צֹנֶה conformatum. Vulgo in *He paragog* & צֹאן resolvitur. Obstat tum aliud, tum accentus ad finem, qui arguit *formam participialem*.

CLXXVII. Apud *Aramæos* in *part. præsenti* pro קָוֵם existit קָאֵם *Waw* in *Aleph* trajecto; quod in *motione* & *declinatione* ut *Jod* effertur: plerumque & scribitur: ut קָאֲמָא, & קָיְמָא *stans* &c.

א. Idem in *Dial. Arabum* obtinere norunt, qui primis labris eam gustarunt; قَايِمٌ enim pro قَائِمٌ, & hoc pro قَاوِمٌ, exaratur. Sic Viri Docti formatum volunt כָּאֲרִי, *Ps.* 22: 17. ut sit, *fodientes*, a כּוּר, *fodit*, omisso *Mem pluralitatis*. Mihi sem-

Semper tutior visa *Analysis*, ab אֲרִי, ut sit, *sicut Leo*. Confer quæ submonita ad *Reg*. LXXI. pag. 173. *num*. ד.

Lubentius huc retulerim וְקָאם pro קָם, *Hos*. 10: 14. non in *Præter*. & *exsurgit*, ut *Alt*. noster volebat, sed in *Part*. & *surgens*, vel potius, *stans*, *tumultus* &c.

Pro רָאֲמָה *Zach*. 14: 10. jam supra indicavi *Radicem* רָאַם, diversæ notionis a רוּם *altum esse*, nempe *coalescere*, & *consolidari*. Inde רָאמוֹת *Râmoth* inter *gemmas*; forte *curallia*. Adisis *Comment*. in *Jobum*, *Cap*. 28.

A שׁוּט *flagellavit*, recte derivatur שָׁאטִים pro שָׁאטִים *flagellantes*, *Esech*. 28: 24. & שָׁאטוֹת *Esech*. 16: 57. Extitisse tamen *Radicem* שָׁאַט, ex שׁוּט oriundam, plusquam verisimile. De his alibi plenius.

Non necesse est pro יְהוּא *erit*, *Eccles*. 11: 3. supponere *Radicem* הוּא formæ בּוֹא, unde more *Chaldaico* יְהוּא pro יָהוּא in *Fut*. *Kal* extiterit. Tenemus *Radicem* הָוָה, unde in *Fut*. per *Apocopen* conformato יְהוּ pro יְהוּ, ex יְהֱוֶה, vel יִהְוֶה. Redi ad *Reg*. CXLVII. & adde *Reg*. CLI. *num*. I.

CLXXVIII. *Quiescentia tertia radicali*, apud *Chaldæos*, & *Syros*, in 3. *sing*. *fœm*. *præteritorum* excludunt ultimam, atque in ת exeunt: ut גְּלָת *revelavit* &c. in 3. autem *plur*. *masc*. sæpe ו in *Diphthongum* exit cum *tertia radicali*: ut גְּלִיו.

א. Talia sunt וְקָרָאת & *vocabit*, retento *Aleph*, ad *indicium*

ra-

radicis. Item קְרָאת *contigit*, a קָרָה, ex *vicissitudine* per totum hoc genus regnante. נִפְלָאת *mirabile est*, *Ps.* 118: 23. הֻבָאת, *adducta est*: pro הֻבָאָה, a בּוֹא, *Gen.* 33: 11.

Consimiliter הָגְלַת *deportata est*, *Jer.* 13: 19. cum reliquis *pag.* 376. ad finem, illustratis. Adde *pag.* 415. unde disces id in adfixione perpetuum fuisse: ut *Hebræis* liquida, & plena, jura, in illud ת fuisse, appareat.

ב. Posterioris formationis unum illustre specimen remansit, *Jos.* 14: 8. הִמְסִיו *liquescere fecerunt*. Pro הִמְסוּ id positum ajunt: & sunt qui addant, *Jod Epentheticum* interfertum. *Analogia* justissima sese confestim omnibus insinuabit, oculo in *formam* perfectam conjecto, הִמְסִיו *Him-sjou*, quod *Chaldæo* ore *Himsiw* enunciatum: *Jod* in *quietem*, & *Waw* in *motum Diphthongescentem* misso. Hoc si *Hebrææ* quoque *ditionis* fuisse negetur, vivæ pronuntiationis vis, & volubilitas, parum attenditur.

ג. Quod Cl. *Alting.* subnexuit de *terminali* Puncto *Tzeri*; quasi ex *Chaldaismo* veniret, in *Infinit.* & *Futuris*, seponimus. Suus hisce locus datus sub *Reg.* CXXXII.

De *He* in *Aleph* trajecto, ut הֱוָא *esto*, pro הֱוֵה, consulatur *Reg.* CXXXIII.

CLXXIX. *Participia* apud *Aramæos* coalescere amant cum *pronominibus primæ*, & *secundæ*, *personæ*. Ad arctiorem nexum aliquid mutationis in forma assumtum, convenienter cuique terminationi. Ita פָּקְדָתִּי vel פָּקְדָתִּי *inspiciens tu* f. pro פָּקְדָא אַתִּי: & פָּקְדִיתוּן *inspicientes vos*, pro פָּקְדִין אַתּוּן &c.

א Huc rite jam revocatum a Cl. *Alting.* מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *adoran-*

tes

tes vos, pro מִשְׁתַּחֲוִים אַתֶּם, *Ezech.* 8: 16. Plura ejuſcemodi adducta ad *Reg.* CXX. *pag.* 309. & ad *Reg.* CLXXIV. Addo nunc מְקַלְלוּנִי *Jer.* 15: 10. forte reſolvendum in מְקַלֵּל הוּא *Maledicens ipſe*. cum *adfix.* נִי. Certe *Syriaca* Dialectus ſuum הוּ in הֻו trajicit, & cum præcedenti vocabulo connectere amat. Sic graviſſima oritur ſtructura, quales *Syria* præſertim frequentat, כֻּלֹּה מְקַלְלוּנִי, *univerſitas ipſius*, *maledicens ipſe mihi.*

CLXXX. *Adfixio* quæ apud *Aramæos* fit cum *terminatione plurali* וּן, a nobis jam illuſtrata ſub *Reg.* CXLIV. pag. 429. 430. Hic tantum attingenda reſtat gravior illa, quæ *Nun Paragogicum* & *Nun Epentheticum* conjunxiſſe creditur: ut יִפְקְדֵנִּי *inſpiciet me*, & יִפְקְדוּנַּנִי *inſpicient me.*

א. *Futurum* hocce apud *Arabes* vocatur *Paragogicum grave*. Nempe *Levis Paragoge* ipſis dat יִפְקְדַן vel יִפְקְדֶן: *gravis* autem *Dagesh forte* adſciſcit, & *Jiph-kedan-ne*, vel *Jiph-keden-ne* enunciatur. Inde in *Plurali* exiſtit *Jiph-kedoun-ne*, & cum *adfixo* יִפְקְדוּנַּנִי. Vehementiam ſummam adfert hæc forma. Ea uſus *Jobus Cap.* 19: 2. *Quouſque* תְּדַכְּאוּנַּנִי *contundetis me*? &c. Nonnulli *Codices* iſtud *Dagesh forte* omittunt. Nempe turbabat, quod minus ſolens; & vitii ſuſpicionem movebat. *Dialectorum* uſus integritatem *Lectionis* adfirmat.

CLXXXI. Ex *Dialecto Arabum* forma geminans *tertiam Radicalem*, i. e. *Pihlel*, imitatur *Defectiva media radicali*, atque *eliſionem* amat ante *adfor-*

 man-

mantes asyllabas. Sic יְחִלּוּ *Job.* 29: 20. pro יְחַלְלוּ positum putem; in *Præt. Piblel.* Signantius id, quam יְחַלּוּ *ibid. Vs.* 23. ex *Præt. Pibbel.*

א. Vulgo *Dagesh* hocce vocatur *Euphonicum:* ut pro יְחַלְלוּ in *Pibbel*, duplicato *Lamedh* exierit יִחֵלְּוּ. Iis qui *punctaturæ* minus favent, ansa ex his, similibusque, porrecta, ad incuriam, inscitiamve, *Masorethis* objiciendam. Sunt etiam qui corruptionem Sacri Textus hinc evidenter comprobari posse tendant. Omnia integra reperientur, si modo *Lingua* priscam suam ditionem tenere sinatur. Retentum autem in יִחֵלְּוּ *Chirek* ante *Cheth*; cum implicito *Dagesh forti* ad *compensationem.* Adhibita quoque *Productio* eadem quæ in *Defectivis media.* Ad hanc normam נָתָנּוּ ex נְתָנְנוּ, pro נִתְּנוּ, contractum existimo *Esech.* 27: 19. Nempe a נָתַן *dedit*, in *Piblel* existit נִתֵּן *datavit:* quod & נִתֵּן, unde in 3. *Plurali* per *elisionem* נִתְּנוּ, & mox נָתָנּוּ. Consimilis ratio in נָשַׁתָּה *defecit, elanguit*, *Esaj.* 41: 17. *Radix* נָשַׁת duplicata *tertia* præbet נִשְׁתֵּת, נִשְׁתֵּת, unde נִשְׁתְּתָה, & נִשְׁתָּתָה in *Pausa*: & mox נָשַׁתָּה in נָשָׁתָּה commutandum.

Cl. *Alting. Reg.* 64. hæc exempla *Euphoniæ* causa inscripti *Dagesh* adducens, subdit, *nisi talia sint a Geminatis secunda.* Ad hoc genus pertinet נָזֹלּוּ *Esaj.* 63: 19. quod vulgo ad נָזַל *defluxit*, revocatur. Cl. *Cocc.* in *Lex.* monens *esse ut* יָכָלּוּ *cum Dagesh Euphonico*, adjecit, *alludi ad Verbum* זלל. Ad נָזַל itum, tum ob *Jud.* 5: 5. tum quod זלל *vilis fuit*, non videretur quadrare.

drare. Teneatur ergo usus insignitior *thematis* دل, in *depressione*, & *subjectione sub pedibus calcantis*. Inde *figuram* hancce lucramur ex *Niphhal*, *A facie Tua montes redacti sunt ad vilissimam depressionem*, *sub pedibus Tuis complanati*, *solo æquati*, *contriti*.

CLXXXII. Terminatio *Pluralis mascul.* apud *Arabes* est יִן in *obliquis*, וּן in *rectis casibus:* unde in *Regimine* בְּנוּ *Benou*, pro בְּנוּן *Benoune filii*.

א. Huc revocari possunt multæ *Lectiones*, quibus vitium subesse judicarunt *Masorethæ*. בְּנֵו אֶלְקָנָה *Filii Elkanæ* : 1 *Chron.* 6: 11. יְדֵו אָדָם *manus hominis*, *Esech.* 1. יֹשְׁבֵו יַעְבֵּץ *sessores Jabetzi*: 1 *Chron.* 2: 54. יֹדְעֵו עֵדֹתֶיךָ *cognoscentes testimoniorum tuorum*, *Ps.* 119: 79. מִיצִיאֵו מֵעָיו *De egressis viscerum ejus* : 2 *Chron.* 32: 21. תֹּקְעֵו הַשּׁוֹפָרוֹת *clangentes buccinis*, *Jos.* 6: 9. Adde שְׂנֻאֵו *exosi*, 2 *Sam.* 5: 8. קָדְשֵׁו *sanctitates*, 1 *Reg.* 15: 15. רֻבֵּו *præcellentiæ*: *Hos.* 8: 12 נְבִיאֵו 2 *Reg.* 17: 13. Hæc & alia bene multa, quæ nunc amputamus, in *Libro de Analogia Ling. Hebr.* ulterius discutienda.

mantes assyllabas. Sic יֵחֵלּוּ *Job.* 29: 20. pro יְחַלְלוּ positum putem; in *Præt. Piblel.* Signantius id, quam יֵחֲלוּ *ibid. Vs.* 23. ex *Præt. Pibbel.*

א. Vulgo *Dagesh* hocce vocatur *Euphonicum:* ut pro יְחֵלוּ in *Pibbel*, duplicato *Lamedh* exierit יְחֵלּוּ. Iis qui *punctaturæ* minus favent, ansa ex his, similibusque, porrecta, ad incuriam, inscitiamve, *Masorethis* objiciendam. Sunt etiam qui corruptionem Sacri Textus hinc evidenter comprobari posse tendant. Omnia integra reperientur, si modo *Lingua* priscam suam ditionem tenere sinatur. Retentum autem in יְחֵלּוּ *Chirek* ante *Cheth*; cum implicito *Dagesh forti* ad *compensationem*. Adhibita quoque *Productio* eadem quæ in *Defectivis media.* Ad hanc normam נְתָנוּ ex נִתְּנוּ, pro נִתְנְנוּ, contractum existimo *Esech.* 27: 19. Nempe a נָתַן *dedit*, in *Piblel* existit נִתֵּן *datavit:* quod & נִתַּן, unde in 3. *Plurali* per *elisionem* נִתְּנוּ, & mox נִתָּנוּ. Consimilis ratio in נָשָׁתָּה *defecit*, *elanguit*, *Esaj.* 41: 17. *Radix* נָשַׁת duplicata *tertia* præbet נִשְׁתֵּת, נִשְׁתַּת, unde נִשְׁתְּתָה, & נִשְׁתָּתָה in *Pausa*: & mox נָשָׁתָּה in נָשָׁתָּה commutandum.

Cl. *Alting. Reg.* 64. hæc exempla *Euphoniæ* causa inscripti *Dagesh* adducens, subdit, *nisi talia sint a Geminatis secunda.* Ad hoc genus pertinet נָזֹלּוּ *Esaj.* 63: 19. quod vulgo ad נָזַל *defluxit*, revocatur. Cl. *Cocc.* in *Lex.* monens *esse ut* יִכָּלוּ *cum Dagesh Euphonico*, adjecit, *alludi ad Verbum* זלל. Ad נָזַל itum, tum ob *Jud.* 5: 5. tum quod זלל *vilis fuit*, non videretur quadrare.

drare. Teneatur ergo usus insignitior *thematis* ذل, in *depressione*, & *subjectione sub pedibus calcantis*. Inde *figuram* hancce lucramur ex *Niphhal*, *A facie Tua montes redacti sunt ad vilissimam depressionem*, *sub pedibus Tuis complanati*, *solo æquati*, *contriti*.

CLXXXII. Terminatio *Pluralis mascul.* apud *Arabes* est ין in *obliquis*, ון in *rectis casibus:* unde in *Regimine* בְּנוּ *Benou*, pro בְּנוּן *Benoune filii*.

א. Huc revocari possunt multæ *Lectiones*, quibus vitium subesse judicarunt *Masorethæ*. בְּנֻו אֶלְקָנָה *Filii Elkanæ : 1 Chron. 6:* 11. יְדֻו אָדָם *manus hominis*, *Esech.* 1. יֹשְׁבֻו יַעְבֵּץ *sessores Jabetzi*: 1 *Chron.* 2: 54. יֹדְעֻו עֵדֹתֶיךָ *cognoscentes testimoniorum tuorum*. *Ps.* 119: 79. מִיצִיאֻו מֵעָיו *De egressis viscerum ejus* : 2 *Chron.* 32: 21. תֹקְעֻו הַשּׁוֹפָרוֹת *clangentes buccinis*, *Jos.* 6: 9. Adde שְׂנֻאֻו *exosi*, 2 *Sam.* 5: 8. קָדְשֻׁו *sanctitates*, 1 *Reg.* 15: 15. רֻבֻּו *præcellentiæ: Hos.* 8: 12 נְבִיאֻו 2 *Reg.* 17: 13. Hæc & alia bene multa, quæ nunc amputamus, in *Libro de Analogia Ling. Hebr.* ulterius discutienda.

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,

Quibus aliquid lucis adfunditur.

GENESIS.

EXODUS.

L E-

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

LEVITICUS.

NUMERI.

DEUTERONOMIUM.

JO-

I N D E X

J O S U A.

J U D I C E S.

1 S A M U E L I S.

2 S A M U E L I S.

1 RE-

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

1 REGUM.

2 REGUM.

1 CHRONICORUM.

2 CHRONICORUM.

ESRAS.

INDEX

NEHEMIA.

JOBUS.

XXXVIII:

PROVERBIA

ECCLESIASTES.

CANTICA CANTICORUM.

ESAIAS.

JEREMIAS.

XII:

DA-

DANIEL.

HOSEA.

JOËL.

OBADJA.

NAHUM.

HABACUCUS.

HAG-

HAGGÆUS.

INDEX VOCABULORUM.

א.

אֲגַמִּים

אֶצְבָּעִים

ג.

הוֹשַׁבוֹתִים

הָפֵרוּ

וַיֶּרֶב

זִמְרָת *canticum. Fœmin. Chald.* 166

זִמַּתְכֶנָה *scelus vestrum.* Cum ה *Parag.* pro זִמַּתְכֶן. 452

זְנוּתִים *scortationes. Sing. Taw fœm.* recipit *termin. masc. plur.* 201

זֹעֲמָה *execrare.* Est *Imper. Pohel.* 154. 304

זָקֵן *Senex.* Forma *Particip.* 164. coll. 287. 477

זָרָא *fastidium.* Non est forma *Emphat.* sed *fœmin.* 472

ח.

חַבְלֵי *funes*, in *Regim.* a חֲבָלִים 146

חֶבְלֵי *idem.* a חֲבָלִים. ibid.

חֲבַלְתֶּךָ cum *Kametz* extra *Pausam.* 411

חָגָּא *trepidatio*, non est א *Emph.* sed *fœmin.* 472

חָדַלְתִּי *desinam.* Habet *Kametz-Chatuph.* 138

חַוּוֹת *villæ.* A *rad.* חָוָה pro חָוַו *defect. med.* 397

חֹזַי *videntes mihi.* Habet *Jod adfix.* 474

חוֹלֵל *dolore adfecit.* Diversum a חִלְחֵל. 361

חוֹרַי *foramina mihi.* 474

חֵטְא & חֵטְא *peccatum.* Nomen *Segolatum Monosyll.* 203

חטאות *peccata.* Sitne א *otiosum*, an *quiescens*? 114

חַטֹּאת *peccata:* ex חַטָּאת pro חַטֶּאֶת; vel ex חַטָּאת. 170

חַטָּאִים *peccantes.* Cum Aleph *otiante.* 467

חִטִּין *tritica. Terminatio* antiqua. 474

חַטָּת *peccatum.* Pro חַטָּאת 468

חַי *vivus. Part. præs.* a חָיַי. 397

חַי *vivat, præt.* pro חָיַי: vel *vivus*, forma *Particip.* 396

חָיָה *vivit:* per *quiet. med.* a חָיַי. 332

חַיָּה *fera:* proprie *viva.* Quare habeat *Dagesh.* 202

ט.

י.

יְדַרְתֶּם

יִלְכּוּן

יְצוּדֶנּוּ

כ.

ל.

לשמיע

 pens.

מי

נ

צ.

Parag. intensivo. 451. Est in-
fin. Parag. 453
קְצוֹת extremitates: a veteri
קְצָו. 174
קְצִים fines. Plur. regul. a קְצֶה
pro קְצָו. 210
קְצִרְכֶם metere vestri: a קָצַר.
403
קְרֹאות vocare.
קֹרְאִים vocantes: pro קֹרְאִים
Aleph Otiante. 112. 467
קְרֶאן vocate: pro קְרֶאן ex
קְרֶאנָה. 468
קָרְבְכֶם appropinquare vestrum.
Forte ex Inf. Pihh. קָרֵב
pro קָרֵב. 406
קִרְבְּנָה venter earum. Adfi-
xum הָן cum Parag. alias
fuisset קִרְבְּנָה. 452
קָרְבָתָם appropinquare eorum.
Infin. fœm. Kal קָרְבָה. 404
קָרְחָא calvities: non est forma
Emphat. sed fœm. pro קָרְחָה.
472
קְרִי casus fortuitus: in Pausa
pro קְרִי. 459
קַרְנַיִם duo cornua. Duale a
קֶרֶן pro קַרְנַיִם. 206
קַרְצַב vulsum cadere. Forma
quadrilitera, a קָרַץ vellere,
& קָצַב cadere.
קָשְׁרֵם liga ea: a קָשַׁר. 420
קֹשֶׁט veritas. Forma Segolata
monosyll. ad Dial. Arab. 203

ר.

רֹאֶה videns: pro רֹאֶה sequi-
tur punctat. quiesc. 3 א 391
רְאוֹ videre. Infin. Kal perfectus
a רְאוֹ. 387
רָאוּ pro רָאוּי part. pass. ab
eodem. 375
רָאוּ pro רָאוּ per quietem; vel
רְאוּ per motum. 122
רְאוֹה videre. Infin. Kal, per
ו mobile cum ה Parag. 386
רְאוּיִם digni. Plur. a רָאוּי
Part. perfect. a רָאוּ 375
רְאוֹת

 שְׁאֵלָה

שְׁפֵלָּה *humillimum.* Cum ה *Parag. intensivo.* 183

שְׁפַנִּים *cuniculi.* Habet *Dagesh* ex spec. *Pih-lel.* 154. 306

שַׁפְרִיר *tentorium speciosum.* Ex forma *Pih-lel*, a שָׁפַר: vel *Schaph-hel*, a פָּרַר 306

שָׁפָט *judicavit.* Habet *Kametz termin.* extra *Pausam.* 297

שְׁעַרוּרָה *coborrescentia.* Deriv. ex Specie *Pih-lel.* 306

שַׁעֲרוּרִיָּה *facinus horrendum:* ex eadem specie. ibid.

שִׁעֲשַׁע *oblectavit se:* a שׁוּעַ *laxo gutture fuit.* 314

שַׁק *osculare. Imper.* per *Aphær. primæ.* 320

שְׁקַעֲרוּרָה *cavitas: lacuna:* a שָׁקַע *sidere*, & קָעַר *cavum esse.* 312

שְׁקָתוֹת *canales. Plur.* a שֶׁקֶת non a שֹׁקֶת 208

שֵׁרֵשׁ *radices egit.* Species *Po-hel.* 304

שָׁרָשִׁים *radices: Plur.* a שָׁרָשׁ pro שֹׁרֶשׁ: non a שֶׁרֶשׁ 208

שֵׁרִית *residuum* pro שְׁאֵרִית. 467

שֵׁשׁ *sex:* contr. ex שֶׁרֶשׁ 221

שְׁתַּיִם & constr. שְׁתֵּי *duæ:* quale habeat *Dagesh.* 122. 171

שְׁתַּיִם *idem. Duale Syriacum.*

שְׁתֵי sine *Dagesh.* 124

ת

תֶּאֱהָבוּן *amabitis. Fut. fig.* per *Nun Parag.* 429

תֹּאכֵל *consumet:* pro תֹּאכַל. 283

תְּאַמִּינוּ *dextrorsum ibitis: Hiphh.* cum *Jod mobili*, in *Aleph* mutato. 353

תֹאסְפוּן *adjungetis: Hiphh.* per *Waw quiesc.* item in *A-leph* mutatum. 354

תְּבָאתִי *venisti.* Vetus forma תָּבֹא אַתִּי *venis tutemet.* 309

תָּבוֹאָה *veniat. Fut. fig.* per ה *Parag.* 432

תְּבוֹאֶינָה *venerunt.* Habet *Jod otiosum*, ex תְּבוֹאֶנָה. 114

תְּלִינוּ

CORRIGENDA.

Pag. 24.	lin. ult.	cribitur. *lege*. ſcribitur.
28.	24.	*ſpieitui*. *l*. *ſpiritus*.
31.	12.	יישן *Jy-sjan* pro *Jij-sjan*. *l*. pro יִישַׁן *Jij-sjan*.
32.	3.	etiam atque tenendum. l. etiam atque etiam tenendum.
	10.	*reveveluvit*. l. *revelavit*.
39.	29.	In *Palatinis*. l. in *Lingualibus*.
41.	24.	in *Pſalmos*. l. in *Pſalmis*.
50.	33.	p. 173. l. 873.
54.	12.	hoc vocali. l. hac vocali.
58.	3.	Hoc quale fuerit. Proſodia &c. l. Hoc quale fuerit, Proſodia &c.
59.	7.	cenſenſum. l. conſenſum.
70.	ult.	*tryſyllabum*. l. *triſyllabum*.
71.	24.	*guttnrales*. l. *gutturales*.
72.	7.	Cl. *Alting*. tum hic. tum *Reg*. 52. l. tum hic, tum Reg. 52.
76.	18.	jns. l. jus.
81.	22.	qnodham. l. quodnam.
94.	26.	6. l. 5.
105.	7.	*circumdare*. l. *circumdate*.
116.	30.	מִיחַל l. מְיַחֵל.
127.	32.	Hunc. l. Hunc.
133.	20.	בְּתִים l. בָּתִּים.
138.	5.	*Kametz-Chatuph*. l. *Chateph-Kametz*.
154.	6.	אלֹהִים l. אֱלֹהִים.
152	7.	הִטַּהֲרוּ l. הִטֶּהָרוּ.
154.	23.	שְׁפַנִּים a שָׁפָן l. שְׁפַנִּים a שָׁפָן.
158.	ult.	quod *He* ab איתן. l. quod *He* a מ *Participiali*, & ab איתן.
159.	19.	מֶמְשָׁלָה l. מֶמְשֶׁלֶת.

CORRIGENDA.

162. 22. אֲמָם. l. אֲמָם.

169. 1. Præponatur א nota numerica.
10. צְדָקֹת l. צִדְקַת.

176. ult. succruret. l. succurret.
177. 11. יִצְהָר l. יִצְהָר.

179. 11. שְׁנַיִם l. שְׁנַיִם.

190. 18. multa minus ficta. l. multo minus &c.
217. 11. *Reg.* LXXX. l. LXIX.
218. 7. אַרְבַּע l. אַרְבַּע & אַרְבַּעַת l. אַרְבַּעַת.

9. שֵׁשֶׁת l. שֵׁשֶׁת.

221. 20. *Reg.* LXIII. l. LXIV.
225. 18. אַתֶּם l. אַתֶּם.

228. in fine tabulæ *adfixorum*, omissum est מַן.
233. in fine pro ם & ן l. הֶם & הֶן.

235. 13. פִּינוּ l. פִּינוּ.

273. 8. adde. In *Passivis* הַת & הֻת.

279. 10. In 3 *Sing. præt.* l. 3 *fœm. sing. præt.*
282. 9. Ps. 103: 4. l. 102: 14.
288. 18. פּוֹעֲלָה l. פּוֹעֲלָה.

312. 18. יְפִי l. יָפִי.

19. Cl: *Alt.* putat esse *primæ & secundæ radicalis.* l. putat esse *reduplic. primæ & secundæ radicalis.*

ult. מַחֲוָה l. מַחֲוָה.

ib. הִשְׁתַּחֲוָה. l. הִשְׁתַּחֲוָה.

313. 9. *Hith-pah-hel.* l. *Hith-pah-lel.*
320. 2. & 22. *Hos.* 11: 13. l. *Hos.* 11: 3.

325. in *Parad.* תְּסַבֶּינָה l. תְּסֻבֶּינָה.

CORRIGENDA.

333. 8. *comminuit.* Ex Hiph. ſanius &c. l. *comminuit*, ex Hiph. Sanius plerique &c.

342. 10. הָאַסְפָּה l. הָאֲסֵפָה.

363. 1. *monens.* l. *moriens.*

368. 16. Pro ה notarum indice ponatur ו.

ult. *Pſ.* 68: 11. uſque ad ſeq. pag. l. 1. *Pſ.* 18: 11. expunge.

389. 16. נֹה l. נֹהַּ.

391. 10. *Job.* 46: 33. l. 36: 33.

393. 7. *deſcendere factus eſt.* l. *deſcendere factus es.*

401. ult. *Job.* 31: 18. inducatur.

409. 24. יְחָרְגָה l. יַחְגְּרָה.

411. 14. הִכְלַתְךָ l. חִכְלָתְךָ.

415. 22. יְמַּךְ l. יָמֵךְ.

424. 4. יִרְעוּן l. יֵרָעוּן.

425. 20. quæ in *Dageſſatis formis* anſam *retractioni* præbuere. l. anſam *quoque retractioni* præbuere.

432. 10. *Hagg.* 1: 2. l. 1: 8.

437. 16. יֶגֶל l. יָגֵל.

439. 25. *Ogine.* l. *Origine.*

443. 15. יְחִי & יְחִי pro priori repone יְהִי.

444. 11. ob rationem factam. l. tactam.

440. 17. *denominabitur.* l. *dominabitur.*

475. 3.

16. 119. 14. l. *Pſ.* 119. 14.

490. 1. *Num.* 14: 15. l. 14: 45.

491. 16. *Job.* 40: 21. l. *Job.* 40: 16.